VARII TRACTATVS D. BARTHÖLEMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS, I. V. DOCT.

*

CAVTELAE INSCRIPTI VVLGO.

*

Quorum catalogum ſequens pagina demonſtrat.



Lugduni, apud Godefridum & Marcellum Beringos, fratres, 1552.

CATALOGVS TRACTATVVM.

REPERTORIVM
IN TRACTATVS DE
Seruitutibus vrbanorum
& rusticorum præ-
diorum,
per
D. LVCAM PANETIVM
*artium & legum pro
fessorem.*

*

Prior numerus est rerum in unoquoq; capite contentarum: secundus uero paginarum.

a 2 prietas

De secunda specie seruitutis mixtæ, de seruitute usus. CAP. V. *pag.* 15

De tertia specie seruitutis mixtæ, uidelicet de seruitute habitatoris.

CAP. VI. *pag.* 17

De seruitute ministerij seu operarum, an sit realis uel personalis.

CAP. VII. *pag.* 20

De quibusdam obligationibus, an illæ dicãtur seruitutes.

CAP. VIII. 20

furno

Qui poſsint acquirere ſeruitutem, ſeu quibus poſsint ſeruitutes concedi. CAP. XV. *pag.* 34

In quibus rebus poſsit ſeruitus conſtitui CAP. XVI. 35

Quæ ſint neceſſaria, ut ſeruitus conſtituatur, et ei quaſi poſſeſsio acquiratur. CAP. XVII. 37

Quæ impediunt ſeruitutem conſtituendam CAP. XVIII. 38

diat

Accu

cum

De seruitute proijciendi.

CAP. XXXI. *pag.* 88

De seruitute protegendi.

CAP. XXXII. *pag.* 91

Ne prospectui officiatur.

CAP. XXXIII. *pag.* 93

nibus

num,

Guer

hortus

cadan

REPERTORIVM TRACT. DE SERVITVTIBVS RVSTICOR. PRAED.

*

Interd.

competat,

De seruitute aquæductus.

CAP. IIII. *pag.* 275

aqua

Prædij

qua

fu e

Imper

FINIS.

REPERTORIVM SV-
PER TITVLIS DE VSVCAPIONE PRO

emptore,Pro donato,Pro dote,Pro suo,Pro soluto,Pro legato,
Pro derelicto.Præterea super tractatu De simulatione contractuū.& titulo,De seruis fugitiuis.cum authent.
Sed nouo iure.ac etiam tractatu De fuga Laconica.

*

A

 bera

F

Filius

mula

debet

M

S

FINIS.

REPERTORIVM
IN TRACTATVM CAV-
telarum Barthol. Cæpollæ.

Iudex

Caute

Caute

Hæres

FINIS.

REPERTORIVM SVPER CAVTELIS D. THOMAE FERRATII.

*

scientiæ,

 sam

Cau

to

FINIS.

TRACTATVS
DE SERVITVTIBVS VRBANORVM PRAEDIORVM,

*

BARTHOLEMAEI CAEPOLLAE I. V. DOCTOR.

QVI alicuius artis vel doctrinæ scientiā profitētur, duo in primis memoria debēt q̄rere. Primū rectè docere, quo vix quicquam adeo vtile sibi & auditoribus inueniri aut esse potest. Alterum est scribere, & quod vigilando longo tempore didicerint, id elaboratum & perfectum in scriptis edere. Sed hoc vltimum vtilium semper esse existimaui: præsertim quia pluribus atque sępius communicari potest. Quod enim voce traditur, soli auditores, & vna tantùm ætate, & eo solum tēpore, quo traditur, intelligere possunt: ac id etiam sępenumero ex eorum memoria delet obliuio: scripta verò, quæ magis digesta esse solent, donec reperiuntur, omnes omniq; tēpore & habere & legere possunt. Propterea ego Bartholemæus Cæpolla de Verona, qui iuris ciuilis & pontificij sciētiā profiteor, licet immeritus, nō solùm legere atq; docere in vtroq; iure semper mihi cura fuit, sed etiā aliqd scribere, & quod diu legēdo cōsecutus sum, id auditoribus meis pro cōmuni vtilitate literis tradere, laborandū esse putaui. Nec vnquā libellū, de quo iam ab alio scriptū reperiat̄, scribere volui, licet nonnulli quibusdam additis & detractis id facere cōsueuerunt: sed ea tātùm de re pro fructu maiori, de qua nemo vnquā tractatū aut libellū, quē sciuerim, scripserit. Cùm igitur nullus iuriscōsultorū nostrorum hactenus librū de seruitutibus cōposuerit: & subtilis admodū atque vtilis sit, ac etiā in foro quotidie versetur, opusculum quoddā de ipsis tam vrbanis quàm rusticis in hoc putaui gymnasio, in quo publicè lego iura ciuilia, pro omnium vtilitate scribere, & auditoribus meis, qui hoc à me sæpissime quæsierūt, in scriptis edere, in animo constitui. Quod opus duobus libris, vno de vrbanis, altero de rusticis seruitutibus diuiditur atq; cōficitur. In eo tractātur quęstio-

nes, in primis quotidianæ, & admodum vtiles: & quòd varijs in locis sparsim & perfectè de hac materia scribitur, hoc breui opusculo perfectè simul ordinateq; scriptũ reperietur: adeo vt oẽs facillimè quæstiones inuenire, & inuẽtas intelligere, ac decidere poterũt. In primo libro de quibusdã prius necessariò tractabimus, quę seruitutibus tam rusticis quàm vrbanis simul cõueniũt: dein de ea solũ disputabimus, quę de vrbanis seruitutibus dicũtur. In secundo verò libro de his tractabitur, quę rusticas tãtũ seruitutes cõprę hẽdũt.

De seruitute personali. CAP. I.

1 *Seruitus personalis quæ dicatur.*
2 *Seruitus quo iure introducta fuerit.*
3 *Seruitus propter peccatũ ortũ habuit.*
4 *Bello capti inter Christianos serui non efficiuntur.*

NECESSARIVM est, sicuti polliciti sumus, vt prius quędã videamus, quæ seruitutib⁹ cõmunia sunt, quo facili⁹ intelligi posint in hoc libro de seruitutib⁹ quæ scribũtur. Seruitutũ tria sunt genera: quædã enim sunt seruitutes personales: 1 quædã reales: & quædã mixtę. *Ser 2 uitus personalis dicitur illa, quę debetur à persona personæ: de qua habetur in titu. de statu. homi. & Insti. de iure personarũ. & vbicũq; fit mẽtio de seruis: & dicitur merè personalis, vt notat gl. in rubrica, ff. de ser ui. tit. generali. Et ista sic diffinitur, Seruitus est cõstitutio iurisgẽtium, qua quis dominio alieno cõtra naturã subijcitur, vt dicit Florẽtinus iurisconsultus in l. iiij. §. j. de sta. ho. & Imperator Instit. de iure persona. §. j. & de hac diffinitiõe videtur, quòd seruitus merè personalis sit inuenta de iure gẽtiũ. Idẽ probatur in l. manumisiones. ff. de iust. & iure. & Insti. de vsu. & habita. §. fi. & not. Bar. in l. ex hoc iure gẽtiũ. in fi. & ibi per doct. de iusti. & iure. & est tex. j. dist. ius gẽtiũ. & no. xij. q. ij. lõginquitate. Sed in cõtrariũ videtur, ꝙ imò sit inducta de iure naturali per ebrietatẽ: b quia nõ esset hodie seruit⁹, si ebrietas non fuisset: vt scribit beatus Ambrosius in sermone de ieiunio: & habetur xxxv. dis. sexto die. & no. gl. in d. c. ius gẽtiũ. & gl. in c. ita quorũdam. ver. seruus. & ibi per Canonistas, extrà, de Iudæis. Nam Noë primò vineã plãtauit: bibẽsq; primò vinũ, inebriatus est: & cũ Chã vidisset pudibũda patris sui Noë denudata, nõ cooperuit: imò vocatis fratribus ea deridẽdo patrẽ ipsis ostendit: qui statim patris pudibunda cooperuerũt. Et cũ Noẽ hoc postea intellexisset, nõ Chã, sed Chanaã eius filio male dixit, dicẽs, Maledictus Chanaam puer, seru⁹ erit fratribus suis. & hoc habetur Genes. ix. Et est tex. cũ gl. j. q. iiij. §. is ita. ver. itẽ Chã. & xxiij. q. iij. §. sed qui. ver. itẽ Noë. & ibi glo. & ij. q. j. qualis. & ibi Archid. in c. sententia. & v. q. v. de crimine. in fi. & in d. c. sexto die. xxv. di. *Et propterea dicitur seruitus inducta à iure naturali: qa incepit à Noẽ propter ebrietatem. & hoc voluit gl. in d. l. manumisiones. ff. de iusti. & iure. quę dicit, quòd seruitus oritur ab ebrietate: & nihil allegat: sed eã intellige vt suprà dixi. Dixit etiã Philosophus 1. Politicorũ, quòd aliquis põt esse seruus naturaliter; quod declara vt ibi habetur, & per dominũ Ant. de Rosa. j. dist. iusgẽtiũ. Quidã voluerunt, ꝙ seruitus sit inducta ex pscriptione

septe

prũ. Sator vineaꝝ!

Dyff.º seruitutis personalis:

ſeptēnij:vt not gl.in d.c.iuſgē.quod intellige,vt habetur per glo.vj.diſt. §.j.Alij verò dicūt, ꝙ ſeruit⁹ eſt de iure ciuili:vt Inſti de his qui ſunt ſui vł alie.iur.§.fi.& hoc no. gl.Inſt.de iure perſona.§.j.Itē quòd eſt de iure canonico:vt in ca:cū multa.xv.q. vlt.in c,ita quorūdā.de Iudeis.& ibi hoc not.per gl. & Doc. Sed illa iura quæ vidētur cōtraria,poſſunt intelligi ſecūdū gl.j. diſ.iuſgē.hoc modo videlicet, ꝙ ſeruitus dicatur inuēta 3 de iure naturali tēpore Noē,per iura ſuprà allegata ad hoc: ſed de iure gētiū & ciuili fuit cōfirmata:& poſtea de iure canon. & ſic ſeruitus inuētione ſeu origine eſt de iure naturali:cōfirmatione pōt dici de iure gētiū,ciuili, & canonico. Secūdo modo poſſunt concordari videlicet ꝙ ſeruitus ſit inuētione de iuregētiū, & de iure naturali ſecūdariò, quod etiā ius gētiū appellatur:vt in §.ſingulorū.Inſti.de rerū diui. & in l.j.ff. de acqui.re.do.ſed cōfirmatione eſt de iure ciuili & canonico. & ita no. gl. Inſt. de iure perſona. §.j. Ad idē allego,qd de matrimonio c dicitur: Inſti.de iure natural. in prin.in glo. 4 in ver.appellam⁹. Tertio modo alij cōcordāt:quia dū dicitur, ſeruit⁹ eſt de iure naturali, tēpore Noē inducta,non intelligitur de ſeruitute, qua quis liber eſſe definat : quia de iure naturali omnes homines liberi naſcebātur:nec tūc ſeruitus erat cognita:vt dixit tex.ī d.l.manumiſsiones. Sed intelligit de ſeruitute, qua quis ſubijcitur regimini alterius, ſicut inſipiētes prudētibus , vel ſubditi dñis : iſti tamē ſubditi liberi ſunt: l.fi.C.de ſer.fugi. & dicūt ſerui , id eſt ſeruiētes:& illa fuit ītroducta de iure gētiū:quia vtile eſt homini imperito vt regatur à perito:& ſecūdū hoc habita ratione ad vtilitatē, pōt dici,ꝙ fuerit introducta iure naturali:vt dicit dñs Dominicus de ſancto Gem,in d.c.iuſgēt.& de iſta ſeruitute intellexit Philoſophus 1. politicorū:ſed poſtea dicit,ꝙ ſeruit⁹ eſt inuēta de iure gētiū, intelligit de ſeruitute qua qs liber eſſe deſinit: quæ quidē ſeruit⁹ eſt approbata de iure ciuili & canonico, vt dixi. *Quarto modo alij cōcordāt,ꝙ ſex modis eſt inducta ſeruit⁹.Primò eſt vna ſeruit⁹ q̄ ortū habuit ꝓpter peccatū:& hæc dicitur inuenta de iure diuino: qa peccās ſeru⁹ eſt peccati, tā in pœna,quàm in culpa:vt eſt tex. ij.q.vij. §.quia ergo.& ab iſta ſeruitute liberati ſumus per incarnationē dñi noſtri Ieſu Chriſti:quoniā eramus ſerui propter peccatū primi parētis,ad Gala.iii.& habetur xij. q. ij.cū redēptor. Secūdò ſeruitus etiā habuit ortū propter ebrietatē:vt xxxv.diſt. ſexto die. Tertiò eſt introducta propter bella,qñ hoſtes capiūtur in bello iuſto:vt d.l. manumiſsiones.& d. c.iuſgētiū. *Sed inter Chriſtianos de cōſuetudine nō ſeruatur,vt capti in bello efficiātur ſerui capiētiū: vt not.Bart.in l.hoſtes. in fi.de capti,& verū dicit.Quartò eſt de iure ciuili vt Inſt.de iure perſona. §.pe.& licet quidā addāt aliū modum, videlicet ex volūtate hominis,quæ inducitur quādo quis patitur ſe venundari ad pretium participandum.l. vt ſeruorum,de ſta,ho,iſta tamen dicitur eſſe de iure ciuili:vt eſt tex.Inſt. de iure perſ. §.ſerui. & eſt in effectu vna & eadē cum præcedenti. Quintò de iure canonico, quæ habuit ortum à

delicto ecclesiastico, ex quo aliquando quis fit seruus de iure canonico: vt est tex. xv. q. vlt. c. cum multę. & c. ita quorundam. extrà, de Iudæis. & secundúm Ioan. de Fan. in d. ca. cum multæ. derogatum est illi c. contraria consuetudine. Sextò & vltimò propter mortē Christi: vt in c. si Iudeos. in fin. de Iudæ. magis seruitus est cōfirmata, & nos liberi facti sumus: vt ibi. Et sic ex prædictis patet, quòd a diuersis respectibus pōt dici, quòd seruitus sit introducta iure diuino, naturali, gentiū, ciuili, & canonico. Hæc tātùm de seruitute merè personali diximus: quoniā requirebatur ad declaratiorē diuisiōis seruitutū: nūc videam⁹ de seruitute reali, quæ in hoc libro plenius tractabitur.

a Seruitus. *Adde Corne. consilio cliiij. in ij. uol.*

b Ebrietat. *Adde Ioannē Chrysost. homelia liiij. incipient. Mala res est, &c.*

c Matri. *Adde Alex. de Imo. cōsi. xcvij. ī j. uol. in penul. col. ī fi. & an si inter seruos possit esse matrimonium, & quō.*

De seruitute reali. CAP. II.

1 *Seruitus realis quæ dicatur.*
2 *Prædij nomē imobilia tātū cōplectitur.*
3 *Seruitutis realis diffinitio quænam sit.*
4 *Seruitus quædā qualitas est, nō autem substantia.*
5 *Seruitutes reales uel prædiales quando sint, quomodo cognoscantur.*
6 *Actio personalis fundum non sequitur.*
7 *Cōcessionis uerba quādo sonant in ius, quæ seruitus eliciatur.*
8 *Cōcessio quæ in ius sonat, quādo est respectu incerti, sed certificādi per eū cui sit, qualis seruitus colligatur.*
9 *Colligere pomū ex arbore mea, uel ex cisterna mea aquā haurire, an seruitus personalis esse dicatur.*
10 *Iurisdictio & multa alia incorporal. quæ personæ & non rei debentur, u heredem transeunt.*
11 *Intelligere an aliqua seruitus sit rea uel personalis, quæ utilitas sequatur*
12 *Actio cōfessoria datur contra quemlibet impedientē uel turbantem, ubi seruitus existat.*
13 *Seruitus realis actiuè & passiuè a hæredes transfertur.*

REALIS dicitur a illa, quæ debetur à re rei: sicut est seruitus urbana, & rustica: quia non debetur personæ, sed prædio: vt est tex. ad literam in l. vnus ex socijs. de seru. rusti. prædio. Et propterea libellus & sentētia debent ferri in prædio, non in persona: vt est tex. in l. qui aliena §. fin. ibi, sententia prædio datur. de neg. gest. & l. ij. §. j. ibi, cui seruituti dicitur haberi. ff. si ser. vendi. & not. gl. in l. fi. ff. de no. ope. nū. & no. Bar. in l. si prius. in vj. oppo. secūdæ partis princ. eo. tit. & in l. fi. §. fin autē. ibi per Doct. C. de bonis quę lib. de quo dicendū est, vt dicā ī. vbi de libello & seruitutū sententia tractabimus. 1 *Et est aduertēdū, q ista seruitus, quā realē esse dicimus, nō solū realis est, vt dicitur: vt est text. in l. j. ff. de serui. sed etiā prędialis appellatur: vt probatur in rub. ff. de ser. vrb. prædio, & cōmunia prædiorū, cum sim. vt dixit Azo in summa. C. de serui. in prin. quòd melius dicūtur prædiales, quàm reales, quia rei appellatio est nimis larga, cōplectēs & mobilia & corporalia: Inst. de rebus corpo. & incorpo. & in l. j. ff. si cer. petatur. & l. rei appellatione. de verborū signi. 2 *Prędij verò nomē immobilia tantùm cōplectitur: vt l. quæstio est fund. §. prædiū. ff. de verborū sig.

Tu

Tu dic, bene iuriscõsultũ dixisse in l.j.ff.de ser. dum appellat seruitutes reales, ad differentiã personaliũ, vt ibi dicitur: tamẽ istæ reales etiã dicũtur prædiales, vt no.gl.in l. si quis vnas.alias binas.in versi.personæ.ff. de vsufru.quia sine prædio esse non possunt: vt est text.in l.j.ff.cõmunia prædiorũ.& Insti. de ser. §.in rusticorũ.versic.ideo autẽ. Hæc seruitus realis seu p̄dialis distinguitur: quia vna est vrbana: vt probatur eo tit.ff. de ser.vrb. prædiorũ & rusticorũ.in toto ti.ff.cõmunia prædio.cũsimili. Diffinitur autem illa seruitus realis seu prædialis pluribus modis: licet Bar.in l.j.ff.de ser.dixerit, quòd eius diffinitionẽ nõ repererit. Primò secundũ Odofre.sic diffinitur: *Seruitus realis est quoddã onus à prædio debitũ, vel à re rei legitimè constitutũ. Vel secũdò est ius quoddam introductũ, quo prædiũ prædio seruit: vt colligitur in l.via.in princ.de serui. Tertiò, secundũ Bal. seruitus 4 est accidẽtalis habitudo, & extrinseca qualitas prædij.l.qd aliud. de verborũ signifi. Ita dicit Bald. in aut.ei qui.C.de bon.aut. iudi.pos. in xiiij. col.& hãc sentit Azo. in summa.Insti.de ser.vbi dicit, quòd seruitus potest dici habitus prędij. Sed certe ita potius est quędam descriptio, quàm diffinitio. Quartò, secundũ Azo. in loco primo allegato potest diffiniri ad similitudinẽ seruitutis p̄sonalis, qua homo fit seruus hominis: vt sicut illa dicitur cõstitutio iurisgẽtiũ, qua quis dominio alieno cõtra naturã subijcitur, vt dictum est suprà in princ. ita & ista dicitur constitutio, qua dom⁹ domui, vel rus ruri subiugatur. Quintò aliter diffinit secũdũ Bar.& melius, in l.j.de serui.hoc modo: Seruitus est quoddã ius prædio inhærẽs, & ipsius vtilitatẽ respiciẽs, & alterius prędij ius siue libertatem diminuẽs. Quòd autẽ ista diffinitio iuri in omnibus cõueniat, sic declaratur. nam dũ dicit esse ius, probatur in l.prima, & l.hęc autẽ iura.ff. de serui.vrba.prędio.& est casus Instit.de rebus corpo.& incorpo. §.fi. & in l.j.in fi.de reb.dub.ff.Et dicitur ius ad differentiã facti: quia tunc nõ esset, si factum versaretur, realis siue personalis: vt l.apud Iul. §.si quis ali cui.de leg.j.de quo dicẽdũ est vt statim declarabitur. Ideo dicitur prædio inhærẽs, & nõ personæ: vt l.qui aliena. §.fi.de neg.gest.& l. vnus ex socijs.ff.de ser.vrba.prædio.Et dicitur inhærẽs, quia significat esse quãdam qualitatẽ prædij, nõ inhærentẽ ipsi prædio principaliter siue accessoriè: vt l.serui.in princ.ibi, & si corporibus accidũt.de serui.& l.quid aliud. de verborum signi. *Seruitus etenim est quædã qualitas, nõ autẽ substantia: vt d.l.quid aliud. & hoc vult Bart.in l.j.in fi.ff.de vsufr.lega. de quo etiam vide per Bal.in l. data opera.in viij.col.C.qui accu.nõ pos. Itẽ dicitur prædio inhærens, vt per hoc significetur seruitutẽ inesse prędio dominãti actiuè: vt l.arbor. §.fi. com.diui.& prędio seruiẽti passiuè, & priuatiuè: vt in l.iij.de serui.Nam ius prædij seruiẽtis nõ dicitur augeri, sed minui: ideò seruitus non est, quãtum ad ipsum inesse, sed deesse: sicut si cui destrueretur oculus, non propriè diceretur inesse cęcitas, sed prius ei lucem deesse: & licet seruitutes non sint in bonis nostris, nec extra bona: vt l.j.ff. de vsufr.lega. &

l.rem in bonis.de acquiren.rerũ do mi. tamẽ dicitur inesse prædio non principaliter, sed accessoriè, sicut qualitas inesse subiecto, & hoc modo dicitur esse in bonis nostris, id est, in prædio dominãte: vt habetur in d.l.j.& in d.l. rẽ in bonis. de quo vide omnino per Bar.in l.Mæuio. §. fundo.in fi.de leg.ij.Itẽ dicitur ipsi vtilitatẽ respiciẽs:quia nisi vtilitatẽ prędij dominãtis cõtineret,non posset constitui seruitus:vt est text. in l. quoties.la prima.in princ. de serui. Itẽ dicitur & alterius prædij ius seu libertatẽ diminuẽs:vt probatur in l. stipulatio ista. §. si quid forte. ff. de ver.oblg. Quãdoque tamẽ libertas seruitutũ appellatur ꝓpter similitudinẽ quã habet in quibusdã cum seruitute:vt no.glo. magna in l.j.de serui.vrba.prædiorũ.Et econtrà interdũ seruitus appellatur libertas, sicut est seruire Deo:vt no.ibi Pau.de Cast.Et dicitur in diffinitione, Alterius prædij:quia nõ posset esse prædiũ seruiẽs sine prædio dominãte: l.j.cõmunia prędiorũ.Itẽ verbũ, Alterius, intelligitur scilicet domini: vt l.j.ff. queãd. ser. amit. l.ij. §.j.ff.si ser.vẽdi.& intelligitur etiã, Alterius in totũ, vel quãdoque pro parte: vt habetur in l.ꝓ parte.ff.de serui.& ꝑ hoc apparet, quòd diffinitio seruitutis realis seu prędialis est vera & perfecta, quã etiã tenet & sequitur Flo. in d.l.j.de serui.& cõiter ibi sequuntur Doc.

5 *Sed dubiũ est pulchrũ, & subtile, quomodo cognoscatur quãdo sint seruitutes reales, seu prędiales. In hoc diligẽter animaduertẽdũ est:qa multi nõ intelligũt.& est vtile hoc scire propter multa, vt in fi. huius primæ quæstionis dicetur. Et omissa lõga disputatione, quæ fieri posset, distinguendo quatuor casus principales breuiter sic dicas: Aut cõcessio siue promissio fit alicui iuris de vno prædio ad aliud, & exprimitur iure seruitutis: aut nõ exprimitur iure seruitutis, & verba cõcessionis sonãt in factũ vel nõ factũ:aut nõ sonãt in ius, aut ĩ potẽtia. Primo casu principali, non est dubiũ, quòd est seruitus realis & prædialis, ꝑ prædicta. Secũdo casu principali, quãdo cõcessio fit nõ expresso iure seruitutis, & verba sonãt in simplex factũ vel nõ factũ: & tũc subdistingue: aut est simplex factum ex parte eius, cui fit cõcessio: aut ex parte cõcedẽtis. 6 Si exparte eius, cui fit cõcessio, sonãt in factũ: puta cõcedo tibi ire, agere per fundũ meũ, vel areã, vel saxũ vellere. ista enim verba infinitiua sonãt actũ: & tũc nõ est cõcessio, aut seruitus realis, seu prædialis, etiam si facta fuerit occasione prædij: sed est personalis cõcessio, & obligatio.l.apud Iul. §. si quis alicui. & ibi hoc no.de leg.j.& ita no.Bar.in l.pater.ff.de leg.& Pau.de Cast.in l.Lucius.de ser.rusti.prædio.qui dicit, ꝙ hoc etiã probatur in l.ij. §.item si in facto.de verborum oblig.vbi dicit, quòd est stipulatio facti, nõ donationis:sed si cõtineret seruitutẽ, diceretur etiã donationis; quia seruitus datur, & in aliũ trãsfertur, sicut dominium.ad quod etiam vide quod no. Bar.ĩ l.j. §.si quis ita.e.ti.Si verò verba sonãtia in simplex nõ factũ, differãtur in nõ factũ ex parte cõcedẽtis, exẽplũ, Promitto tibi nõ tenere vel nõ facere fenestrã in pariete meo:& idẽ, qa nõ est seruitus realis vel prędialis, sed est quædã obligatio personalis

nalis: & ideo si postea alieno fundū meū, emptor poterit tenere vel facere fenestrā in eodē muro. & Alb. Papiēsis dicit se ita obtinuisse in quæstione facti: vt refert Specu. de cōtra hē. emp. §. j. in ver. pone, P. cauit. qui subdit, ꝙ cū talis cōcessio nō sit seruitus, sed obligatio ꝑsonalis tātùm, 7 emptor nō tenetur, sed tūc poteris agere cōtra me: ꝓ hoc allego l. fi. §. fi. cū ibi no. ff. de cōtrah. emp. *Et ratio est, quia actio personalis nō sequitur fundū. l. j. §. si hæres. ad Trebelli. Aliud ergo est seruitus, aliud obligatio personalis seruitutis, quæ est rei annexa, sic affixa est, quia ab ea nō separatur, etiā si per plures manus ambulauerit, sicut lepra seqtur leprosum: vt no. gl. in l. frater à fratre. de condi. inde. sed personalis
b actio ᵇsiue obligatio personā nō excedit. C. de seru. & aqua. l. & in ꝓuinciali. & in §. si hæres. Quòd autē dicta cōcessio nō sit seruitus, sed personalis obligatio, apparet ex forma obligationis, in qua nō cōtinet causa, qua ego cauerim seu ꝓmiserim. & hoc tenet Bar. & Doc. in l. fi. ff. de no. ope. nūcia. & in l. iij. §. op⁹. ff. de alie. iud. mu. causa fac. & Flor. in l. vt pomū. ff. de serui. & habetur per Docto. in l. si sub vna. §. fi. de verb. obli. Si autem causa aliqua exprimetur, puta ne aliquis vsus domus tuæ impediretur: tunc dicit Spe. in d. ver. sed pone. ꝙ huiusmodi cōcessio seruitutis esse p̄sumeretur. & ita tenet Bar. in d. §. opus. etiā Flor. in d. l. vt pomū. quod est bene no. Et ideo sis cautus in cōcipiēdo verba instrumēti, vt semper tu, cui fit similis ꝓmissio, facias addere causam cōcernentē vtilitatē fundi tui: videlicet, promisit nō ędificare, vel nō tenere fenestrā in domo sua, ne officiatur luminibus domus meæ: quia tunc seruitus realis: & transibit domus obligata ad quęcunq; possessorē, etsi ꝑ mille manus trāsiret: quod nō esset, si causa non exprimeretur per prędicta. *Tertio casu principali, quādo verba cōcessionis sonāt in ius: & 8 tunc subdistingue tres casus. Aliquādo respectu certi, aliquādo respectu incerti, aliquādo non habito respectu ad aliquem fundū illius cui fit concessio. In primo casu, quando fit concessio respectu certi fundi. Exēplum, Concedo tibi ius eundi per fundum meum ad talem tuum, vel aquam ducendi ex fundo meo ad tuum certum hortum: & tūc dicitur seruitus realis & prædialis ab vtraq; parte: vt l. pecoris. cum l. seq. & seq. etiam l. cum fundo. de ser. rusti. prędio. & l. si fundum. de serui. leg. & c. cùm venissent. extrà, de insti. nisi ex qualitate personæ, cui cōceditur, & qualitate rei concessæ aliud præsumatur: vt est casus in l. pater. de seru. leg. & ibi not. Bart. & Pau. de Castr. in l. Lucius. ff. de ser. ru. præ. Et dum dixi esse seruitutē realem & prædialem, quando fit concessio respectu certi fundi per verba sonantia ius, procedit sine dubio, quando fit actu vt non finiatur cū persona: puta relinquitur vel promittitur alicui ius aquæ ducendæ, qui habet vicinum prædium, vt nō finiat cum persona. & non habet dubium, quòd est seruitus realis & prædialis, & transit cū prædio, per ea quæ suprà dixi. Sed si relinquitur habēti prędium vicinū, vt finiatur cum persona, est dubium an sit seruitus realis vel personalis.

& Ioan. & Azo. dicunt, quòd est seruitus realis, quę tamē per exceptionem finitur cū persona perempta: vt no. glo. in l. Mela. §. fi. ff. de ali. & cib. leg. & in l. vt pomum. de serui. & in l. si quis binas. de vsufr. & no. Bar. in d. l. Mela. §. fi. qui dicit, quòd hęc probatur in l. iij. ff. de seruitu. & illa
8 est veritas per illum textū. *In secundo casu, quando concesio quæ sonat in ius, fit respectu incerti, sed certificandi per eū cui fit. Exemplū, Concedo tibi ius hauriendi aquam, portādi ad fundum meum, vel vbicunque vis: & tunc dicitur cōcesio personalis, & non seruitus realis uel prædialis: vt est casus nota. in l. Lucius. quæ est lex penultima, & ibi hoc no. & tenet Pau. de Cast. Idē tenet Bal. ibi, qui dicit se prius cōtrarium respōdisse, antequā vidisset illū tex. & hoc etiam sequitur Ludo. de Ro. in suo singulari lxviij. quod incipit, concedo tibi ius hauriēdi. qui dicit, quòd ille text. est vnicus in iure, ideo memoriā tuā nunquā exeat. In tertio casu, quādo verba cōcesionis sonāt in ius, & non fit habito respectu ad aliquem fundū eius, cui fit cōcesio: quia nō habet fundū vicinū. Exemplū, Concedo quòd posis cœnare, vł spatiari, aut venari in fundo meo, aut quòd posis haurire aquam ex puteo meo, vel ex cisterna, vel quòd posis colligere poma ex arbore mea: & in hoc est dubiū an illa sit seruitus realis, vel personalis: & an verò sit obligatio personalis tātū & nō seruitus. Et Rog. glossator in d. l. Mela. §. fi. de ciba. leg. & in d. l. vt pomū. tenet quòd sit seruitus personalis. & hanc opi. tenet Pet. & Cy. in rub. C. de ser. Sed glo. Accu. tenet secūdū Ioā. quòd imo non sit seruitus, sed obligatio personalis, & hāc opi. tenet Bar. ī d. §. fi. ī d. l. vt pomū & ista est cōis opi. vt per gl. in d. l. vt pomū. & est vera. Nā ꝙ nō sit seruitus realis, patet: quia nō diminuit de iure ꝑdij seruiētis ad vtilitatē dominātis: qđ fieri debet: si esset realis, vt dixi suprà, in diffinitione seruitutis realis, secūdū Bar. Itē quòd nō sit seruitus personalis, probatur: quia ire & spatiari per fundū alienum, in eo cœnare, vel similia facere, nō diminuit de fructibus rei alienæ, adeo quòd alteri acquiratur, ad cuius cōmodū tēdit seruitus vsusfr. vel vsus illius fundi, vt dictū est. & ita tenent Flor. & Paul. de Castr. in d. l. vt po-
9 mū. *Sed secundū hoc videretur, quòd posse colligere pomū ex arbore mea, vel haurire aquā ex cisterna mea, sit seruit⁹ personalis vsus, scilicet illius arboris vel cisternæ: quia tēdit ad diminutionē fundi, seu cisternæ, vel arboris meæ. De arbore nō est dubiū. Sed de cisterna etiam idē est, quādo hauriendo euacuaret, sicut cōtingit in ciuitate Venetiarū tēpore æstiuo, quo sæpisime propter frequētiā haustus, cisternæ euacuātur & desiccātur. Tu tamē dicas, quòd nec ista potest dici seruitus vsusf. vel vsus, quoniā ad vsufructuarium pertinēt vel omnes fruct⁹, vel quota pars. sed in hoc casu ad istum, cui facta est promisio, nō spectat, nisi certa quātitas: ergo nō pōt dici seruitus vsusfr. Itē nec etiā seruit⁹ vsus pōt dici: quoniā ad vsuariū pertinet posse sumere quantū expedit sibi & familiæ suæ: vt l. plenū. in fi. de vsu & habi. Sed prædicta concesio, de qua in ꝓposito, restringitur ad certam

tã quãtitatẽ,non ad necessitatẽ: & i-
deo tale ius nõ dicitur seruitus rea-
lis, vel personalis, sed ius personale
tãtũ.& ita tenet gl. quã sequũtur ibi
Docto.in d.l.vt pomũ.Et propterea
est dicẽdũ, ꝙ si dicta ꝓmissio vel cõ
cessio hauriendi aquam ex cisterna
mea, vel colligẽdi poma ex arbore
mea, esset facta nõ ad certã quãtita-
tẽ,sed pro necessitate tua & familię,
diceretur esse seruitus vsus persona
lis,per d.l.plenum. §.j.& Inst. eo. §.
j.quod est not.Quod autem dixi,ta-
lem concessionem hauriendi aquã
vel colligendi poma factam,non ad
necessitatem esse, ius personale in-
tellige:id est,qđ debetur ꝑsonæ in il
la re, non autem debetur alteri rei.
Sed an sit adeo personale, vt nõ trãs
eat ad hæredem eius, cui fit conces-
sio?Et videtur, quòd sic, per l. apud
10 Iulia. §.si quis alicui. de leg.j. *In
cõtrarium videtur, quia iurisdictio,
& multa alia incorporalia, quæ de-
bentur personæ,& non rei,transeũt
ad hæredẽ:de hoc dic,vt per Bar.ple
nè in l.pater.de serui.leg.& per Ioã.
de Pla.in l.sordidior.C.de excu.mu
ne.li.xj.& per Imo.in l.si sub vna. §.
j.de verb.obli.& per Cano. in capit.
cùm venissent.de institu.Quartò,&
vltimo casu principali,quãdo verba
concessionis sonãt in potẽtiã: puta,
promitto tibi, quòd possis, vel non
possim.ita concludendũ est.Aut illa
verba sunt negatiuè prolata:vt puta,
concedo tibi,vt ego nõ possim ædi-
ficare in meo altiꝰ,ne luminibꝰ tuis
officiam: & tunc erit seruitus realis,
secundùm quam aufertur mihi potẽ
tia altius ædificãdi.l.altius.C.de ser.
& hoc intellige secundũ ea quæ di-
xi in secũdo casu prĩcipali. Aut affir-
matiuè verba sunt prolata,& tũc aut
pronomen,quod significat substan-
tiam,seu ius,puta., concedo tibi ius
aquam ducẽdi de fundo meo:& idẽ
cum distinctione tamẽ,quam posui
suprà in tertio casu principali, per
verbũ quod significat actũ,vt, cõce-
do tibi quòd possis ire,agere ꝑ fun-
dum meũ:& tũc nõ erit seruitus, sed
cõcessio personalis,vt in l.ij. §.item
si in facto.de verb.obl.& l. apud Iul.
§.si quis alicui.de lega.j.Idem si fiat
per verbũ facultatis: vt concedo tibi
facultatẽ eundi per fundũ meũ, secũ
dùm Pau.de Cast.in l.Luciꝰ.in fi. de
seru.rusti.præ.qui ad hoc nihil alle-
gat.sed tu allega Bart.qui hoc dicit ĩ
terminis,in l.pater.ante fi. de do.ꝓ-
le.Idẽ credo, si fiat per verbũ Licen
tiam,vel Potestatẽ.Exemplũ,Conce
do tibi licentiam vel potestatẽ eun-
di per fundũ meũ.& moueor potissi
ma ratione: quia illa verba magis so
nãt in factum quàm in ius.Nã prædi
cta verba significant hîc,volo quòd
possis, & valeas ire per fundũ meũ.
& sic potius significãt factum, quàm
ius.& hoc etiã vult Bar.in d.l.pater.
qui dicit,quòd illa verba,cõcedo ti-
bi facultatẽ eũdi, & quòd possis ire.
& sic verba magis referuntur ad fa-
ctũ,quàm ad ius.& ita est cõcessio ꝑ
sonalis: quod tamen intellige secun
dùm ea quæ dixi suprà, in secũdo ca
su prĩcipali. Et prædicta perpetuò
tene mẽti: sunt enim necessaria pro
fundamẽto totius materiæ seruitu-
tũ:ac etiã quia per ea cautus esse po
teris,qualiter verba seruitutũ cõcipi
debeant in fauorẽ promittentis, vel
eius cui fit promissio, vel cõcessio.
Itẽ prædicta sunt magni effectus,
scilicet intelligere,an sit seruitꝰ rea
lis

lis vel personalis obligatio tantùm, nã ex hoc sequũtur multæ vtilitates.

11 *Prima vtilitas est, quia si sit seruitus, põt agi actione cõfessoria cõtra quẽcunq; impedientẽ vel turbãtẽ: vt in l.ij. §.fi.& in l.si quis diuturno.ff. si ser.ven. quæ dicitur vẽdicatio seu actio realis: vt l.ergo.in princi.ff. de ser.rusti.pręd.& in l.vti frui. §.verũ. ff.si vsusfr.pe.& Insti.de acti.in §.æquè. de qua actione vide plenè per Flo.in l.j.& ij.ff.si ser.ven. sed si non esset seruitus, sed obligatio personalis tãtùm, actio cõfessoria nõ competeret, sed solùm actio psonalis.

12 *Secũda vtilitas, quia vbi est seruitus, actio cõfessoria datur contra quemlibet impedientem vel turbantem: vt suprà: quia illa obligatio sequitur rem, sicut lepra leprosum. Sed si esset actio personalis, nõ posset agi, nisi contra cõcedentem, vel se obligãtem: vt in l.fi. §. vlt. de contrahẽ.em. & ita tenet Bar.& Doc.in d.l. vt pomũ. de quo dic vt suprà, in secũdo casu principali. Hoc tamẽ intellige secundùm Paul.de Castr.in d.l. vt pomũ. quãdo ille, cui est facta cõcessio personalis, nõ poterit aliquid ꝓpria autoritate percipere, sed habebat capere de manu cõcedentis. d.l.fi.& d. §.fin.& l.Caius.de ann.lega. secus si poterat propria autoritate percipere: puta pomũ ex fundo vicini, vel lapidem euellere: quia tunc licet non sit seruitus personalis, habet tantùm similitudinem cum ea: & ideo cõpetit vtilis cõfessoria, sicut pro iure cõseruandi iurisdi. vel pro iure eligendi prælatum: vt not.Innoc.in c. abbate.de verb.sig.& in c.bonæ. de post. præla.& etiam cõpetit officiũ iudicis pro recuperanda quasi possessione iurisdi.l. Aquilius.in fi. de dona. vbi est tex.no.& etiam cõpetit vtile interdictum, vti pos. vel vnde vi. vt l.quoties.ij.in fin.ff.de seruit.& l.

13 sicuti. §.Arist.ff.si ser. ven. *Tertia est vtilitas, quia si est seruitus realis, trãsit illa ad hæredes actiuè & passiuè, id est, ad hæredem concedentis & concessionarij: vt l.pecoris.ff. de ser.ru.præ.& hoc ibi not.gl.& sequitur fundum dominantem & seruientem, & sic trãsit etiam ad singularem successorem: vt est text.in l.si aquæductus.ff.de cõtrahen.emp.Et est ratio, quia ius prędij est: vt l.si mihi. §.fin.ff.de seru.rusti.præ.& transit fundus cum sua causa: vt l.j. §.si fundus. eo.tit.& ideo nec capitis diminutione perit: vt l.iij.ff. quẽad.ser.amit.& quod dixi seruitutem transire ad oẽs successores, intellige verum, quãdo seruitus est realiter constituta: quia tunc talis promissio nõ afficeret singularẽ successorem: vt l.iij. §.opus. ff.de alie.iudi.mu.causa facta. & l.fi. §.fi.ff.de contrahen.empt. secũdùm Mar.Syl.Cy.& Bal.qui ita notant in l.& in prouinciali.C.de ser.Item secus est in quibusdam alijs casibꝰ, qui nominantur per glo.in d.l. pecoris. Sed si esset seruitus personalis sicut vsusf.non trãsiret ad hæredem eius, cui esset facta concessio: vt l.corruptionem.C.de vsufr.& periret capitis diminutione: vt Insti.de vsufr. §. finitur. licet non pereat per mortem concedentis vel alterius: vt est casus no.in l.ij.C.de bo.ma. idẽ si esset
C obligatio tantùm personalis, nõ seruitus: quia nõ trãsiret ad heredẽ, vt est casus, & ibi plenè ponitur, in l. apud Iul. §.si quis alicui.de leg.j.& l. Mela. §.fin.de alimen.lega. nec ad singularem

gulare successorē: vt l. Caius. de an. leg. & in l. si. ff. de cōtrah. emp. quod not. Hic quæri posset de qbusdā obligationib⁹, an sint seruitutes reales seu pdiales, an po obligatiões tātùm psonales: sed qa meli⁹ cōueniet post materiā seruitutis mixtę, de qua stati dicemus, iō ibi tractare cōstitui, &c.

a Real. dici. *Adde Cor. cōsil. cclxxxvii. in iiij. volu. incip. Dominus. & consi. cxlvj. in iiij. volumine.*

b Per act. *Adde Cor. cō. cx. inc. videtur. in j. vo. & in iiij. vo. cō. lxxvj inc. licet.*

c Obligatio. *Adde Ale. cō. ij. in iiij. col. versi iij. in iiij. volu. & Corneum consil. xliiij. in ij. volumi.*

De seruitutibus mixtis. CA. III.

1 *Seruitutes mixtæ quæ dicantur.*

2 *Seruitutes mixtæ species quot sint.*

1 POSTQVAM* visum est de seruitutibus realibus & personalibus, cōsequens est, vt nūc de mixtis tractemus, sicut est seruitus vsusfructus, vsus, & similes: quæ ideo mixtæ dicūtur, quia nō sunt merè personales, quæ debētur à persona personę: sicut sunt illæ, de quib⁹ primo loco dixim⁹: nec merè reales, sicut sunt illæ quæ debent à re rei, de quib⁹ proximè dictū est: si de vtrisq; participāt ex eo, q debētur à re psonę, ipsę etiā psonales appellantur: vt l. j. ff. de ser. quia cū persona semp finiuntur: vt l. nō solū. ij. §. tale. de lib. leg. & no. gl. in ru. ff. de ser. & l. si quis binas. ff. de vsufr. & Instit. de ser. in prin. & tāquā reales etiā ipsę dicūtur, & tanquā iura realia vendicantur: vt l. vti frui. in prin. ff. si vsusfr. pe. vt no. Cy. in rub.

2 C. de vsuf. *Sed ppriè mixtæ dicūtur, vt habet in dictis iurib⁹. Species aūt hui⁹ seruitutis sunt tres, vsusf. vsus, & habitatio. & secūdùm aliquos est etiam ministeriū, siue opera seruorum. De singulis modò dicamus.

De prima seruitute mixta, uidelicet de seruitute ususfr. CA. IIII.

1 *Vsusfructus formalis, & causalis qui dicantur.*

2 *Vsusfructus quid, & quotuplex sit.*

3 *Dominium quotuplex esse dicatur.*

4 *Fūdus ad usumfructum, uel ad usufruendū, si alicui relinquatur: an tūc usufructus, uel pprietas relicta uideat.*

5 *Domus uel fundus in gaudimentum si alicui legetur, an ipsa proprietas relicta uideatur.*

6 *Maritus si reliquerit uxorē dominam & usufructuariā, sicut cōmuniter fieri solet, an proprietas, uel usufructus, uel alimenta relicta uideantur.*

7 *Legatum usufructus à legato reditus nunquid differat.*

8 *Legatum fructuum annuorū talis fundi, uel legatum fructuum eiusdem fundi, in quo differant.*

9 *Legato, uel concessione usufructus quid ueniat.*

10 *Vsumfr. formalē alicuius fundi si qspiā emerit, & posteà sterilitas contingat, an mercedis remissionem petere possit.*

11 *Vsusfructus uel usus legatus quanto tēpore duret.*

1 CIRCA quā in primis* sciēdum est, quòd duplex est vsusf. vnus est causalis, ali⁹ formalis. Causalis dicitur, quia ex persona causatur, quando habet mixtā causam dominij, secundùm Flor. in ru. ff. de vsufru. Vel dic, q causalis dicitur, quia est cōiunctus cū sua cā, id est, proprietate: vt l. si vn⁹. §. antep. ff. de pac. & l. rectè dicimus. & ibi not. ff. de ver. sig. & iste vsusf. nō est seruitus, nec p eo cōpetit cōfessoria, sed negatoria: quia dominus negat alterius esse fruendi. &

de isto

de isto hîc nõ est tractandũ: quia nõ est materia nostra. Alius est vsusfru. formalis, de quo loquuntur iura nostra de seruitutibus, qui dicitur formalis: ideo quia habet distinctã formam à proprietate: vt not. in d.l. rectè dicimus. de verborum significa. & ille vsusf. appellatur seruitus, quae
2 ita diffinitur: *Vsusfr. est ius vtendi & fruẽdi, salua rerum substantia. & est ius incorporale, quo sublato, ipsum tolli necesse est: vt text. in l.j. & ij. ff. de vsufr. & Insti. eo. in princi. & dic vt ibi. & adde dum dicitur, ibi, & fruendi, etiam propria autoritate: quia fructuarius potest fructus capere propria autoritate. l. fundi Trebatiani. & ibi not. ff. de vsufru. legat. quod non est in emptore fructuum etiam pendentium. l. qui pendẽtem vindemiam. ff. de contrahen. empti. Et ratio est secundùm Flo. in d.l. in princ. quia vendens fructus, videtur vendere corpora: qui autem vendit vsumfructum, videtur ius vẽdere: vt l. vaccae. ff. de euic. censetur enim vsusf. pars integralis rei, & pars domi nij: vt l. iiij. ff. de vsufruc. & l. rectè dicimus. de ver. sign. & ideo sicut proprietas dominiũ est, ita etiam est dominium vsusfr. vt est gl. not. in l. proprietatis dominiũ. C. de prob. q̃ semper allegatur, quòd vsufru. põt dici dominus respectu vsusfructus. & sentit hoc glo. in rub. de furt. dum dicit, sequitur de dominio incorporaliũ. & ibi hoc tenuit Guil. de Cun. & hic est tex. in l. in vẽditione. in princ. ff. de bo. auto. iud. pos. Et propterea vsufructuario datur realis actio, & cõfessoria, & negatoria, quae domino dantur: vt l. vti frui. ff. si vsusfruc. pe. de quo vide plenè per Bart. in l. q̃ vsumfr. de ver. obli. & ibi per Doctorẽ.
3 *Vñ etiã dicit Bar. in d.l. proprietatis. quòd dominium est multiplex. Primò quoddã directũ est: istud appellatur etiã proprietas, vt ibi. Secũdò est quoddã vtile, & illud nõ dicitur proprietas: interdum est sub proprietate substantialiter, vt dominiũ emphyteutę, & vasalli: vt l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. vel emphy. pe. etiam no. id l. si vt certo. §. si duob[9] vehiculum. ff. commo. & per gl. fi. in c. cùm Bertoldus. de re iudi. Interdũ vtile dominiũ contrariatur directo, vt dominiũ praescribẽtis: vt habetur in auth. nisi tricennale. C. de bo. mater. & de alio multiplici dominio Bar. in l. curatoris. C. de neg. ge. Tertiò quoddã est dominiũ adhuc magis discessiuum, vt dominiũ vsusfruct[9], & vsus, & dominiũ cuiuslibet seruitutis. Itẽ habentes praeeminentiam in subditos, appellantur domini[a]: & hoc vocabulũ in libello prolatum debet intelligi secundũ qualitatẽ personę: vt l. sed & si possessori. §. j. de iureiuran. secundũ Bald. in d.l. proprietatis. in princ. Hinc est q̃ dicitur dominium vtile: sed habet se ad directum ad instar cuiusdã seruitutis: quia per ipsum incommodatur proprietati: vt l. si tibi homo. §. fi. & hoc ibi not. de leg. j. & alibi etiã dicitur, quòd dominiũ vtile se habet ad similitudinẽ vsusf. vt l. j. §. quòd aũt. ff. de supficie. & l. j. in pri. ibi, in quos ius fructusq; trãsferretur. ff. ad Tre. quia sicut vsufructuarius totã cõmoditatem habet, vt no. Cy. C. de vsufr. in rubr. ita & habens vtile dominiũ: & sic extincto vsufruct. proprietas ĩpinguat: ita extincto vtili dominio, etiã impinguatur: quoniã vtilitas reuertitur

uertitur ad ipsum. & ex hoc sequitur vnũ notabile, quòd statutum loquẽs de vsufructuario, extẽderetur ad habentem iura vtilia, si materia, de qua loquitur, hoc pateretur: & sic cõpræhẽderet emphyteotas, & vasallos, & filios, secũdùm Pau. de Cast. in l. j. in prin. ff. ad Treb. quod no. Quãdoq; tamen sub nomine vsusfr. cõtinetur proprietas: vt l. j. in fi. & ibi per glos. & Doct. ff. de vsufruct. ea. rerum quę vsu consu. & l. sciens. de auro & arg. leg. & not. in l. Titia cum testamento. §. fi. de legat. ij. Aliquando tamen minus valet proprietas, quàm vsusfr. & econtrà: vt not. glos. in l. omnium bonorum. de vsufruct. *Sed est dubium, quid si relinquitur alicui fundus ad vsumfructum, vel ad vsufructuandum: an tunc videatur relictus vsusfru. vel proprietas? Dic proprietas, quia aliud est dicere, relinquo vsumfructum, & dicere, relinquo ad vsufructuandum: sicut aliud est dicere, relinquo alimẽta ex prædijs, & dicere, relinquo prædia: vt l. libertis. in princ. & ibi per Bartol. & alios. ff. de alimen. & ciba. leg. Sed nunquid trãseat ad hæredes? dic plenè ibi p Bar. & de ista quæstione vide in l. Titia cum testamento. §. Titia. de lega. ij. & per Dyn. Bar. & Doc. in l. donationes in concubinã. §. species. ff. de dona. & per gl. & Doc. in l. cũ is. §. cui. ff. de transa&. & per Floren. in l. Proculus. ff. de vsufr. & per Angel. in l. si quis ita legauerit. eo. ti. *Quid autem, si legatur domus vel fundus in gaudimentũ, an videatur esse relicta proprietas, an vero vsusfructus tantùm? Et multi cõsuluerunt, quòd videatur esse relicta proprietas, per d. l. Proculus. Sed dicit Flor. quòd hoc videtur contra propriam naturã verborũ: & propter id noluit se subscribere: sed dicebat attendendum esse, qui erant hæredes, vt si essent extranei, penitus hæc opinio, quòd intelligatur relicta proprietas, posset saluari: secus si filij essent instituti: & sic à patre prædilecti, quę opi. æqua est. Et de ista quæstione vide per Dy. in consilio suo, quod incipit, quidã in testamẽto. vbi dicit, quòd legatarius habet quasi vsumfr. & vide Bal. in l. si habitatio. de vsu & habi. & in apostillis, qui tenet tale relictũ transferri ad hæredes legatarij, per not. in d. l. libertis. quia modus fauore legatarij nõ restringit Legatũ. de quo etiã vide ff. de dona. l. donationes. §. species. *Itẽ quid si maritus relinquit vxorẽ dominã, & vsufructuariam, sicut cõmuniter fieri solet: an videatur relicta proprietas, vel vsusfr. vel alimenta? Dic sola alimenta filijs institutis: secus si extranei, vt est glo. ord. in aut. quod locũ. C. si secundò nup. mu, vbi per omnes, & plenè per Bar. in l. Titia cum testamẽto. §. final. de leg. ij. & Bal. in l. filia. C. de indict. vidui. quod intellige superstitibus filijs institutis: secus si filij morientur viua matre, quia tũc efficeretur proprietarius, vt notat singulariter Bar. per illũ text. in l. sicut in annos. quib. mo. vsusf. amit. *Nũquid autẽ differat legatum vsusfru. à legato reditus, & in quolibet? Dic quòd sic, vt est text. in l. fundi Trebatiani. & ibi no. de vsufr. leg. & habetur in l. si quis ita legauerit. ff. de vsufru. Differentia etiã est inter vsumfru. & facultatem fructuum percipiendorũ, quam vide per Old. in suo consil. cc. Aliud est enim vsusfr. qui est ius, vt dixi in

4 5 6 7

eius

eius diffinitione. & aliud est perceptio fructuum, quæ est quid facti, nō iuris, & ideo vsusfru. nō rectè fruct⁹ appellatur, vt not. Ang. in l. domin⁹. ff. de vsufruct. Aliquādo tamen capitur vsusfr. pro facultate fructuū percipiendorum: not. Ange. in l. Pomp.
8 ff. qui. mo. vsusf. amit. * Sed an sit differētia, si quis legauerit fruct⁹ annuos talis fundi, vel vsusfr. eiusdem fundi, vide tex. & ibi gl. ordi. & Doc. in l. si quis ita legauerit. de vsufru. ff.

9 *Dubiū etiā esse pōt, quid veniat in legato, vel cōcessione vsusfr. Dic quòd venit patientia promittentis, vel eius hæredis, quia clarè intelligitur quis vsusfr. quādo patitur quem vti frui. l. iij. §. dare. ff. de vsufr. Itē legato vsufru. veniunt boues aratorij, quos hęres nō pōt remouere de fundo, vt probatur in l. item si fundus. §. seminarios. ff. de vsufru. & ibi hoc no. Ange. & Flo. Item legato vsufru. fundi, videtur legatus vsusfruct. frumenti ad seminandum deputati: vt est tex. in d. §. seminarios. & ibi hoc etiam not. Ang. Item vsufructuarius debet habere omnes fructus, etiā si vsusfructus nō durasset per vnā diē: quod secus est in viro & vxore: vt not. Bar. in l. diuortio. sol. mat. ad qđ vide no. in l. defuncta. ff. de vsufr. Itē vsufructuarius pōt facere pingere, vel sculpere arma sua, in quo habet vsumfru. vt l. si cuius. aliàs l. æquissimum. §. sed & si ędiū. versi. sigilla. ff. de vsufru. & ibi hoc not. Ang. & Flo. Et est ratio, quia per hoc nō efficeretur deterior conditio rei, nec mutat eius substātia: aliàs secus esset: vt C. de religio. l. monumentorū. & l. j. C. ne quis vela regia. & l. repeti. §. rei mutatione. ff. quib. mo. vsusfru. ami.

Item adde, quòd vendita gabella fructuum, non videtur venditus vsusfr. hominum, qui nascētur, pro quibus aliquid soluitur: vt l. vetus est quæstio. de vsufru. & ibi hoc tenet Ang.

10 *Et est quæstio pulchra, an ille q emit vsumfructū formalem alicuius fundi, si posteà cōtigat sterilitas, possit petere remissionem mercedis. Et videtur, quòd sic: per l. licet. C. locat. & c. propter sterilitatē. extrà, de loca. Et pro hoc, quia emptori fructuū futurorū sit talis remissio: vt no. Bal. in d. l. licet. in v. quæst. dicas contrarium, scilicet, quòd non debeat fieri remissio aliqua: quia ius vtēdi est ꝑ concessione iuris: non aūt pro fruitione facti obligauit concedēs vsumfru. pro hoc l. iij. §. dare. ff. de vsufru. Et ideo refert vtrum cōcernat perceptionis effectum, & tunc fiat remissio: aut primum remissionis actū, & tunc nō fiat remissio: quia nō est impedimentum, secundùm Bal. qui ita not. in d. l. licet. in v. q. in vers. sed qđ
11 de eo qui emit. C. loca. *¶ Quāto aūt tēpore duret vsusfr. vel vsus legatus? Respondeo, dic, quòd centū annos: quia ista est vita longæui hominis. ita dicit glo. xvj. q. j. c. possessiones. & mouetur per tex. in l. an vsusfru. ff. de vsufr. probatur in l. si vsusf. municipibus. ff. de vsufruct. leg. Idē dicas in legato vsufruc. relicto ciuitati vel castello, vt duret c. annos: vt est casus in dictis iuribus. Vltimò adde, quòd sicut vsusfr. constitutus finitur morte vsufructuarij, vt §. finitur. Insti. de vsufruct. ita etiā finitur species vsusfru. constituendi: vt probatur l. Sempronius Attalus. de vsufru. leg. & l. qui vsumfru. in verb. hoc ita se. ff. de vsufruct. quos text. allegat ad hoc

hoc l.ud. pro notabilib⁹ in cccclxij. singulari, quod incipit, vsusfr.const. Cætera circa istam materiã vide per Azo.in sum.C.de vsufr.& in toto illo tit.ff.eod.& in c.fin. & ibi per gl. cano.extrà,de pignori.quia non intendo ipsum hîc latius declarare,&c. quia longissima est.

a Domini. *Quomodo accipiatur uerbum Dominus, uide Alexã. in ij.uolu. in consil. cxxix.in ulti.col. per totum. & in iiij.uolu.consil.v.in ij.colum.& Corneum consi. cxxix.incipien.uisis in iij.uolumine.*

b Vsufru. *Adde Alex.cõsi lxvj.per totũ in iij.uol. Et utrũ,& quãdo si testator relinquẽs uxorẽusufructuariã,instituit hæredẽ utilẽ post mortẽ uxoris,& unũ aliũ in re certa,an ualeat legatũ usufructus,uide consil.lxiij.in j. & ij.col. in v.uolumine.*

De secunda specie seruitutis mixtæ, de seruitute usus.

CAP. V.

1 *Vsus diffinitio quaenam propriè sit.*
2 *Vsus quotuplex existat.*
3 *Vsus quot modis capiatur.*
4 *Vsus inquantum seruitus est, quid in se contineat.*
5 *Vsus domus uel ædium in specie quid comprahendat.*
6 *Vsus ædium, habitationis, fundi, seruitutis, pecoris, boum, armenti, & equi, quid sit remissiuè.*

AD secundã itaq; seruitutẽ mixtã, quæ est vsus, accedam⁹: & ita 1 diffinitur: *Vsus est alienis rebus vtẽdi ius salua rerũ substãtia: vt probatur in l.j.cũ gl.in verb.vtẽdi.ff. de vsufr.nã nõ dixit fruẽdi,ad differentiã vsusfr.& ibi not. Diffinit aũt aliter vsum Arc.in c.quãuis.de of.dele. lib.vj. vbi dicit secũdũ Augustinũ, ꝙ vti, est id quod in vsum venerit, referre ad id quod fruendũ est. Secundum eum, vti, est quæ sunt ad finem ordinata in finem referre: & illicitus vsus abusus vel abusio potius denominandus est. Ista diffinitio ponitur etiam in libro Sententiarum, in princip.in ij.c. Sed nõ conuenit propriè, vsui, qui seruitus dicitur: ideo primã teneas, & eam declara, vt per gloss.& Doc.in l.j.ff.de vsufru.& per Cyn.C. eo.in rub. 2 *Et scias, ꝙ vsus est duplex, sicut ẽt est vsusfr. vnus scilicet facti, & alius iuris: vt no.Bal.& Ang.in l.si vnus.ff.de condi.inst. Ex quo ibi inferũt ad q̃stionẽ ingrediẽtis ĩ monasteriũ, & reseruãtis sibi vsumfr. videlicet, quòd talis ingressus nõ valet; qa cũ vsusfr. sit duplex, iuris & facti, intelligitur ingrediẽs sensisse vsum fr.facti, q retinetur cõniuentibus oculis abbatis. & allegauit extrauagãtẽ Io.xxij.q̃ incipit, ad conditorẽ. de qua q̃stione vide per gl.in l.per seruum.ff.de vsu & habi.& aut. ingressi.C.de sacrosi.eccle. Itẽ scias, ꝙ verbum, vti, spectat ad vsuariũ: verbũ, 3 frui, ad vsufructuariũ, capiẽdo, frui, pro eo quod est iuris: vt est text. in l. ij.in prin.ff.de vsu & habit.nõ aũt pro eo, quod est pceptio fructuũ: vt dixi s̃.de vsufr. quia vsusfruc. differt à fructu. l.vaccæ. de euicti. sed ius fruẽdi vtẽdi spectat ad vsumfruc. vt est tex. in l.vti frui.in prin.ff.si vsusfr.pet. patet ex diffinitione etiã vsusfr. quã supra retuli, quod fallit simpliciter, qñ cõcederetur vni res pleno iure, cum clausula ad vtẽdũ & fruendũ. Nã tũc clausula nõ continet cõcessionẽ: vt l.donationes in cõcubinam. §. species.ff.de donatio. nisi adijciatur, ad vtendum & retinendum in vita sua:

vt l.

vt l.cùm hi. §.vni.de transaction.ita notat Bald.in l.j.in ij.col,versic.not. quòd fructus quando.C. de fructi.& lit.expen.quod not. bene. Itē aduerte, quandoq; quis habet ius vtendi fruendi: & alter habet facultatem percipiendorũ fructuũ.l. si vsusfr.ff. de iure dotium.& l.si vsusfru.sol.matr.& no.Ioan.An.in addi.Spec.in rubri.de præb.ad finē.Et aduerte, quia principalis differentia inter vsumfr. & vsum, est quòd seruitus vsusfruct. est plenissima. Nā ad vsufructuariũ omnes fructus pertinent: vt l.vsufru. legato.ff.de vsufru.Sed ad vsuarium illi tantùm pertinēt regulariter, qui sunt necessarij:vt Insti.de vsu & habita.in pri.& l.plenum. §.j.ff.eo.tit. &c.Ista tamē verba, vti frui, p se sumpta, vel simul, aliter capiuntur apud Theologos:vt per August.li.1.de doctrina Christiana, & libro x. de trinitate, & habetur etiā lib.1.sentētiarũ.
3 c.ij.li.xxiij. de quo vt ibi. *Capitur autem vsus multis modis.Primò pro iure seruitutis,sicut dictum est.& ita loquitur totus titulus, ff. de vsu & habita. & Insti.eo.cum simili. Secundò capitur quandoq; pro vsufruct. vt est text. cum gloss. in authenti.de hæredi. quæ ab intestato. §. si verò cum ascēdentibus. & in aut. de non eligen.secundò nub. §.j.& §.prospeximus. Tertiò capitur pro cōmoditate vtendi, cùm tamen verè non sit vsus:vt l.si quis binas.ff. de vsufr. & l.si alij.ff.eo. ti. Quartò capitur pro eo quod quis pro suo vsu habet, vel sui vsus causa paratũ est.& videtur in l.censoria.ff. de verborum significa.& l.cùm in testamēto.de auro & argen.legato.& per Ange. in l. ex facto.la secunda.ff.de hæredi. instituti. vbi dicit, ea quæ ad vsum nostrũ referimus, semper intelliguntur esse illicò vbi sumus, nisi aliter appareat. allegat nota.in l. sed si non inducta. C.in quibus causis pign.taci.contra. Quintò & vltimò capitur pro eo, quod dicitur vsus cōmunis, sicut est cōsuetudo:vt l.ij. C.q̄ sit longa consuetu.& in c.j.in tit. de feu.cogni.Et propterea dicitur cōmunis vsus loquēdi & intelligēdi. de quibus vide plenè per Bartol.in l.Labeo.ff.de supel.leg.& habetur in l. librorum.§.
4 quod tamē Cassius.de lega.iij.* Sed sciēdum est, quid cōtineat in se vsus inquantum est seruitus. Dic in genere:vt colligitur de diffinitione quā suprà tradidi:& habetur Insti.de vsu & habit.per totum.& ff.eodem, per totum.& d.l.plenum. §.j.& l.per seruum. §.j.vsq; ad finē.l.diuus. §.j.eo.
5 titu. *Sed in specie, quid cōtineat in se vsus domus vel ædium? Dic vt l.j.& ij.ff.de vsu.& habit.& Insti.eodem tit. §.item is qui ædiũ.& in l.diuus. §.j.vbi est casus nota.in l. si domus.& in l.si filiusfa.eo.tit. & in d.l. ij.est glo.no.quod not.quòd nō pōt inducere ganeas seu meretrices vsufructuarius, vel vsuarius, nec etiam scholaris socius in domo cōducta: sicut nec vicin⁹ pōt inuita vicinia meretricem in domo: vt nota. Guil. de Cu.Bal.& Doct.in l.ij. de summa trinitate.Item nec socius potest tenere cōcubinam: vt not.Bald.in l. si conuenerit.pro socio.nec inimicum socij:argumē.l.si pendētes. §.j.ibi, vel cōtumeliosè. de vsufru. nec aliquam personā, per quam possit inferri cōtumelia socio vel domino proprietatis, per illum text.quem bene not.
6 *Quid autem contineat vsus ædiũ seu

seu domus, vide in l. arboribus. aliàs l. æquissimum. §. sed si ædium. cum seq. vsque ad finem. de vsufru. Itē quid contineat vsus habitationis vel habitatio, vide l. cū antiquitas. & l. habitatio. C. de vsufr. & Instit. de vsu & habita. §. sed si cui habitatio. & l. si habitatio. ff. eodem tit. de quo dicā vt plenius dicam in sequenti seruitutis specie mixtæ. Item quid de vsu fundi, vide in d. l. si habitatio. §. si vsus. & l. fundi. ff. de vsu & habi. & Instit. eo. in princi. Item quid de vsu serui, vide Instit. eo. §. itē is ad quē. in l. per seruum. in princ. & l. seruus. & l. si legatus. §. seruo. ff. eo. Item quid de vsu pecoris, vide in l. plenū. §. sed si pecoris. Item quid de vsu boum & armenti & equi, vide in d. l. plenum. §. sed si boum. & §. equitij.

Itē quid de vsu aquæ, vide in l. diuus Adr. Itē quid de ministerij vsu & operarū serui, vide ī d. l. plenū. §. si vsus. & §. opas. cū l. se. ff. e. De istis duobus dicet in sequētibus. Hæc de seruitute vsus, q̄ est secunda species seruitutis mixtæ, dixisse sufficiant.

a Habitatio. *Adde Alex. in j. uolu. cōsi. j. in j. col. & in ij. uol. cōsi. xx. per totū. Et Cor. cons. cliij. in iiij. uolu.*

De tertia specie seruitutis mixtæ, uidelicet de seruitute habitationis. CAP. VI.

1 *Habitatio ab usu in quo differat.*

2 *Legauerit, & promiserit si quispiā alicui habitationem, an proprietatem relinquere uideatur.*

3 *Domus ad habitandū, uel pro sua habitatione si alicui legetur, uel etiā alimenta, quid iuris.*

4 *Domus cōmoditas multis modis legari, uel concedi potest.*

5 *Testator si uxori dom⁹ habitationē reliquerit, de qua nō liquet, cū plures domos habeat, de qua sensisse uideatur.*

6 *Testator si domus suæ habitationē uel usumfructū uxori reliquerit, deinde eodem testamento eandē domū alteri legauerit, an ex hoc legato usufru. uel habitatio eidem uxori adempta uideatur.*

7 *Testator si dixerit, relinquo uxori meæ habitationē in domo cum filijs suis, nū quid talis ex tacita defuncti uolūtatē etiam alimenta habere debeat.*

DICEMVS nūc de alia specie seruitutis mixtæ, q̄ est species tertia, & vocaт habitatio. Ista habitatio a est ius ꝓpriū & spāle, diuersum ab vsufr. & vsu: vt est tex. in l. cū antiqtas. C. de vsufr. & Insti. de vsu & habita. §. sed si cū habitatio. & est seruitus vsusfru. & vsus: vt ꝓbaт Insti. de vsu & habita. in rubrica, & in §. pen. & ibi hæc de seruitutib⁹. & in rubri. C. de vsufr. Nec dicit seruitus ꝑsonalis, secūdū Azo. in summa. C. de vsufru. vers. nūc de habitatione vidēdū est. secūdū Cy. in rubri. C. eo. ti. probaт in l. j. ff. de serui. & no. glo. in l. si qs binas. ff. de vsufr. Sed ꝓpriè dicit mixta, vt dixi, quæ debeт à re personæ: vt no. gl. in rubrica. ff. de serui. & sentit gl. ij. Instit. eodē. & cōstituitur hæc habitatio, vt vsus, & vsusfruc. & vsus in domo, secundū Azo. in summa. C. de vsufr. nō tamē est vsusfruct. nec vsus, sed est quoddā ius ꝓpriū, & speciale, & diuersam habēs naturam: vt dicit tex. in d. l. cū antiquitas. licet in quibusdā couueniant.* Nam differt habitatio ab vsufru. in hoc, qa 1 vsusfru. capitis diminutione perit, & nō vtēdo: vt l. corruptionē. C. de vsufru. Instit. eo. §. si. Habitatio autē nūquā nisi ꝑ solā mortē, vt l. si habita

 tio.

tio.in prin.ff.de vsu & habitat.& l. habitatio.C.de vsufr.Et est rō:quia habitatio nō perditur capitis diminutione:quia est species alimētorū: & in alimētis potius attendit factū, quàm personæ cōditio,vt l.legatū. ff.de capi.dimi. Itē quia non perit nō vtēdo.Dic,ratio est propter fauorē alimētorū,ex quo est pars alimenti,vt dixi. Itē est alia ratio,quia vsusfructus recipit denominationē ab actu & ab vsu:& ideo per nō vsum tollitur:sed habitatio,put est ius,est seruitus,& nō recipit denominationē ab actu:sed ab habitu & potētia habitandi. Itē habitatio recipit magis denominationē à persona,secūdùm Guil.de Cu.& Bal.in d.l.cū antiquitas.sed in hoc cōcordat vsusfructus, & habitatio,quia sicut vsufructuari⁹ potest alteri locare vsumfru.Insti.de vsu & habita.in fi.princ.ita & qui habet habitationē:vt est tex.in dicta. l.cū antiquitas.Instit.de vsu & habitatio.§.sed si cui habitatio. Itē seruitus habitationis differt ab vsu,seu seruitute vsus:quia vsuarius locare nō potest:vt Instit.de vsu & habitatio.in fine princ. sed ille qui habet habitationē,sic,vt dicit l.cū antiquitas.& Instit.eo.§.sed si cui.& etiam cōmodare pôt.tex.est in l.prima,§. itē cōmodatum.& ibi Docto.ff.com moda.Vsusfr.autē habitatiōis significat idē quod habitatio.& idē importat vnum,sicut aliud:vt est casus in d.l.cùm antiquitas.& ideo quod de vno dicitur,de alio dictum esse intelligatur.

2 *Sed nunquid legādo vel promittendo quis habitationē videatur relinquere proprietatem? Dic secūdū glo.in d.l.cū antiquitas. quòd si legans vel promittens erat solitus domum suam vocare habitationē,sicut sunt quidā qui fundū appellāt possessionē,respiciendo potius ad proprietatē,quàm ad nudam possessionē:vt l.interdum.de verb. signifi.nam tunc proprietatē videt legasse vel promisisse,aliàs nō,prout ibi dicit Bar.esse menti tenendū. Vel dic secundū Bal.& Doct.ibi.Aut vocabulū attribuitur toti rei.verbi gratia,testator dicit,lego habitationē meam,& cōsignat domū.& tūc videtur legata proprietas. Aut non attribuitur hoc vocabulū toti rei,sed cuidam iuri in re:vt quia dixit, habitationē talis domus,tūc non videtur legata proprietas.allegat l.Seiæ.§. Caia.de fun.instru.& l.cōcubinā.§. qui quatuor.de legatis iij.& idē habetur per glo.& Doc.in l.j.ff.commoda.

3 *Quid autem si legetur domus ad habitandū, vel pro sua habitatione,vel alimenta a ? vide plenè per Bart.in l.donationes in concubinam.§.species.de donatio.& per gl. Bart.& Doct.in l.cùm hi.§.fi.de trāsactio.& in l.si mulier.C.de iure do. & per Flo.in l.Proculus.& in l.si qs ita legauerit.de vsuf.

4 *Ex prædictis omnibus collige,quòd cōmoditas potest multis modis legari vel concedi.Primò quādo relinquitur vsusfru.domus,& tunc idem quod in alijs rebus,in quibus relinquitur vsusfructus. Secūdò relinquitur aliquādo vsus domus.Et quid in hoc contineatur,dixi suprà in materia seruitutis vsus,in fine.

5 *Et adde,quòd si testator relinquit vxori habitationē domus,de qua nō apparet.Dic quòd si habet vnam in domicilio,aliā extrà,in dubio videtur sensisse de illa, quæ est in domicilio:vt probatur in l.quæ

l.quæ est cōdi.§.primo,ff.de condi tioni.& demonstrationi.& ita tenet Bald.& Imo.in l.si domus.de legatis primo.in prin.Et si plures essent in domicilio, electio esset hæredis,vt d.l.si domus.in princ. Tertiò solet relinqui habitatio talis domus,quã habeo in tali loco:& tūc non venit dominium, sed commoditas, quæ est ius separatum ab vsu,& ab vsufru ctu.l.cū antiquitas.C.de vsu.nisi ex cōmuni vsu loquendi legantis aliud appareret,vt s.dixi. Itē in tali lega to habitationis nō veniret hortus, 7 licet aditū ad illū haberet per illam domū,vt est tex.in l.Olympico.ff.de seru. vrban.præd.Et ibi hoc notant doct.quòd intelligit ibi Floria.nisi iudicaret domū accedere,vt l.prædijs.de leg.tertio.§.pe.Et adde qđ dicam in versiculo, dubitari potest. Quartò nōnūquã relinquitur habitatio,quã quis habet in tali loco.vel dicitur, relinquo habitationē meã: & tunc venit proprietas,secundùm Guiliel.Bal.& doct.in d.l.cū antiquitas.Et ꝑpterea sit cautus testator vel notarius, quomodo loquatur. Quinto quandoque relinquitur vsusfru. habitationis.& tūc idem est,ac si relinquatur habitatio talis domus. & tūc nō est propriè vsusfruc.casus est in d.l.cū antiquitas,&c. Sextò sæpe relinquit domus ad habitandū,vel ꝓ sua habitatiōe,& tūc dic vt p Bar. in l. libertis.de alim. & ciba. lega. & in alijs locis, de quib⁹ suprà. Septimò & vltimò relinquit aliqñ domus b in gaudimentū.& de hoc dic vt dixi in materia vsusfru. *Sed cō tra prędicta dubitari potest. Quidã relinquit vxori habitationem vel vsumfructū domus suæ:deinde legauit in eodem testamēto eandē domum alteri,an per istud legatū videatur adēptus vsusfr. vxori vel habitatio?Dicas quòd nō.casus est no. in l.Sēpronio.in princi.de vsufruc. lega.& ibi ꝓbatur,quòd legato generali vsusfr.vel habitationis,nō derogat per legatū speciale ipsius rei: & dicit ibi Bar.quòd iudicio suo ille tex.nō est alibi.Idem tenet Ludoui.Ponta.in suo singulari ccccl xj.qđ incipit,an legato generali.qui allegat etiam ad hoc legē,si alij.in prin cip.eo.tit.quod no. *Item dubitari potest,quid si testator ita dixit,Relinquo vxori meæ habitationem in domo cū filijs suis,iuxta l.si mulieri cū liberis.de vsufr.accre.an ista debeat habere alimenta ex tacita voluntate defuncti,quæ in obsequio filiorū esse debet?vt l.sed si homo.§. fi.de condit.& demon.ergo debet ab eis ali:etiam proposito,quòd esset alia, quàm mater,puta amita.qa hoc est in recōpēsatione laboris:vt l.Seio.de an.leg.& ff.cōmo.l.in rebus.§.pe.& l.idemque.§.Labeo.ff. manda.& l.quoniã libri.C.de testi. secundū Bal.qui ita no.in l.fin.in ij. col.in prin.de indi.viduitate.Postremò scias,quòd ille qui habet habitationem, dicitur possidere,etiam si non habeat aditum ex publico.l.si duo.§.cæterum.ff.vti pos.Et ita hoc not.Barto.per illum text.qui dicit, quòd sæpe contingit quòd testator relinquit vxori habitationem certæ partis domus, etiã dicit quòd illã partē possideat,etiã si nō habeat aditum ex publico.quod est nota.

a Alimenta. *Vtrum alimenta debeātur præstari de fructibus,an verò de proprietate,uide Alex cōsi.c.in ulti.col.in*

b 2 *j.uolu.*

j.uolu. Et utrũ ille, cui debent præstari alimẽta, in domo hæredũ debeat operari ad cõmodũ hæredũ, & quomodo intelligatur talis dispo. Alex in cõs.iij.in j.col.in iij.uolu.& in j.uol.cõs.c.in j. col.per totũ.ubi cõcludit, quòd debet præstare seruitia in domo, secundùm qualitatem suæ personæ.

b Domus. *Adde Corneũ in ij.uol.cõsi. ccxlviij.inci.uidetur prima. Et domus sumitur in iure uarijs modis in cõs.lv. in j.uo. Et Alc.ĩ cõ.xlviij.in ult.co.ĩ fi.*

De seruitute ministerij seu operarum, an sit realis uel personalis. CAP. VII.

1 *Quoddã quid est, quod in facto cõsistit.*

2 *Opera seu ministeriũ seruorũ qualiter & in quibus cõstituatur: & qualiter restituantur, & amittãtur, remissiuè.*

TRIA Seruitutum genera esse diximus, de quibus hactenus tractatũ est. Quidam tamen dixerũt aliud genus seruitutũ reperiri, scilicet ministeriũ, siue operã seruorũ, de qua dubitat' vtrũ sit realis, vel p̃sonalis. & dicit Cyn. in rubri. de vsufruct. quosdã tenere, quòd sit realis: quia personalis seruitus nõ trãsmittitur ad aliũ: vt ff. de vsufru. legato. l. secunda. ergo, &c. Alij dicũt, quòd est p̃sonalis: nã seruitutes reales sunt perpetuæ: vt ff. de cẽsibus. l. forma. sed seruitus illa nõ est perpetua, sed mortuo seruo extinguitur: ergo, &c. Dicit Petrus de Bellapertica in d. rubri. de vsufru, vt ibi refert Cy. si volumus tenere, quòd sit seruitus, tutius est tenere quòd sit realis. sed tñ ipse credit, quòd nõ sit seruit': sed est potius quædã modificatio, quã dominus cõpellit' pati vti seruitutẽ in seruo, tamẽ nõ est seruitus. & hoc dixit lex. nã in libero hoĩe nulla seruitus cadit. de condit. & demon. l. Titio. §. Titio centũ. & tamẽ ministeriũ liberi hominis potest legari: vt l. tertia, de vsufr. legato. & videt' innui à operis seruorũ, l. j. vbi dicit', *quòd 1 est quoddã quid, quod in facto consistit. vnde nõ est propriè seruitus secundũ eũ. & ita voluit in effectu gl. in l. si quis binas. de vsu. & ita tenet Cyn. & Bald. & communiter Doc. in dicta rubri. C. de vsufru. qui dicunt quòd est potius quædã obligatio p̃sonalis seu ius personale: & ideo cõtra impedientẽ nõ datur actio confessoria, sed actio personalis & iniuriarũ, argumen. l. qui pendẽtẽ. de actio. empti. *Et de hac materia, scilicet qualiter ministeriũ siue opera 2 seruorũ cõstituatur, & in quibus & qualiter restituantur & amittant', vide plenè per Azo. C. de vsufr. in summa. in vltima col. versiculo, sequitur videre de ministerio. vsque ad finẽ vbi vide, qui clarè loquitur. Dicitur etiam quòd aliud genus seruitutis reperit', quę debetur à persona rei: vt puta, Relinquo Titio centũ, vt à monumẽto meo nõ recedat. l. Titio cẽtum. §. Titio. ff. de condi. & demõstra. & not. glos. in rubrica. de seruit. & gloss. ij. Institu. de seruitut. in princip. sed illa non est propriè seruitus, put capit' in materia nostra: & ideo istam & præcedentẽ non cõnumerari inter gña seruitutum. &c.

De quibusdam obligationibus, an illæ dicantur seruitutes. CAP. VIII.

1 *Constituat si quispiam mihi, quòd in fundo suo omni anno unũ frumẽti stariũ recipiam, uel unũ pomũ in uiridario, an huiusmodi seruitutes dicãtur.*

2 *Promiserit si quispiam mihi seruitutẽ*

pecor

pecoris appellēdi ad fontes, cā agri mei stercorādi, an hoc seruit⁹ esse dicatur.
3 *Promiserit si quispiam alicui seruitutem de coquendo panem in furno suo pro tota eius familia, an hoc etiam seruitus dicatur.*
4 *Promiserit si aliquis alicui, quòd per pōtem suum sine gabella transire posset, sicuti promisere Veneti Placētinis, an hoc seruitus dicatur.*
5 *Pedagium colligere an seruitus debita colligenti existat.*

HIC videndum est de quibusdā, vt promisimus, obligationib⁹, an sint seruitutes. *Et primò, si ali-
1 quis constituat mihi, quòd in fundo suo recipiam omni anno vnum stariū frumenti, vel quòd pomum percipiā in viridario suo. Et Pet. de Bellaper. rub. C. de vsufr. dicit quòd est seruitus innominata, ex qua oritur contra tertium impedientem actio confessoria: vt l. Mela. §. fi. de alimē. & ciba. lega. & idem tenet Bal. in l. si plures. in iiij. colū. C. de condi. inser. Sed idem Bart. in dicta rubri. tenet, quòd nō sit seruitus, sed obligatio personalis: & melius. de quo dic; vt ibi plenè, & per Cyn. & conclude, vt dixi suprà in illā q. quomodo cognoscatur an seruitutes sint reales & prędiales, in tertio casu principali, vbi
2 plenius hoc declaraui. * Secundò, quid si pmisisti mihi seruitutem pecoris appellendi ad fontes causa agri mei stercorādi, an sit seruitus? Gl. dicit quòd non. ff. de seruit. in l. pecoris. Bal. contrà in d. l. si plures. in iij. co. de hoc dic vt p Doct. in d. l. pecoris. & in l. vt pomum. de seruitu. & in l. Mela. §. fin. de alimen. & ciba. & dixi in dicto iij. casu principali.
3 *Tertiò, quid si aliquis promisit seruitutem de coquendo panem in furno pro tota familia? Et Cyn. tenet, quòd non sit seruitus: quia non concernit res necessarias: & ideo vendito per ipsum furno, emptor non tenebitur me pati, quia seruitutes sunt inductæ propter necessitatem rerum: sed furnus non indiget pane, vt ibi malè decoquatur. & malè dicit secundùm Bal. in d. l. si plures. in quarta col. de conditio. inser. quia secundùm eum, est seruitus, quæ debetur à re personæ: sicut est illa, quòd possim de agro tuo recipere millesimam fructuum, vel vnam corbam: & dic secundùm Pet. quòd erit seruitus innominata, quia genera seruitutum multò plura sunt, quàm quæ specialiter enumerata sunt; & nominata. l. tertia. §. genera. de acquirend. possessio. Ego credo, quòd possit dici seruitus vsus, ex quo est ad necessitatem familiæ introducta: per ea quæ dixi in quæst. quomodo cognoscatur seruitus realis. & adde qd statim dicā in sequēti diuisione ser-
4 uitutū. *Quartò, quid si promisisti, quòd per pōtem tuū possim transire sine gabella? sicut dicit quòd Veneti concesserunt Placentinis transitum per quendam pontē, qui tunc possidebatur per Venetos, absque solutione alicuius vectigalis. de hac quæstione vide per Bal. in d. l. si plures. C. de conditio. inser. in iiij. col. versicu. item seruitus est, si per pon-
5 tem tuum. dic vt ibi. *Quintò vtrū colligere pedagium, sit seruitus debita colligenti? Dic quòd non: quia seruitutis nostrę est pati, nō exigere: vt l. quoties. la prima, de seruit. Sed est quædam iurisdictio ordinaria conscripta loco: & ideo ponte de-

 structo

ſtructo ſine ſpe reſtitutionis, nõ poſſent exigi vectigalia à trãſeuntibus, niſi vbi erat põs de nouo ſit refect⁹: quia locus in quo erat iuriſdictio limitata, id eſt, ipſe põs, in rerũ natura deficit eſſe, & oĩa loca naturalia ſunt libera tranſeuntibus. ff. quemad. ſeruit. amitta. l. ſi locus. §. finali. Si autem in loco veteri reficiatur pons, tunc vectigal ipſo iure reuocatur, ſi ue reſtituit in integrũ: vt dicta l. ſi locus. vt no. Bal. ſingulariter in dicta l. ſi plures. in iij. col. verſi. vidi dubitari. C. de conditio. inſert. quòd eſt no. Explicita eſt prima generalis diuiſio ſeruitutũ, cũ his quę ad eã pertinere viſa ſunt: nũc de reliquis dicemus.

De ſeruitutibus nominatis & innominatis. CAP. IX.

1 Seruitutes urbanæ & rustica quæ dicantur.

2 Seruitutes innominatæ quænam ſint.

3 Seruitutes nominatæ quæ appellẽtur.

SECVNDA diuiſio ſeruitutum eſt. Nã quædã ſeruitutes ſunt nominatæ: quædã innominatæ: vt notat gl. in l. penul. §. prædium. de ſeruitu. ruſtico. predio. & ibi per Doct. & per Cy. & Bal. & Doct. in rubri. C. de vſufruc. & per Bal. in d. l. ſi plures.

1 in tertia colũna. *Et dic, quòd ſeruitutes vrbanæ nominatæ ſunt illæ q̃ ponuntur in l. j. in principio, de ſeruitu. vrbano. prædio. innominatæ verò ſunt illæ ruſticæ, quæ ponuntur in d. l. j. §. in prædijs. eo. tit. Et nominatæ dicuntur ſecundũ Paul. de Caſtr. in l. j. proximè allegata, quia ſunt nomina iuris, vt iter, actus, via, aquæductus, & ſimilia: ſed innominatæ ideo dicũtur, quia illa ſunt nomina actus, nõ nomina ꝓpriè, ſicut ſunt aquæ, hauſtus pecoris ad aquã compulſi, ius paſcendi, calcẽ coquendi, & arenam fodiẽdi: de quibus ſit mẽtio in dicto §. in prædijs. Denominant ergo iſtę ſeruitutes ab ipſo actu vtẽdi. ſicut videmus, quòd quædã ſunt maleficia nominata, vt furtum, falſum, & ſimilia; quę ſunt nomina

2 iuris. *Quædã innominata, q̃ denominant: qa denominantur ab ipſo actu: vt percutere, vulnerare, q actus poſſunt fieri cũ dolo & ſine dolo. Primo caſu ſunt maleficia: ſecundo nõ. ſed prima nõ poſſunt fieri ſine dolo: vt notat Bart. in l. j. §. primo. ff. ſi quis teſta. libe. eſſe iuſ. fue. & l. j. in princ. verſic. venio ad tertiã partẽ, ad Turpil. vbi hæc etiã infert ad quædã alia. Sed licet illa ſint in ſe vera, tamẽ videtur, quòd illæ ſeruitutes, de quibus in d. §. in pdijs. poſſunt dici nominatæ: tũ quia habẽt nomẽ proprium, & elegans, ſicut aliæ nominatæ: iuxta no. in l. iuriſgen. in principio, ff. de pact. tum quia videtur eſſe nomina iuris, & nominari à iure, nõ ab actu, ſicut eſt aquæductus, quæ videntur eſſe ita nominata, ſicut aquæductus. Item ius paſcẽdi, calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ, nam illa nomina referuntur ad ius, non ad factum. Tamen denique dicit iuriſconſultus in dicta l. prima. §. in prædijs. de ſeruit. ruſtic. pdior. quòd in ſeruitutibus ruſti. prædio. ſunt computanda aquæ hauſtus, &c. quaſi diceat, iſtæ ſunt ſeruitutes, quæ ita nũcupantur, ſicut & aliæ. idẽ probatur Inſti. de ſerui. §. inter ruſt corũ. Et ideo poſſet forte dici, quòd illæ de quibus in dicto §. in prædijs. poſſent dici nominatæ, ſed illæ quæ nõ

repe-

reperiuntur habere nomẽ ꝓpriũ:sicut est, quãdo cõstituitur aliquid qđ possit fieri in prædio, quòd de iure nõ possit facere fenestram in muro cõmuni: vel cũ non possis id, quod de iure posses: vtputa ꝓmittis non facere fenestram in fundo tuo proprio: iuxta l. quoties. la prima. ff. de serui. & similes sunt nominatæ. *Il-
3 læ verò, quæ reperiũtur habere nomẽ proprium, à iure inuẽtũ, sicut est in l. j. & ij. de serui. rustico. prædio. dicuntur esse nominatæ, per notata in l. iurisgen. in princi. ff. de pact. dicit etiam Petr. & Cy. in rubri. C. de vsu fruct. quòd nominatæ seruitutes nõ sunt plures, sed bene plures sunt innominatæ. Quòd si aliquis concedat, vt mihi in fundo suo recipiam omni anno vnum starium frumenti, vel vnũ modium bladi, vel quòd pomum ex viridario tuo percipiã: istæ tamen seruitutes similes constitui possunt, vt l. vt pomũ. de seruit. l. pecoris. & l. ergo. de serui. rustico. prædio. Et dici possunt seruitutes ꝑsonales innominatę. Sed in hoc ego aliter dixi suprà in versiculo, hîc videndũ est. iuxta versi. quid si aliquis promisit seruitutem ei. suprà, in materia seruitutis realis. Et ideo teneas id quod ibi conclusum est.

De seruitutibus diuiduis & indiuiduis. CAP. X.

1 *Seruitus vsusfructus diuidua est, cæteræ autem indiuiduæ.*

2 *Ea quæ facti sunt, diuisionem non recipiunt.*

TERTIA diuisio seruitutum hæc est. Nam quædam sunt di-
1 uiduæ, quædam indiuiduæ. *nã seruitus vsusfructus est diuidua: & cæteræ seruitutes sunt indiuiduæ: vt est text. in l. j. prima. § . vsusfruct. ff. ad l. Falcidiam. & in l. stipulation. non diuiduntur. in princi. ff. de verbo. obligationi. Et quæ sit ratio differentiæ, dic quòd est ista secũdùm Doctores, in dictis iuribus: quia tantam vtilitatem affert vsusfructus respectu partis, quãtã eorum respectu totius: quod nõ est in alijs seruitutibus. Nam vsusfructus consistit in cõmodo fructuum, qui percipiuntur, vt si percipiuntur decem corbes frumenti, vel fœni, tantam vtilitatem habeo de vna corbe respectu vnius, quantam de decem respectu decem. Sed aliæ seruitutes tam reales quàm personales consistunt in commodo necessitatis. nam prædiales debentur iuxta necessitatem: vt l. pecoris. cum l. sequenti, de seruitu. ru. prædi. & personalis, cũ vsus debetur secũdùm necessitatem personæ: vt l. plenum. ff. de vsu & habitatione. Necessitas autem est indiuisibilis. Nam si ad sustentationem vnius necessarij sunt omni die duo panes, nõ habendo nisi vnũ continuò: nõ haberet tantam vtilitatem ex illo respectu duorũ. qñ ex duobus sustẽtaret, & viueret ĩsolidũ: sed ex illo nõ sustẽtaret, qa põt pro parte viuere, pro parte mori. & hæc est rõ l. vsus pars. ff. de vsu & habi. Alia ratio assignata per Albe. de Ro. in d. l. j. § . vsu. ad l. Falc. inter vsũf. & vsum. qa vsusfr. ab initio. ff. de vsu. Vñ sicut dominiũ potest diuidi, & ita vsusf. sed vsus plus habet facti quàm iuris: & ideò pars in eo venire nõ potest. d. l. vsus pars.
2 *Ea enim quæ sunt facti, non recipiunt diuisionem. vt l. is qui ducenta. § . quædam. ad l. Falci.

De seruitutibus urbanis & rusticis, & quæ dicantur etiam seruitutes urbanæ. CAP. XI.

1 *Seruitutes urbanæ, & rusticæ quare dicantur.*
2 *Prædia urbana uel rustica, quæ nominentur.*
3 *Stabulū an prædium urbanū dicatur.*
4 *Hortus an prædium urbanū uel rusticum appelletur.*
5 *Horreū an prædium urbanum denominetur.*
6 *Cāpanea an prædiū urbanū uocetur.*
7 *Nauis an prædium urbanum existat.*
8 *Molēdinum an prædium urbanum sit.*
9 *Area an prædium urbanū dici poßit.*
10 *Seruitus urbana qualis sit, & quomodo noscatur.*
11 *Habeam si ius eundi per fundū tuum ad domum meam, an hoc seruitus eße dicatur.*

1 QVARTA diuisio principalis seruitutū est. *Quędā enim sunt seruitutes vrbanæ: quædā rusticæ: vt probat in ti.de serui.rusti.prędio.& cōmunia prę.tam ru.& Insti. de serui.in prin.& §.vrbanorum.cū si.& dicunt vrbanæ,& rusticæ, quia non possunt esse sine prædio vrbano vel rustico:tex.est in l.j.cōia prędi.& Insti.de serui. §.inter rusticorū.ver.ideo aūt.qđ intellige,vt not.
2 per glo.& Doct.in d.l.j. *Quæ autē dicūtur vrbana prædia vel rustica? Dic,vrbana dicūtur oīa ædificia habitādi causa facta, vbicūque sint, siue in villa, siue in ciuitate:quia vrbanū prædiū locus nō facit,sed materia: tex.est in l.vrbana prædia.de verb. sig.& no.gl.in l.eo iure. §.stabula. quib.mod.pign.tac.contra. Rustica autem prædia sunt, quæ fructuum percipiendorum causa fiunt.vt probatur in d.§.stabula.Ita notat An
3 in summa.C.de serui.§.j. *Sed qd de stabulo? Si est iūnctum domui,& sic gratia habitandi est prædium vrbanum:vt d.l.vrbana.aliàs diceretur rusticum.tex.est cum glo.in d.§.sta
4 bula. *Quid de horto? Dic,si plurimum in redítu est; puta quia in eo sunt vites, olíueta, vel in eo seminatur frumentum, vel nascuntur fructus venales:& tunc dicitur rusticū prædium, etiam si sit in ciuitate.secus, si esset sicut est viridarium,& fructus non venduntur:vt probatur in d.l.vrbana prædia.de verbo.sign.
5 *Quid de horreo? Dic esse pręd.vrba.vt l.si horreū.cum seq.in qui.ca.
6 pi.ta.contra. *Quid de cāpanea? Dic ꝙ si est destinata ad vsum hominis, esse prædium vrbanum, vt in ea quis non posset capi pro debito ciuili, sicut in domo nō posset.l.plerique.de in ius vocā.quia tunc venit appellatione domus. Si autem est destinata ad alium vsum, puta boum vel pecorum,& tunc est rusticū prædium, & tunc posset in ea capi:vt probatur in c.ij.si duo fratres.in tit. de duobus fratribus.de nouo be.inuesti.& no.Ludo.de Ro.in l.j.§.domini.ad Syl.quod ego intelligo,nisi esset iuncta domui, vel esset campanea, in qua ab vna parte esset domus, ab alia stabulū:per tex.cum gl. in d.l.eo iure.§.stabula.in qui.ca.pi.
7 tac.cōtra. *Quid de naui? Videtur quòd magis vrbano quàm rustico prædio comparetur:argumen.l.j.§. si quis de nau.de vi & vi ar.secundū Bal.in l.certi iuris.in iij.col.C.loca. & hoc videtur probari in l.pe.§.fi. de his qui deie.vel effu.licet non sit propriè domus,quæ consistit ex solo

lo tecto & pariete: vt l. eũ qui ædes.
de vsuca. de quo vide per Ludo. Pō-
8 tanũ in d. §. domini. *Quid de mo
lendino a? Dic potius, ꝙ est prædiũ
rusticũ, quàm vrbanũ. Idē in fundo
rurali, secundũ Bal. in d. l. certi iuris.
in iij. col. quod intellige, nisi coniun
ctũ domui: per no. in d. §. stabula. vł
nisi in molendino habitaretur, sicut
9 multi faciunt. *Quid de area? Dic, si
est causa fructuũ, in quo frumentum
excutitur: & tūc rusticũ prædiũ repu
tat: vt l. j. §. fin. de serui. C. sed si esset
area, quæ proprie curtis seu curia ap
pellatur, quæ sit in domo vel domui
coniuncta, credo, ꝙ vrbanũ prædiũ
dici posset, ex qua pars domus repu
tatur vrbana. ꝓ quo facit quod not.
10 Azo in sũma. C. de seruit. §. j. *Sed
quomodo cognoscetur quę sit serui
tus vrbana? Dic ex qualitate prædij
cui seruitus debetur, non ex qualita
te eius qui seruitutē debet. Nā talis
est seruitus, quale est prædiũ cui de-
betur: quoniã seruitus denominat à
prædio dominante, cui debetur à b
digniori: vt probatur ĩ l. j. §. area. &
ibi hoc no. gl. Dy. & Ang. & Doc. de
serui. rust. præ. & Alber. de Ro. in l.
de pupillo. §. Sext⁹. de no. ope. nun.
l. qui viam. eodē ti. & Paul. de Castr.
in l. j. communia præ. & habetur per
Doc. in §. æquè. Inst. de act. Sed vr-
banæ seruitutes sunt, quæ ꝓdijs de-
bētur vrbanis: rusticę, quæ debētur
ꝓdijs rusticis. Nā ad hoc, vt sit serui-
tus vrbana, necessariũ est, ꝙ sit præ
diũ vrbanũ, cui debetur seruitus, &
quod ei debetur vt vrbano. Si enim
iter, vel via, quæ rusticæ seruitutes
sunt: vt l. j. de ser. ru. præ. debētur do
mui: tamen quia deberi possunt, nō
intuitu ædificij, sed soli, nihilomin⁹
rusticæ seruitutes dicerētur: arg. de
ser. ru. præ. l. certo generi. similiter
dicendũ est in rustica seruitute. Nā
& illa ideo tantũ dicitur rustica, q̃a
debetur rustico prædio, nō intuitu
ędificij alicuius, vt ꝓbatur in l. j. de
ser. vr. præ. vbi dicit, ꝙ stillicidiũ a-
uertendi in tectũ vel in areã vicini,
seruitus vrbana est: & quandoq; pōt
esse, ꝙ area sit prædiũ rusticũ in vil-
la vel in vrbe: vt dixi in ver. q̃d de a-
rea. Sed tñ quia vrbanũ est prædiũ,
cui seruitus debetur, dicitur vrbana
seruitus: sicut si rusticũ erit prædiũ,
cui seruitur, dicit rustica seruit⁹. Ex
emplũ, est ędificiũ gratia fructuũ ꝑ-
cipiēdorũ, & ei vrbana seruitus de-
betur, vel vt ipsũ liceat altius tolle-
re, vel obijcere parieti vicini, vel vt
cloaca habeat per vicini domum, ad
quã aquæ fundi mei rustici accedāt,
dicet seruitus rustica. de serui. rust.
præ. l. ij. & no. Azo in summa, C. de
11 ser. §. j. *Sed q̃d si habeo ius eundi
per fundũ tuũ ad domũ meã, an tūc
dicet seruit⁹ vrbana b? Et videtur, ꝙ
sic, per prædicta. Nico. de Ma. in §.
æquè. Insti. de act. tenuit cōtrariũ. sci
licet, ꝙ sit rustica seruitus, q̃a debet
à solo tuo meo: secus dicit ipse, si de
beatur superficiei domus meę, & sic
ędificio: quia tunc bene diceretur vr
bana. allegatur l. ergo. cũ seq. de ser.
rust. præ. l. seruitus in solo. quæ est l.
ij. de ser. tit. generali. Ego autem in
hoc sic puto esse dicēdũ: Aut habeo
ius eundi per fundũ tuũ in domum
meã, quãtũ ad superficiē, aut quantũ
ad solũ seu aream, aut simpliciter ad
domũ meã. Primo casu nō habet du
biũ, ꝙ est dicēda seruitus vrbana. Se
cũdo casu, quãtũ ad solũ, seu areã tã
tùm: & tunc aut ēst area gratia fru-

ctuum: iuxta l. fi. §. fin. C. de ser. puta quia promisisti, quòd venire posset cum plaustro ad areã meam per fundum tuũ: & tũc quia talis area dicitur esse prædiũ rusticũ: vt dixi s. in ver. qd de area. & tũc erit seruit[9] rustica. Aut est area, seu curia, nec gratia fructuũ, sed animaliũ, sicut est curia animaliũ, anserũ, & simi. & puto, q etiã iudicari debeat seruitus rustica: qa talis curia dicitur potius rusticũ, quàm vrbanũ, etiã si esset in ciuitate, per ea quæ dicta sunt suprà: & his duobus casibus potest procedere quod dixit Nico. de Ma. Aut est area seu solũ non gratia fructuũ vel animaliũ, sed pro vsu domus: vt qa per eã itur ad superficiẽ, sicut communiter sunt curię in ciuitatibus: & tunc teneo, q sit seruitus vrbana: qa talis curia seu area debet dici vrbanũ prædiũ, vt dixi suprà, in versicul. quid de area. Tertio principali, quã do simplicit habeo ius eũdi per fundũ tuũ ad domũ meã: & tunc teneo indistinctè, q sit dicẽda seruitus vrbana, ex quo debet domui, & sic fundo vrbano, per ea quæ sunt dicta s. 1

a Molend. *Quæ sit ratio statutorũ disponentiũ quòd molendina nõ possint fieri nisi dimissa certa distantia inter unũ & aliud, Alex. cõs. xxij. in ij. col. ubi ponit de mensuratione fienda, hoc casu, an per aërẽ, uel quomodo. Et ex quo flumine licitè possit trahi aqua ad molẽdina, uide Cor. cõsil. cclxviij. in iiij. uol.*

b Seruitus. *Adde Alexan. cons. clxxvj. in ij. uolu. Et in j. cons. cxlv. in j. col. Et quomodo ius seruitutis acquiratur, cõsil. cxiij. & consilio xxviij. in tertia columna. in principio. & in §. & est ratio.*

De seruitutibus realibus & prædialibus, & in quo simul conueniant, & quæ sit earum natura. CAP. XII.

1 *Natura omniũ seruitutũ quænam sit.*
2 *Aqua cadens in curte tua naturaliter, si per se ad curtẽ meã currat, an licitũ sit mihi aliquid facere, per quod aquæ decursus impediatur.*
3 *Promittens solam patientiam, aut per alia uerba seruitutem promittens, nõ uidetur seruitutem constituere, sed personaliter obligare.*
4 *Seruitus in bonis nostris non est, nec extra bona.*
5 *Seruitus nunquid locari possit.*

CIRCA istas seruitutes vrbanas & rusticas, q̃ reales sunt, & prædiales appellantur, vt sæpè dictũ est, aliqua videamus, quæ ipsis simul conueniũt, & cõmunia sunt: posteà de his tantũ hoc libro dicemus, quæ vrbanas seruitutes cõtingunt. [1] Et primò videamus, quæ sit harũ seruitutum natura. Et dic, q in hoc est, vt quis aliqd patiatur: puta, q possim mittere tignũ in pariete vicini, aut vt aliqd nõ faciat, puta altius nõ tolli: vt est casus in l. quoties. la prima, de seruit. & probatur in l. j. in fin. de aqua plu. arc. & in l. in testamento. aliàs incipit, pôt. cõia prædio. nõ autẽ est ea natura, vt aliquid faciat qs, vt veluti viridaria colat, aut amœniorẽ prospectũ præstet: vt est text. in l. quoties. §. fi. Fallit hoc in seruitutibus oneris debendi: vt l. eũ debere colũnam. de ser. vr. præ. de quo vide per Floria. & Doct. in d. l. quoties. & plenè per Bart. in l. ij. §. apud Labeonem. de aqua plu. arcen. Itẽ ea est natura harum seruitutũ realiũ, vt si intersit vicinorum, qui seruitutẽ sibi deberi

deberi volunt: aliàs si nec hominũ, nec prediorũ interest, seruitutes nõ valere, veluti ne per fundũ tuũ eas, aut ibi cõstituas: & ideo si mihi con cedas ius tibi non esse in fundo tuo vti frui, nil agitur. aliter, si concedas mihi ius tibi non esse in fundo tuo aquã quærere, minuẽdæ aquæ meæ causa: est tex. in d. l. quoties. in princip. & ideo si vendo tibi domũ cum pacto, vt nõ pòssis ibi exercere tales artes, si ex hoc cõsequor aliquam vtilitatẽ, quia in alia mihi remanente similẽ artem exercebã, valet pactũ: aliàs secus. Nõ valebit ergo talis cõuentio tanquã seruitus, cùm non sit prædiũ dominans: licet valeat talis conuentio, vt obligeris tu & hæredes tui: vt no. Bart. in l. venditor. cõmunia prędio. Et eodẽ modo, si con uenisti mecũ, vt nõ possis facere fenestrã in tuo pariete, per quã possis inspicere me in arte mea, vel in camera: valet ista cõuentio, si mea interest propter honestatẽ: quia non possum liberè vti domo mea, cũ homines nolint in omnibus videri. & iste casus poterit quotidie contingere secũdũ Pau. in d. l. quoties. Sed si non interuenisset cõuentio, licitũ est facere in suo, dũmodo non tangeret, ex alieno: licet ex hoc alienũ incõmodaretur: vt l. altius. C. de seruit. ad quod vide quod dicam infrà, de seruit. altius nõ tollendi.

2 *Ex hoc sequitur, ꝙ si aqua cadens in curte tua naturaliter, & per se currit ad curiam meã, licitũ est mihi aliquid facere per quod impediatur fluuius seu decursus aquæ, & remaneat in tua curte, arg. optimũ in l. j. §. sunt qui putant. ff. ne quid in flumi. publ. dummodo nil tangam de tuo. facit quod no. de dãno infec. l. Proculus. secundũ Pau. de Castro, ita not. in d. l. quoties. la prima, de serui. quod est not. Quod autẽ dixi, ꝙ nõ est seruitus vel cõuentio, nisi intersit, procedit quando continet non fieri: in d. l. quoties. secus si contineat fieri: videlicet vt possim aliquid facere in tuo, nam tunc valet: licet tunc sit mihi inutile: vt l. ei fundo. ff. de serui. Et est ratio, quia saltẽ aliquid consequor penes me: & sic possum habere rem, licet mihi non sit vtilis: vt dicit tex. & ratio rationis, potest interesse mea in futurum habere: puta ducere aquam per fundum meum: aliàs secus, secundũ Odofre. & Flo. ibi. Item dum dixi, quòd natura seruitutis est pati: non credas, quòd per solam patientiam seruitus constituatur.

3 *Nam ille qui promittit solam patientiam, aut per alia verba promittit seruitutem, non videtur seruitutem constituere, sed persona liter obligare: vt est text. cum gloss. in d. l. si sub vna. §. j. Bald. in c. j. §. si quis de. in v. col. in princip. in tit. de contro. inuesti. Item tertia natura seruitutis est, vt huius iuris seruitutis nulla sit vacua traditio: sed patientia de vtendo habetur loco traditionis. text. est in l. quoties. la secunda. de seruit. & pro hoc l. iij. §. dare. de vsufruc. de quo plenius dicam j. in quinta quæstione principali, quomodo & qualiter seruitus constituatur. & ex hoc potest colligi, quòd dicatur tradita possessio vacua, licet res debeat alteri seruitutem prædialem: vt probatur in l. Mæuius. §. fundo. de lega. ij. & ibi hoc not. Bar. & Doct. nam dicitur in §. præcedenti, hæredem non liberari,

rari, nisi tradat vacuam possessionē. & in d.l.fundo.dicitur liberari, licet tradiderit fundum alteri servientē: quod not.pro illis qui tenentur vacuam possessionem tradere: vt l.ij. §.ij.de actio. empti.& l.ij. C. vnde vi.secus si promisissent tradere vacuam & liberam possessionē: quia tunc non liberaretur, si traderet rē alteri servientem, quod est not. Itē quarta natura est, vt in stipulatione
a vel servitutis promissione a veniat ius & factū: ius, inquantū debuit servitutem constituere: factum, inquantū patientia debet pstari: vt d.l.iij. §. dare.de vsufruct.& no. Barto. in d.l. ij. §.j.de verbor.obligat. & not.in l. corruptionem.C.de vsufruct. & vide per Barto.in l.stipulatio ista. §.si quis ita.de verborū oblig. Itē quinta est natura servitutum realium, vt secundùm indigentiam prędij dominantis constituantur. text. est in l.ergo. §.fi.cū seq. de ser.rusti. prædio. & not.per glo.& doct.in l.vt pomū. de servi.sed servitus vsus secundùm indigentiam personæ cui debetur: vt Insti.de vsu & habi. §.j.& l.plenū. §.j.ff.eo.& not. Bartolus in l.iiij. §. Cato.in quinta quęstione principali.de verbo.obligat. Servitus autem vsusfructus nō est secundùm indigētiam rei, vel personæ: imò eius est naturæ, vt omnes fructus spectēt ad vsufructuarium: tex.est in l.vsufruct. lega.in prin.de vsufruct. Item sexta natura est, qa servitus possideri non potest: sed intelligitur possessionē earum habere, qui ædes possidet: vt est text.in l.si ædes meæ. §.fi.de servi.vrban.prædio. de quo vide plenè per Cyn.in l.ij.C.de servit.& plenissimè per Bal. Item septima natura,

4 *quia servitus non est in bonis nostris, nec extra bona: lege prima, de vsufruct.lega. & ibi hoc declaratur per glo.& Doct. & habetur per glo. in l. si is. §.fina. ff. de pigno.& per gloss. Institut. de rerum diuisio. in princip, in versic.habentur. Item octaua est natura servitutis, quia servitutes seu servitutum iura nō sunt substantia, sed qualitates prædiorū, & insunt prædijs: sicut iurisdictio dicitur esse qualitas territorij. C. vbi & apud quem.l.fina.& inest territorio.vt ibi not.& hoc vult Bald. in l. data opera. in xvj. colum.in versic. sed nunquid iura sint substantia vel qualitates. C.qui accus.nō poss.& dicit Flor.in l.pecoris.de servit. rusti. prædior.q͂ servitus est in fundo, sicut forma accidentalis, & sicut qualitas est in materia. Item nona, quia servitus seu iura prædiorū vrbanorum non possunt pignori dari, nec conueniri potest, vt hypothecę sint: textus est in l.si is. §.fin.ff.de pigno. & ibi assignatur ratio in glo.penultima.sed rusticorū prædiorū sic.tex. est in l.sed an viæ.eodē titulo. & gl. ibi assignat hanc differentiæ rationem: quia servitutes vrbanę debent constitui sub quadam perpetuitate, ne vrbs deformetur ruinis, vt in §. in suo.Institut.de rerum diuisio.& l. final.ff.ne quid in loco publico. nō enim esset cōueniens, vt postquàm misisti tigna, soluto pignore, cogaris tollere: quod secus est in servitute rusticorum prędiorum, quia istud ibi cessat inconueniens.& ista ratio placet Bartolo, ibi, qui dicit, q͂ si forte in servitutibus vrbanorū prædiorum esset eadē ratio, quę est in servitutibus rusticorū prędiorū, consisteret

steret obligatio, vt in hoc exemplo, Obligo tibi seruitutem alterius non tollendi, donec tibi credita soluatur pecunia: certè isto casu cessant ratio 1 nes predictę. ideo videtur, quòd valeat obligatio. *Sed nunquid seruitus locari possit? vide text. cum glo. & ibi Docto. in l. j. §. item cōmoda. ff. commo. & dicam in illa quęstiōe qualiter quis debeat vti seruitute. Item est decima & vltima natura ser 2 uitutum, quia in earum pręscriptione non desideratur titulus. tex. est in l. si quis diuturno. si serui. vendi. & not. per glo. in princip. in l. ij. C. de serui. & aqua. & ibi per Docto.

a Promissione &c. *Promissiones intelliguntur rebus sic se habentibus. Vide Corneū cōsil. cxvj. in ij. uolum. Et hoc uerbū, Promissio, intelligitur per stipulationem, consil. ccxxxviij.*

In quo consistat seruitus seu ius seruitutis. CAP. XIII.

1 *Legem si fundum tuum seruientem, liberationem legare non uideor.*

2 *Seruitus ex parte fundi seruiente in patientia est.*

SECVNDO principaliter videamus, in quo consistat seruitus, a seu ius seruitutis[a]. Et videtur, quòd consistat in fundo? vt l. eorum. ff. de damn. infect. & in l. in noxalibus. ff. de noxalibus. & ita tenet Iacob. de Are. Sed gloss. in l. Męuius. §. fundo. de lega. ij. tenet contrarium. Barto. ibi dicit, & ista est veritas, ꝙ seruitus in fundo dominante est ius: ei enim debetur ista seruitus, & in eo ex hoc aliquid plus ponitur: vt l. qui aliena. §. fina. de nego. gest. Sed in fundo seruiente non est ius positū publicū, sed priuatū: quia per hoc illi fundo & iuri detrahitur: vt l. stipulatio ista. §. primo, de verborū obligation. & l. arbor. §. fin. ff. communi diuidun. & ideo dicit Bartol. in d. §. fundo. in fine. ꝙ *si lego fundū tuū seruientem, non videor legare liberationē: quia in eo nullū ius habeo, quod ponat aliquid in esse: sed illud ius est in fundo meo dominăte, qđ tibi nō lego. quod not. Et adde quæ dixi in diffinitione realis vel prędialis seruitutis. *Ac etiā addas, ꝙ seruitus ex parte fundi seruientis est in patientia: vt l. quoties. la prima, de seruitu. & l. si ego. la prima, de public. & l. fin. de seruit. vrbanorū prędiorum. vt dixi s̄. in prima & tertia natura seruitutum. & ex his quę dixi de natura seruitutū, colligitur optimè, in quo constet ipsa seruitus, seu ius seruitutis.

a Ius seruit. &c. *Quomodo & quādo acquiratur possessio seruitutis, uide Alex. cōsi. cxlij. i j. col. et quomodo ius seruitutis acquiratur per præscriptionē, & quāto tempore, consil. cxiij. per totum. in j. uolu.*

Qui possit constituere seruitutes reales. CAP. XIIII.

1 *Dominus qui non est uerus, sed quasi, sicut est bonæ fidei emptor, an prædio alieno per ipsum bona fide empto seruitutem imponere ualeat.*

2 *Dominium qui utile habet, sicut est emphyteota, uel liuellarius, an seruitutem imponere possit.*

3 *Vasallus qui utile dominium in fundo habet, an huiusmodi fundi feudali seruitutem imponere ualeat.*

4 *Superficiarius an fundo superficiario seruitutem imponere possit.*

5 *Dominus directus an fundo suo seruitutem imponere ualeat.*

6 *Hæres rei legatæ an seruitutem imponere*

nere poßit.

7 *Dominus fundi, qui ipsum alteri aut fisco obligauit, puta si pecunia certo tẽpore soluta non sit, & uendi ualeat, an poßit seruitutem ipsi imponere.*

8 *Dominus fundi, in quo alius usumfructũ habet, an illi fundo seruitutem imponere poßit.*

9 *Fundo suo an quispiã seruitutẽ imponere ualeat, in quo alius habet seruitutẽ realem, in ipsius tamen præiudiciũ.*

10 *Maritus an fundo dotali seruitutẽ imponere ualeat.*

11 *Vsufructuarius an fundo, in quo usumfructũ habet, seruitutẽ ĩponere poßit.*

12 *Ius inferẽdi in sepulcrũ qui habet, an sepulcro seruitutẽ imponere ualeat.*

13 *Dominus qui adhuc non est, uel quasi, sed de proximo, uel continuo futurus est, an seruitutem imponere poßit.*

14 *Imperator, seu princeps, uel senatus priuato concedere potest, per uiam publicam aquam ducere, sine tamen uicinorum incommodo. numero 15.*

16 *Seruitutẽ habens, alteri eam cõcedere nõ potest, nisi hoc ei permißum fuerit.*

17 *Conceßisti si aquã Titie, quæ in fundo tuo oritur, ut eam ad fundum suũ ducere poßit, an posteà eandem mihi concedere ualeas.*

18 *Princeps in mari seruitutem imponere potest.*

TERTIO est principaliter videndũ, qs posit has seruitutes reales cõstituere vel imponere. Dic, ille, qui est dominus predij vicini põt imponere, & alius quẽ dominus alterius prędij põt acquirere: nemo eñ põt seruitutẽ acquirere vrbano vel rustico predio, nisi qui habet ꝑdia. tex. est in l. j. cõmunia prędio. & Institu. de seruitu. §. inter rusticorũ. versic. ideo autẽ. Et quod dixi de domino, intellige de illo, q̃ est verꝰ dominus prędij, & pleno iure. 1 *Sed qd si nõ est uerus dñs, sed quasi dñs, sicut est bonę fidei emptor, an iste poterit imponere seruitutẽ ꝑdio alieno per ipsum empto bona fide? Sed qd si nõ esset verè Publicianat & sic esset quasi dñs: vt Inst. de act. §. sed & istę. & in c. abbate sane. de re. iudic. in vj. tunc bene posset imponere seruitutẽ: vt est casus in l. si adeo. ff. de pign. & idẽ tenet Azo. in summa. C. de serui. §. constituit autẽ has seruitutes. & habetur in l. si ego. §. j. de publi. 2 *Itẽ quid de illo, qui habet vtile dominiũ, sicut est emphyteota vel liuellarius. l. j. §. q in ꝑpetuũ. ff. si ager vecti. vel emphy. pe. & no. in l. si vt certo. §. si duobꝰ vehiculũ. ff. cõmoda. & no. Specul. in tit. de loca. §. nũc aliqua. versi. xlv. & dicitur etiã quasi dñs: vt no. gl. in l. iij. de seruitu. an posit imponere seruitutem emphyteotico? Et videt̃, ꝙ non, quia emphyteota nõ põt alienare sine cõsensu directi domini: vt l. fi. C. de iure emphyt. & c. potuit. extrà, de lo. ergo nec seruitutes imponere, q̃a cõtinet̃ sub verbo alienatio: vt l. fi. C. de rebus alie. nõ alienand. Cõtrarium, scilicet vt posit, est textus cum gl. in l. iij. ff. de seruit. & ibi hoc tenẽt Doct. & maxime Flor. & Pau. de Cast. idẽ tenet Dyn. Insti. de action. §. æquè. ĩ v. quęst. & Azo. in summa. C. de serui. ver. cõstituitur. & Barto. in l. j. §. fi. de supfi. & idẽ tenet Bald. in c. j. §. qd ergo. in tit. de inuesti. de rebus alie. fac. in vsi. feud. Idẽ tenet Gui. & Doct. in l. & in ꝓuinciali. C. de seru. Et facit qd ꝓximè dicã de vasallo & supficiario: quod intellige durante emphyteosi seu liuello.

Sed

Sed finita emphyteosi, qa reuertitur ad dominũ directum, & cõsolidatur cũ proprietate, tunc finitur etiã seruit⁹: vt probatur in d.c.j. §.qd ergo. de inuestit.de rebus alie. fac. & ibi hoc not.Bal.& Iaco.de Alua.& not. Bart.in l.j. §.fi.de superfi. & probať in l.si cui. §. j. ff. queadmo. seruitus amit.& ibi hoc no.tenet Floreti. & idẽ tenẽt Bald. Saly.& Pau.de Cast. & doct.cõiter in d.l.in prouinciali. C.de seruit.& probatur in l.lex vecti gali fundo.ff.de pigno. Et per hanc rationẽ resoluto iure feudi cõcedẽtis, resoluitur ius receptoris seu recipientis: vt d.l.lex vectigali. & d.c. q.d ergo.& d.c.j. §.fi.& per Bald. in titul.de cõtro.inuesti. & l.si qs domũ. §.fi.ff.loca.& l.pe. §.prędiũ. de lega.ij.& l.Statius Florius. §.Cornelio.vbi casus notabilis,de iure fis.cũ simi.qđ est notãdũ, qa quotidie hoc cõtingit. 4

3 *Itẽ qd de vasallo, qui etiã dicit habere vtile dñium in fundo, vt est text.& gl.& ibi Bald.& Doct. in d. §.qd ergo.& est gl.fi. Instit. de vsufruc.in princi.& est gl.ij.extrà in c.cũ Bertoldus.de re iudi.& habeť p Bald.ĩ l.vnica.in vj.char.C.de cõfes. & in l.j.in vlti.col.C.si plur.vna senten.an ipse posit ponere seruitutẽ in fundo feudali? Videť, ꝙ sic: vt est casus in d.c.j.ver. qd ergo. qui vult, ꝙ durãte fundo durat seruitutis impositio: sed eo finito finiať seruitus imposita, prout dixi in emphyteota seu liuellario, & ibi tenẽt Bald.& Iaco.de Aluar.& idẽ tenẽt Doct.ĩ l. & in ꝓuinciali.C.de seruit. & ĩ l.iij.ff. de serui.ti.generali.& Cyn.ĩ l.fi. §. penul.añ fi.C.cõia de lega. & habeť per Iaco.de Bel.in c.j. §.ꝑterea.in ti. de capitulis Corradi. in vsibus feudorũ.

4 *Itẽ qd de superficiario, q habet vtile dñium? vt not.gl.ij.Institu. de vsufru.in prin.& probať in l.j. §. qđ autẽ.de superfici.& induciť quasi dñs: vt no.gl.in l.iij.ff.de serui.& videť, ꝙ seruitus fundo superficiario imponi nõ posit: qa sụpficiarius diciť habere quandã seruitutẽ in solo: vt l.si tibi homo. §.fi. de leg.j.sed seruit⁹ seruitutis esse nõ põt: vt est tex. in l.j.de vsuf.legat.ergo &c. Tu autẽ dicas cõtrariũ, scilicet ꝙ posit imponere seruitutẽ: vt est tex.ĩ l.iij.de serui.& ibi hoc tenet glo. & doct. & idẽ hoc tenet Azo in summa. C. de seruit. §.cõstituitur.& Bart.in l.j. §. fi.de supficie.& Nicol.de Ma. & Iaco.de Alua.in d.c.j. §.qd ergo.in ti. de inuest.de re.alie. fac. Nec est verũ, ꝙ superficiari⁹ habeat seruitutẽ, vt dicit gl.in d.l.iij. sed habet vtile dominiũ, quod est cõtrariũ seruituti: nã res mea nõ põt mihi seruire: vt l.vti frui.ff.si vsusfructus petat. & in l.ĩ re cõmuni.de seruitut.vrba.ꝑdi. Nec obstat d.l. si tibi homo. §.fi. cũ dicit, de seruitute, intelligiť impropriè. Vel dic secundũ Paulũ de Cast. & melius, ꝙ esse superficiarius, habeat seruitutẽ & vtile dominiũ. Nã si habeo superficiẽ in solo tuo, illud tuum solum dicitur seruire superficiei meæ, inquantum habet hoc opus, quod teneatur eam sustinere. & ita loquitur text. in dicta l. si tibi homo. §. final. Sed si consideramus ipsam superficiem, quæ non est seruitus, sed potius prædium dominãs solo tuo, dum illud tenetur eam sustinere huic prædio, quod in superficie bene posset seruitutem imponere, & non erit seruitus seruitutis. & ita loquitur text. in d.l.iiij.de seruitut.

uitut. Et quod dixi, superficiariũ pos se imponere seruitutem superficiei, intelligitur durãte supficie: sed ea finita, finitur seruitus: vt dixi de emphyteota & feudatario, & ita tenet Bartolus in l. prima. §. fin. de supficie. & Docto. ĩ dicta l. iij. de seruitu. & l. & in prouinciali. C. eodẽ tit. & Flor. in leg. si cui. §. primo, quemad modũ seruitu. amitta. Itẽ quod dictũ est de emphyteota, vasallo, & supficiario, dicas etiã idẽ in quocunq; alio habente dominiũ vtile: vt notat Barto. in dicta l. prima. §. fin. de superficiebus.
5 *Itẽ quid de domino directo, an possit seruitutẽ imponere suo fundo? Dic si est dominus directus pleno iure, ita, ꝙ nullus habeat vtile dominiũ, & tũc siue imponat ipsi solo sine ædificio, valet ipsa seruit⁹ imposita. vt l. iij. de seruitut. & dixi suprà circa prĩcipiũ huius tertiæ quæstionis principalis, & afficit solũ sicut ædificiũ. & ideo destructo ędificio, durat in solo, & refecto ędificio reintegratur in eo. l. seruitutes quæ in superficie. §. si sublatũ. de ser uitut. vrbano. prædio. secundũ Paulũ ibi. & in dict. l. iij. Sed si qs est dominus tantùm directus, & alius vtilis, qui habeat vtile dominium, sicut est emphyteota, seu feudatarius, & superficiarius, vt dixi in quæstionibus præcedentibus, & tũc nõ posset imponere seruitutẽ qui habet directũ dominiũ in præiudiciũ habẽtis vtile. & ita intelligo d. l. iij. de seruitu. & ita velt Paul. de Castro: & ad hoc vide quod dicã de vsufrũctuario.
6 *Itẽ quid de hærede, qui etiam dicitur dominus. Institu. de hæred. qualita. & differẽ. §. penul. an possit imponere seruitutẽ rei legatę alicui sub conditione? Et dic, ꝙ sic: sed adueniente cõditione extinguitur seruitus. text. est in l. si cui. §. j. quẽadmodũ seruit. amitta. & in d. l. si fundũ. de condition. & demonstratio. pro hoc etiã l. fi. §. si autẽ sub cõditione. C. cõmunia de legat. & l. seruo lega. §. j. & quod ibi not. per Bartolum & Docto. de leg. primo.
7 *Itẽ quid de domino fundi, qui ipsum obligauit alteri aut fisco: puta si pecunia nõ sit soluta certo tẽpore, & possit vẽdi, an interim dominus possit imponere seruitutẽ. Dic, ꝙ sic, vt est textus l. plerunq;. in fine, titu. de regul. iur. & idẽ dicas in quolibet, q rẽ alicui debet ex contractu aliquo, vt antequã tradat, possit seruitutem imponere. argu. l. si sciens. in fine. de contrahend. emption. & not. glo. in d. l. plerunque. quod semper intellige, scilicet seruitutẽ durare, donec durat dominium imponẽtis, & non vltrà. Quòd dixi dominum posse imponere seruitutem fundo, intellige quando est vnus dominus tantùm fundi. Nam si essent plures, deberent omnes consentire in imponenda seruitute: aliàs vnus tantùm non posset imponere, text. est cum glo. in l. fina. ff. de seruitu. Sed si vnus seruitutem cõcederet, sine alijs, non teneret ipsius cõcessio iure seruitutis, tamen ipse concedens non posset prohibere eum, cui concessit vti iure concesso. Si verò vnus primò concessit seruitutem, deinde alter vel alij domini tunc varijs temporibus concesserunt, vel ratificauerunt etiam singulariter, & de per se, tunc confirmatur prima concessio per nouissimam, & trahuntur primæ concessiones, vel prima conces

concesſio ad tēpus vltimæ cōcesſionis, perindeq; ſit ac ſi omnes tunc concederent. Et ideo ſi tēpore vltimæ concesſionis nō eſſet posſibile primos concedere poſſe, vel qa defuncti ſunt, vel quia partes prædij alienauerunt, pendebit hęc vltima cōcesſio, donec illi qui ſucceſſerūt in locū prioris, vel noui ſocij, concedant ſeruitutem. & hæc probātur in b l. qui fundum. de ſerui. ruſti. præd. & l. ſi. cōmunia prædio. & not. Azo in
8 ſumma, ff. de ſerui. tit. generali. *Itē quid in domino fundi, in quo alius habet vſumfructū, an dominus posſit illi fundo ſeruitutem imponere? Dicas quòd nō, etiam conſentiente vſufructuario, niſi ſit talis ſeruitus, per quā conditio vſufructuarij deterior nō fiat: vt eſt tex. in l. ſed & qđ. §. ſi. cū l. ſequen. & ibi gl. vide. ff. de
9 vſufruct. *An posſit imponere ſeruitutē fundo ſuo in præiudiciū habentis aliam ſeruitutē realem? Dicas quòd non. tex. eſt in l. certo generi. §. j. & l. per quem. de ſerui. ruſti. prędio. & ibi per Docto. & habetur per gl. & Docto. in l. præſes. C. de ſeru. & aqua. Poteſt tamen dominus acquirere ſeruitutem fundo fructuario. tex. eſt in d. l. ſed & ſi quid. §. ſi. ſicut etiam dixi ſuprà, de fundo feudatario. & adde quod dicā infrà, verſicu,
10 quid de vſufructuario. *Itē quid de
a marito a, an posſit imponere ſeruitutem fundo dotali? Et videtur quòd ſic, quia eſt dominus illius fundi. l. in rebus. C. de iure do, l. doce ancillā. C. de rei ven. Contrarium eſt verū. tex. eſt in l. Iulianus. cum l. ſequen. de fundo do. Ratio eſt, quia non habet liberum dominium. vt not. Bal. in d. l. & in ꝓuinciali. C. de ſerui. qđ intelligo de fundo dotali ineſtimato: quia illud reputatur eſſe vxoris. vt d. l. in rebus. ſec⁹ ſi eſſet eſtimatus tali æſtimatione, quæ emptionē faceret: vt ibi no. & in d. l. doce ancillam. quod in dubio præſumitur. vt eſt glo. nota. in l. ſi inter virum. C. de iure do. & no. Cyn. in l. iiij. in vltima
11 q. C. cōmo. *Item quid de vſufructuario, b an posſit imponere ſeruitutē fundo, in quo habet vſumfructum? Et video, quòd ſic, durāte vſufructu: quia vſusfructus eſt pars dominij fundi, ſicut eſt vaſallus & ſupficiarius. Dicas cōtrariū, quia minor eſt dominus, quàm marit⁹ rei dotalis, & maritus non poteſt, vt dixi: ergo, &c. Itē quia vſufructuarius meliorē cōditionē facere pōt, ſed non deteriorē. tex. eſt in l. æquisſimū. §.
12 ſi. ff. de vſufr. *Itē an ille qui habet ius inferēdi in ſepulchrū, posſit imponere ſeruitutem ſepulchro? Dic quòd nō, l. j. ff. ſi ſer. ven. & l. caueri.
13 cōmunia prædio. *Itē quid de eo qui nō eſt adhuc dominus, vel quaſi, ſed proximè vel cōtinuo eſt futurus dominus, an posſit imponere ſeruitutem, vt in hoc exemplo, emo à te prædiū, vel ex alio titulo accipio, & in exceptione vel traditione impono ei ſeruitutē ad aliud prædiū tuū qđ retines, an posſim? Et dicas quòd ſic. tex. eſt in l. qui duas. de ſer. vrba. præd. & in l. iij. in §. ſi quis duas. ff. cōmunia prædio. & in l. ei fundo. de ſer. & ita tenet Azo in ſum. C. de ſer uituti. §. cōſtituitur aūt. Pro hoc facit, quia quod ꝓximè faciendū eſt, habetur pro iā facto: vt l. pe. de teſta. mili. Et quod dixi de emptore, intellige de quocunque acquirente ius, quod ſibi deberet, poſſe ſeruitutem

imponere, sicut est liuellarius, & vasallus, & similes, secundũ ea quæ supra dicta sunt.
14 *Itẽ imperator, seu
c princeps potest concedere c priuato aquã ducere per viã publicã sine incõmodo vicinorũ. tex. est in l. serui-
15 tutes. §. publico, de serui. *Itẽ senatus põt. vt l. ij. in prin. ne quid in flu. publi. & no. gl. in d. §. publico. & intelligitur sine maximo aut magno incõmodo: vt ibi no. glo. & habetur in l. quoties. de precib. impera. offe. & no. Azo in summa. C. de serui. §. constituitur autẽ. pro hoc l. ij. §. merito. & §. si quid à principe. ne quid in loco pub. & ibi de hoc habet. Priuatus aũt in flumine publico, vel in aliqua alia aqua publica ad publicũ vsum destinata, nõ põt cõcedere seruitutem, puta aquã per totã tollendam ex flumine, vel hauriendã, nec seruitutẽ castello imponere: & si fiat talis cõcessio vel impositio, non tenet iure seruitutis: sed ille cui facta est talis cõcessio, vel impositio, tuendus est in iure suo, quod possidet cõtra eũ, qui cõcessit: tex. est in l. ij. cõmunia prædio. & castellũ est receptatio publica. l. j. §. antepenul. de aqua quoti. & æsti. & est text. cũ gl. in l. si
16 vẽditor. §. fin. de actio. empti. *Itẽ ille qui habet seruitutẽ, alteri eam cõcedere nõ potest, nisi hoc esset ei permissum: quia nõ potest esse serui tus seruitutis. l. j. de vsufruc. lega. si tamẽ qs habeat seruitutẽ aquæductus: & aqua postquã ingressa est fundũ meũ, velim alij cõcedere, possum, nisi noceã fundo seruienti. tex. est cum gl. in l. ex meo. de seruit. rusti. præd. in l. j. §. illud Labeo. de aqua quoti. & æsti. & hoc tenet Azo in sum. C. de serui. §. cõstituit. in fi. & idẽ tenet gl. fi. ante fi. in l. cũ essent. §. j. de serui. rust. præd. & in dictis iuribus. de hoc no. in l. p̃ses. C. de serui. & aqua. Et prædicta intellige de cõstitutiõe quę imponit seruitutẽ. Personaliter autẽ quilibet, qui nõ habet prædiũ, põt se obligare pro seruitute præstãda. ff. famil. ercisců. l. hæredes. §. an
17 ea. *Sed quid, si aquã quæ oritur in fundo tuo, cõcessisti Titio, vt possit eam ducere ad fundũ suũ, an possis postea etiã mihi concedere? Et glo. in d. l. præses. dicit quòd sic. si tamen abundat, quòd vtriq; sufficiat, per l. Lucio. de aqua quoti. & æsti. ita fuit determinatum Bononiæ inter fratres Prædicatores, quibus primò cõmune cõcesserat aquã: & Minores, quibus secũdò cõcessit: quia fuit iudicatũ & valere secũdã cõcessionẽ, ex quo non derogabat priori: vt no.
18 Docto. in d. l. præses. *Vltimò not. quòd princeps in mari potest ponere seruitutẽ: vt est tex. iuncta gl. in l. venditor. in princ. C. cõmu. prædio. de quo vide omnino quæ dicam in v. q. principali.

a Marito. *&c. Adde Corn. cõsi. clxx. in iiij. uolu.*

b Vsufruct. *Adde Cor. cõsi. clxxxiiij. in ij. uol. Et an usufructuarius teneatur tributa soluere, datia, & similia, uide Alex. consi. iiij. in ult. col. in v uo.*

c Concedere. *Quãdo aliquid alicui conceditur, licet ad aliquem usum, an cẽseatur cõcessa proprietas, uide Corneũ cõsi. cxcv. incip. uidetur. in iiij. uo.*

Qui possint acquirere seruitutem, seu quibus possint seruitutes concedi. CAP. XV.

1 *Seruitutem alicui fundo qui imponere possunt, eidem etiã acquirere ualeãt.*
2 *Prædio communi an unus ex socijs seruitutẽ*

uitutem legare ualeat.

QVARTO principaliter dicamus, qui poſsint acquirere ſeruitutem, ſeu quib. poſsint ſeruitutes concedi, Et dic, quòd illi, qui ſunt domini, vel quaſi domini vicinorum 2 prædiorum, poſſunt acquirere ſeruitutẽ fundo ſuo, ſicut poſsunt imponere eadẽ rõne: vt l. ei qui pignori. de ſerui. & l. j. cõmunia præd. ſecũdũ Azo. in ſumma. C. de ſerui. §. fiunt autẽ. in prin. 1 *Ex quo nota regulã, ꝙ oẽs, qui poſſunt imponere ſeruitutẽ vni fundo, eadẽ rõne & multò magis poſſunt ei acqrere: qa meliorẽ coditionẽ regulariter põt qs facere, licet deteriorẽ aliqñ nõ poſsit: vt eſt tex. in c. j. §. quid ergo. de inueſti. de re. ali. fa. & l. æquiſsimũ. §. j. de vſufruc. & l. fi. de vſu & habi. Et ideo feudatarius ſeu vaſallus põt acquirere ſeruitutẽ fundo feudatario: vt eſt tex. in d. §. qd ergo. & idem dicas in emphyteota, & ſim. Imò etiã plus dico, quòd ille q nõ põt imponere ſeruitutẽ fundo, põt ei acqrere, ſicut eſt dñs in fundo, ĩ quo ali⁹ habet vſum fru. vt eſt tex. in l. ſed & ſi qd. §. j. de vſufru. Itẽ ille qui habet ius inferendi in ſepulchrũ ſeruitutis viæ, & ſepulchrũ acquirere põt, licet ſepulchro eã imponere nõ poſsit. ſi ſerui. vẽd. l. j. cõia prӕd. l. caueri. & idẽ dicas de ſim. Et ꝓcedũt ꝑdicta, qñ eſt vnus tantũ, cui eſt acquirẽda ſeruit⁹: ſi aũt eſſent plures dñi prӕdij, cui ſeruitus acqrẽda eſt: vt oẽs cõſentiãt, vel eorũ cõis ſeruus. & ſi vnus tantũ mihi acquireret, nõ teneret eius acqſitio, donec alij vel alijs ſocijs cõcedatꝰ ſeruitus: & vltima acqſitione cõfirmatꝰ prima ad tẽpus vltimæ, ſicut ſuprà diximus in imponẽda ſeruitute prædio cõmuni, vt l. ſi vnus ex ſocijs. & l. vnus. in princi. de ſeruitu. vrba. prædio. Itẽ prӕdicta de ſuſpẽſione primӕ impoſitionis ſeruitutis vel acquiſitionis, locũ habent, ſi fiat acqſitio vel impoſitio inter viuos. *Nã ſi vltima volũtate vnus ſociorũ prӕdio cõmuni legat ſeruitutẽ, prӕdio cõmuni nõ valet legatũ: ſed ſi oẽs ſocij legarẽt, & pariter eorũ adiretꝰ hӕreditas, legatũ teneret: ideq; ſi vnius ſociorũ prӕdij cõis ſeruitus legaretur: quia tũc nõ teneret legatũ, neq; ſuſpẽderetur, donec alijs cõcedatur: quia nõ ſicut viuentiũ, ita defunctorum actus ſuſpendi poſt mortẽ teſtatoris vel aditã hæreditatẽ receptum eſt, vt eſt tex. in l. fi. cõmunia prӕdiorũ. & ibi per Docto. de ſer. ruſti. prӕdio. l. ſi vnus. & l. vn⁹. & ita no. Azo in ſumma. C. de ſer, §. fiunt autem,

In quibus rebus poſsit ſeruitus conſtitui. CAP. XVI.

1 *Seruitus an nedum in toto fundo, ſed in ſolo tantùm, uel in ſuperficie tãtùm conſtitui poßit.*

2 *Aedificio an nedum præſenti, ſed etiã futuro ſeruitus imponi uel acquiri poſſit.*

3 *Mari per priuatum an ſeruitus imponi ualeat.*

4 *Gylfus ſiue mare Adriaticum, cur Venetorum eſſe dicatur.*

5 *Seruitus in re propria uel communi an imponi ualeat.*

QVINTO principaliter declaremus, in quibus rebus poſsit ſeruitus cõſtitui. Dic in fundo vrbano & ruſtico: & in l. j. cõmunia prӕdio. & Inſti. de ſerui. §. inter ruſticorũ. & in titu. toto. ff. de ſer. vrb. prӕdio. cũ ſim. 1 *Itẽ poteſt cõſtitui nedũ in toto fundo, ſed in ſolo tantùm, vel ſu-

superficie tantũ:tex.est in l.iij.ff.de seruit.Et ideo certo generi agrorũ seruitus acqri potest, veluti vineis, quòd ea ad solũ magis, quàm ad sup ficiẽ pertineat:& propterea sublatis vineis, seruitus in solo remanebit, nisi aliter actũ fuerit: vt est text.in l. certo generi.in prin.de ser.rust.prædio. Itẽ ad certã partẽ fundi seruitus acquiri pôt:vt l.ad certã.de ser.
2 *Item nedũ ædificio præsenti, sed etiam futuro seruitus imponi vel acquiri potest:vt est tex,in l.si seruit*. §.futuro.de serui.vrb.prædio.Et est rõ:quia illud quod adhæret,præsupponit illud cui adhæret:secundùm Oldra.& dicit Flo.in dicto §.futuro.& ideo valet promissio seruitutis facta illi qui sperat sua in futurum interesse:text.est cũ gloss.in l. ei fundo.secũdũ vnã lecturã.de serui.& no.Ludo.Ponta,in l.stipulationes non diuidũtur.in xij.col.de verbo.obliga.Ex hoc sequitur,quòd seruitus constitui potest,vt aquã quærere,& inuentã ducere liceat.tex.est in dicta l.ei fundo. Item potest imponi seruitus, vt boues, per quos fundus colitur,in vicino agro pascantur. Item vt fructus in villa vicini cogantur,coactiq; habeantur, & vt pedamenta ad vineam ex vicino prædio sumantur. Item vicino,cui* lapicidina tuo immineret fundo,cædere ius ei esset. Itẽ in fundo vicini terrã iacere,saxa in fundo habere,vt in tuũ lapides peruoluantur, ibiq; positi habeãtur,indeq; exportentur: tex.est in l.iij.in prin.de seruit.rusti. prædio.idẽ & in alijs,de quibus plenè dicã in alijs speciebus seruitutis tã vrbanorũ quàm rusti. Itẽ in sepulchro seruitus acquiri pôt.l.seruitutes.§.fi.si ser.ven. *Itẽ licet priuatũ mari seruitus imponi nõ possit:qa natura oĩbus patet.vt est text. in l.vẽditor.in princi.cõmunia prædio.tñ per principem bene posset. vt ibi not.per gl.arg.l.seruitutes.§. publico.ff.de serui.& suprà dixi in iij.quęst.prin.in fi.*Et ideo cũ mare Adriaticũ, qđ Gulfus Venetorũ appellatur,sit dominij Venetorum: quia in eo ipsi Veneti prædominati sunt per tantũ tps,quòd nõ extat memoria[a] in contrariũ:& per hoc dicitur habere iurisdictionẽ[b] in illo mari:quia illud tẽpus habet vim tituli vt in c.super quibusdã.§.præterea extrà de verb.sig.& in c.j.de pscript in vj.& Bar.& Ang.de Perusio plenè in l.sanè si maris.de iniurijs.&Bal.in rubri.ff.de rerũ diuisione.in ij.colũ & idẽ Ang.in l.fi.in prin.de vsucap ff.& in sua disputatione, q̃ incipit, quæstio super qua cõsilium postulatur:dicẽdũ est,quòd ipsi domini Veneti in ipso mari possunt seruitutẽ imponere,& nõ alij.quod est no. In loco autẽ sacro & religioso seruitus imponi nõ pôt:vt l.seruitutes.§.fin. ff.de ser. Itẽ nec in loco publico:vt l.si prius.§.fi.ff.de aqua plu.arc.cũ l. seq.de quo dicã in vj.q. principali.
5 *Itẽ in re ꝓpria vel cõmuni quis imponere seruitutẽ nõ pôt:vt est text. in l.in re cõmuni.ff.de seruit.vrba. prædio.& in l.ꝓpriũ.& quicqd in titu.cõmunia prædio. Et est rõ in re propria:quia res propria nemini seruire pôt:vt dictis iurib*:& l.vti frui. in prin.ff.si vsusfru.pet.In re autem cõmuni,quia in re cõmuni melior est conditio possidentis.l.Sabinus. cõmuni diui.& quia seruitus ꝓ parte imponi nõ potest:vt dicta l.propriũ,

priũ. & d.l.pro parte.ff.de serui.

a Memoria in contrariũ. *Adde Ale. cõsi.vj.in j.col.in j.uol.& consi.vij.in j.col.etiam in j.uol.*

b. Habere iu. *Quid sit iurisdictio, & in quot species diuidatur, uide Alexã. cõsi.lxviij.in ij.uolu.in antepe.col.in fi.& in ult.in prin.& in iiij.uol.consilio xxxv.in j.col.per totum.& in ij. in princip.ubi ponit de mero & mixto imperio, & quæ dicantur esse de iurisdictione. Et an iurisdictio quæratur, & probetur ex consuetudine, uide Corneum consilio cclxviij.in iiij.uolu.*

Quæ sint necessaria, ut seruitus cõstituatur, & ei quasi posses i sio acquiratur. CAP. XVII.

1 *Seruitus neque ad tempus, neque ex tẽpore, neque sub conditione, neque ad a certam conditionẽ constitui potest.*

2 *Quasi possessio seruitutis ut acquiratur, duo principaliter requiruntur.*

SEXTO principaliter aperiamus breuiter, quæ sint necessaria ad hoc, vt seruitus constituatur, & eius quasi possessio acquirat. Multa eenim ad hoc sunt necessaria, vt seruitus cõstitui possit. Primũ est ex persona constituentis: videlicet, vt sit talis, qui possit eã cõstituere: & quis sit iste, vide supra in iij.q.principali, vbi plenè disputaui. Secundũ est ex parte eius, cui cõstituitur, vt sit habilis ad acquirendũ. & de isto dixi suprà in iiij.q.princi. ita quòd prædiũ requiritur ex parte cõstituentis seruitutem, & prediũ etiã ex parte eius cui cõstituitur, vt est tex. in l.j.de seruit.rust.præd.& Insti.de serui.§.inter rusticorum. Tertium est, respectu rei, in qua seruitus constituit, vt sit talis in qua seruitus cõstitui possit: quod declara, vt dixi in præcedẽti q.prin. Quartum necessariũ est, vt res cui acquiritur, seu cui acquirere volumus seruitutẽ, vt sit habilis ad acquirẽdũ: aliàs secus: vt suprà dixi in j.q. seruitutũ.ad fi.ver.hic est uidẽdũ. & habetur in l.vt pomũ.de serui.& l.pecoris.de seruitu.rusti.prædio.& l.ij.& l.venditor.in prin ff.cõmunia prædio. Quintũ, quòd seruitus constituatur in totũ, nõ autẽ pro parte, vt l.pro parte.ff.de serui.& l.si quis duas.§.j.cõmunia prædio.licet ad certam partem fundi pro diuiso possit cõstitui.vt l.ad certã.de ser.& no.gl.in d.l.pro parte.& ibi per Docto. * Sextũ, quòd seruitus purè cõstituatur. nam ipso iure neq; ad tempus, neq; ex tẽpore, neque sub conditione, neque ad certã cõditionẽ, a constitui potest. tex. est in l.seruitutes ipso iure. q̃ est l.iiij.de seruitiĩ.de quo dic, vt ibi per gl.& Docto.& dicam infrà in viij.quæst.principali, quomodo & qualiter acquiratur seruitus. Septimũ est respectu loci, vt locus medius impediens seruitutẽ nõ interueniat: sicut si esset sacer vel religiosus: vt l.seruitutes.§.fi.de seruit.& etiã aliquis aliquãdo.vt l.qui sellam.§.fin.de seruit.vrba.prædio, de quo plenius dicam in proxima quæst. quæ impediant seruitutẽ cõstituendam. Octauum, vt constituatur per verba iuris, hoc est sonantia in ius, vtputa concedo tibi ius eundi per fundũ meum: non autem per verba sonantia in factum, vt puta, concedo tibi ire & agere per fundũ meũ, quia tunc esset potius ius personale: vt l.apud Iulia.§.si quis alicui.de lega.j.& dixi plenè suprà in diffinitione seruitutis realis & prædialis, & in illa quæstio. quomodo

cognoscatur quando sunt seruitutes reales & prædiales. Nonū, quòd ius insit in prædio dominante actiuè, & in prædio seruiente passiuè, ita q̄ non insit personæ, sed rei. vt ibidem bene dixi. Decimū, q̄ istud ius seruitutis cōstitutæ respiciat & cōcernat vtilitatē p̄dij domināntis: aliàs seruitus non esset: tex. est in l. quoties. la prima. in princ. de seruit. & dixi in dicta diffinitione. Vndecimū, quòd alterius prædij seu libertatē diminuat: vt l. stipulatio ista. §. si quis forte. de verb. obligatio. dictum est in dicta diffinitione. Duodecimum & vltimum, quòd interueniant verba solennia ad constituendū, puta p̄ stipulationem, vel in testamēto, vel codicillis, vel in cōtractu, vel in do-
b natione b, & simil. vt est text. Instit. de seruit. §. fina. & ibi no. & de hoc plenè in viij. quæstio. princip.
2 *Ad hoc autem, vt quasi possesio seruitus acquiratur, duo principaliter requiruntur. Primò vsus vtentis seruitute. Alterū patiētia alterius rē posidētis, quæ seruitutē debet: vt l. j. §. si. de serui. rustic. prædio. quæ patiētia nō dicitur, nisi sciat eū vti quasi intendentē acquirere seruitutem: ff. si serui. ven. l. quod si forte. §. j. secundū Inno. qui no. dicit in c. bonæ. el ij. in gl. & in fi. extrà, de postula. prœla. & ibi per Doct. & idem notat Archi. in c. non est. de cōsuetu. li. vj. & vide de hac materia plenè per eū dē Inno. in dicto c. bonæ. in gl. quæritur. & in c. cū dilectus. in glo. recuperandę. extrà, de cape. mona. & in c. in literis. de resti. spo. & plenissimè per Bald. in l. ij. C. de serui. & plenè Flo. in d. l. seruitutes. la grāde. de seruitu. vbi ponunt & examinant quomodo & qualiter acquiratur quasi possesio in iuribus incorporalib⁹, vbi videre poteris per te.

a Conditio. *Quæ sint uerba importantia conditionē. uide Alex. consi. c. in ij. col. §. nā dicta uerba. in j. uol & quando uerba poßunt se habere ad conditionem & modum, quomodo debeāt potius capi. consi etiā cij. in ea. col. §. confirmo quia. & in iiij. uolu. cōsi. xl. ubi ponit quæ uerba faciant cōditionē.*

b Donatio. *Adde Alex. cōsi. xxv. in fi. in ij. uol & in iij. uol. consi. liij. in antepenul. col. uersi. uenio ad secundum. Et quomodo statutum loquens de donatione, habeat locum in donatione in causam, uel sub modo, habes cōsi. lij. in pen. & ulti col & cōsi. lxxviij. in fi. in iij. uol. Et an donatio inter uir. & uxo. firmetur iuramēto, uide Cor. cōsi. xlj. in iij. uol. & an ualeat donatio facta per minorem cum iuramēto consi. ciiij. in dicto uolu.*

Quæ impediūt seruitutem constituendam. CAP. XVIII.

1 Locus sacer, uel religiosus, seruitutem impedit.

2 Differentia inter seruitutes rusticas & urbanas, in quibus consistat.

3 Locus medius an seruitutes impediat.

SEPTIMO necessariū est intelligere quæ impediāt cōstituendā
1 seruitutē. *Et dicas, quòd locus medius aliquādo impedit: puta si est sa
a cer vel religiosus. a vt est tex. in l. seruitutes. in fi. de serui. & est tex. in l. si prius. §. sed loco sacro. de aqua plu. arc. & no. gl. in c. j. de obser. ieiunij. & ibi p̄ cano. & dixi in præcedēti q. principali. Idē est, si loc⁹ public⁹ est medi⁹, si per id qđ debet in medio fieri, impedit publici loci libertas vel public⁹ vsus: vt si vellē de domo

mea

mea in domũ tuã immittere trabẽ, corripiendo viam publicam, vel apponere pôticellum: vel si velim de fundo tuo ad meũ deducere aquã, faciendo in via publica riuũ: his casibus ille locus publicus medius impedit seruitutẽ cõstitui, nisi principaliter lege permittẽte: vt est tex. in dicta l. si prius. §. fi. cũ l. sequẽ. & no. Bart. in d. l. fi. vel nisi permittente senatu: vt l. ij. in princi. ne quid in loc. pub. & dixi suprà in iij. quæst. princ. ver. itẽ Imperator. vel nisi hoc mihi liceret ex lege municipali, vel à magistratu, cui hoc cõpeteret ex forma statuti: vt l. prohibere. §. planè. quod vi aut clam. & no. Flo. in l. qui sella. §. fi. de serui. rusti. præd. Itẽ alius locus priuatus impedit seruitutẽ, cũ ille locus est extranei, & in eo est aliquid faciendũ, quousque etiã in illo seruitus acquiratur: vt l. in tradẽdis. §. interpositis. cõmunia prædio. & l. loci corpus. §. fi. si ser. ven. Cæterum si medius locus sit cõstituentis seruitutẽ, vel etiã extranei sint in illo, nõ est aliquid faciẽdũ propter quod seruitus impediatur, tunc locus ille medius non impedit seruitutem constitui: vt dicto §. interpositis. & iõ seruitus esse põt in vrbanis prædijs, etiã interposito medio ꝑdio seruitutem nõ debẽte: quia si habeo ius seruitutis altius nõ tollẽdi, remotioris domus vtilitas erit, donec prædiũ mediũ meũ extollatur: vt est tex. in l. & ideo. si ser. ven. Eodẽ modo qđ dictũ est de loco sacro, religioso, & publico, medio impediente seruitutẽ cõstitui: intellige quãdo in loco medio requirit, quòd aliquid fiat. aliàs nõ impediret: vt dicto §. interpositis. secũdũ Flo. in d. l. qui sella. §. fin.

2 *Et ideo nõ videtur esse differẽtia inter seruitutes rusticas, & vrbanas, licet tex. in l. qui sella. §. fi. tacite videatur differentiã facere. & Azo in summa. C. de ser. §. porro. quod dictũ est. sed re vera nõ est differẽtia. Sed solũ in hoc cõsistit differentia, an prædiũ meũ impediat vtilitatem venire de vno prædio ad aliud: qđ cõtingit duobus cõcurrẽtibus. Primũ, quòd prædium mediũ nõ sit cõstituẽtis seruitutẽ. Secũdũ, quòd ad vsum seruitutis aliquid sit in eo faciendũ, vel exercendũ, quod fieri potest inuito domino: vt l. inuitũ. cũ l. præce. in fi. de ser. vrb. prædio. & tũc impedit cõstitui seruitutẽ. Sed si nil erat faciendũ, vel si erat prædiũ intermedium, tamẽ erat eiusdem domini prædij dominantis: & etiã quia põt facere in illo ꝑdio medio quicquid vult, nõ impedit seruitutẽ constitui, quia nõ impedit vtilitatẽ peruenire. vt est tex. in l. si cũ seruitus. ff. quẽadmo. serui. amit. & in l. si ædes meæ. & in l. nemo enim. de serui tu. vrba. prædio. & in l. si mihi. §. pe. & l. tria prædia. de seruitu. vrbanor. prædio.

3 *Et de ista materia, an locus medius impediat seruitutes, vide per Bart. in l. si prius. §. fi. de aqua plu. arc. & p Flo. in dicta l. qui sella. §. fina. de serui. vrba. præd. & p Paul. de Cast. in l. in tradẽdis. §. interpositis. cõia prædio. & per Doctor. in §. æque. Insti. de actio. & per Cano. in c. j. de obseruatione ieiunij. Itẽ impedit seruitutẽ cõstituẽdã, quando aliqua eorũ quæ sunt necessaria ad ipsam deficiũt, vt dictum est in q. preced. vbi videas. Itẽ quando id ex forma municipali statui esset prohibitum: pro hoc vide text. cum gloss. &

quod ibi notat. in l. qui luminibus. de serui. vrba. prædio.

a Religiosi. *Adde Alex. cõsi. lxxx. in j. col. in vj. uol. & consi. ccxx. in j. uol.*

Quomodo, & qualiter, & quando constituatur, & acquiratur, & retineatur seruitus: & quæ seruitutes dicantur habere causam perpetuã, seu cõtinuã, quasi cõtinuã, seu quasi perpetuã: & quæ causam discontinuam: & quanto tẽpore huiusmodi seruitutes præscribuntur. CAP. XIX.

1 *Seruitus pactionibus, stipulationibus, testamentis, & contractibus constituitur.*

2 *Seruitutes multiplices sunt, et quæ sint seruitutes habentes causam continuã, & quasi continuam.*

3 *Seruitutes habentes causam discontinuam quæ sint.*

4 *Seruitutes, quibus præscribitur x ann. inter præsentes, & xx. inter absentes, quæ dicantur.*

5 *Tempus, cuius non extet memoria in contrarium, quod dicatur, & quomodo probetur, remißiuè.*

6 *Poßeßio c. annor. quomodo probetur, remißiuè.*

7 *Venditio non probaretur, etiam si possideretur res alicuius, uel usufructus eius, eo sciente, & patiente.*

8 *Positio allegãti titulum, quòd titulum non habuerit, fieri potest.*

9 *Negatiua quõ probetur, remißiuè.*

10 *Res dicuntur poßideri, quando causam continuam habent.*

OCTAVO principaliter expedit examinare quomodo, & qualiter, & quando constituatur, & acq
1 ratur, & retineatur seruitus. *Et dic, quòd constituitur pactionibus, stipulationibus, & testamentis, & contractibus. tex. est cum gl. Insti. de seruit. §. penul. & fi. & dixi suprà in vj. quæstio. princip. versi. xij. & est tex. in l. in testamento. aliàs incipit, per test. cõmunia præ. & l. binas ædes. de ser. vrb. præ. cũ simi. & volũtate partium cõstituitur seruitus ab inuitis: & inuitus dicitur ille, qui non consentit expressè, etiã si non contradicat: vt l. inuitum. de ser. vrba. prædi. Ideoq; licet vadã per prædium tuũ, vel aliqua proijciam in tuo, te sciente, & non contradicente: non statim est seruitus, nisi præscribam. vt l. ij. in fi. eod. ti. de qua præscriptione statim dicam, sicut econtrà in amittendis seruitutibus dicitur. nam licet altius tollas, me sciente, non statim domus tua est libera: vt l. hæc autem iura. de ser. vrb. præd. & no. glo. in d. l. inuitũ. Itẽ constituitur & acquiritur seruitus per cõsuetudinem: vt l. j. §. pe. & fi. & ibi per gl. & Doct. de aqua plu. arcẽ. Item acquiritur per præscriptionẽ: vt habetur per glo. ordi. & mag. in hac materia in l. seruitutes. la grãde. ff. de ser. & ibi per oẽs Doc. & per Azo. in summa. C. de ser. §. itẽ cõstituitur seruitus p cõsuetudinẽ. & habet per gl. & Doct. in l. ij. C. de ser. & aqua. per Dyn. in c. possessor malæ fidei. & in c. seq. de regu. iur. in vj. & p Bat. in l. j. §. deniq;. de aqua plu. arc. & per Doct. in §. æquẽ. Insti. de actio.
2 *Circa qđ primò est sciẽdũ, quòd seruitutes quædã dicuntur habere causam perpetuã, seu cõtinuã: qdã quasi perpetuã, seu quasi cõtinuã: quædã discõtinuã, vt no. p gl. & Docto. in d. l. seruitutes. & habet in l. foramẽ. de ser. vrb. pđ. & in d. l. ij. C. de ser. & aqua. Et dic ꝙ illa seruit* di-

dicit habere causam cõtinuã, & ppetuã, q̃ semper est in vsu actualiter & potẽtialiter, vt seruitus aquę duct⁹, & seruitus altius nõ tollẽdi, & similes. Quasi cõtinuã seu quasi ppetuã causam dicitur illa seruitus habere, quæ ppetuo seu cõtinuo potẽtialit, sed nõ actualiter est in vsu: vt est seruitus stillicidij, vel ductus aquę ex cœlo cadẽtis: vt d.l.foramen.de seruitu.vrban.predio. Et est ratio, qa in istis nõ reqritur semp factũ hõis ad vsum seruitutis, licet reqrat aliqñ à principio ad ipsam cõstituẽdã, vt in aquæductu: qa postq̃ aqua est deriuata per riuũ, vel canalẽ facto naturę cõtinuatur, & p seipsam semp fluit, & ita in seruitute tigni iniuncti vel oneris ferẽdi. nã postq̃ semel est immissum p seipsum cõtinuatur. Itẽ in quasi perpetua seu quasi cõtinua. ratio est, qa licet in illa nõ exerceatur semp, tñ est apta semp exerceri sine facto hoĩs, vt in seruitute stillicidij, quę est respectu aquę ex cœlo cadẽtis, qa non semp pluit: sed cũ pluit, p seipsam cadit, & stillicidiũ est semp aptũ recipere aquã sine facto hoĩs,
3 postq̃ stillicidiũ factũ est. *Discõtinuã verò causam illa seruitus habere dicit, quę nõ est semp in vsu actualiter, nec potẽtialiter, sed necessariò reqrit interpositionẽ: qa in sui vsu reqrit factũ hoĩs, quod non põt esse cõtinuũ, vt seruitus itineris, viæ, & sim. Nã homo non põt semp ire, vel ducere currũ, aut plaustrũ. l. seruitutes. la grãde. ĩ pri. de ser. Et istud, qđ dixi de cã discõtinua, ꝓcedet in seruitutibus realibus, q̃ à re rei debent: qa in istis ipsa res dicit tales seruitutes quasi possidere, mediante facto hoĩs, nõ aũt facto suo: & ideo cũ in istis realibus vbicunq; factum hominis requiritur ad vsum, & illud non possit semp esse continuũ, sequitur, illa res tales seruitutes nõ continuè possidet, & propterea dicũtur habere causam discontinuã. Sed secus est in seruitutibus, vel personalibus iuribus, quæ debentur à re personę: vt est vsusfructus, vsus, iurisdictio, & simil. Nã in istis licet factum hominis requiratur, non solũ ab initio, sed etiã ex postfacto, nõ tamẽ dicuntur habere causam discõtinuã: quia possunt animo possideri, ex quo psonæ debẽtur, quæ habent animũ: licet actus sint discõtinui: vt elegãter not. Bar. ĩ l. iusto. §. nõ mutat. de vsucap. & ibi oĩno videas. & no. per Cyn. in l. ij. in vj. q. C. de ser. & aqua. qđ not. pro huiusmodi materiæ fundamen-
4 to. *His itaq; præmissis dicas, si est seruitus, quæ habeat ppetuã causam seu cõtinuã, vel quasi perpetuã seu quasi cõtinuã, ex his duobus casibus regulariter pręscribit lõgo tẽpore, videlicet x. ann. inter p̃sentes, & xx. inter absentes, exẽplo rerũ immobilium: vt est text. in l. fi. C. de pręscrip. lon. tẽporis, & in l. ij. C. de ser. & ibi hoc no. per gl. & Doct. & idẽ not. gl. ordi. in d. l. seruitutes. & ibi per oẽs Doct. & p Azo. in summa. C. de serui. §. itẽ constituitur. & in l. j. in v. q. eo. tit. per Cy. C. de ser. & aqua. & in l. ij. in v. q. eo. ti. Sed si est seruitus habens causam discontinuã: & tũc regulariter nõ præscribitur: vt est tex. in d. l. seruitutes. in princ. & ibi per Do. in d. v. & vj. q. Sed illa regula fallit in multis casibus. Primò qñ qs fuisset vsus iure seruit. tãto tẽpore, in cuius cõtrariũ memoria nõ existit: l. hoc iure. §. ductus aquę. de aqua

quoti.& æsti.secũdũ vnũ intellectũ,
scilicet,ꝙ ibi loquatur de huius ser
uitute.ar.l.j.§.fi.& l.ij.§.antepe.de
aqua plu.arcẽ.& not.gl.mag.in d.l.
seruitutes.de serui.& per oẽs Doct.
& not.gl.in d.l.ij.& ibi per Doctor.
C.de ser.Et pro hoc adduco tex.ĩ c.
sup quibusdã.§.præterea.extrà, de
verb.signifi.vbi habetur,ꝙ tẽpus,cu
ius nõ extat memoria in cõtrariũ.ha
bet vim priuilegij.& est tex.in c.j.
in fi.de præscrip.lib.vj.vbi dicitur,ꝙ
5 dictũ tẽpus habet vim ti. *Quãdo
autẽ dicitur esse tantũ tempus,cuius
a nõ extet memoria in cõtrarium a,&
quomodo probetur,vide plenius p
Inno.in c.qd per nouale.& in c.ve-
niẽs.& ibi p canonistas.de ver.sig.
per Cyn.in l.ij.in ix.q.C.de serui.&
aqua.& per Bar.in l.j.§.Labeo.de
aqua plu.ar.& per gl.& Doc.in l.ar-
biter.de pro.& per Flo.in dicta l.ser
uitutes.ĩ vlt.charta.circa prin.& ad-
de quod Cy.tenuit ĩ d.l.ij.ix.quęst.
ꝙ cẽtũ anni dicant esse spatiũ tanti
tẽporis, de quo nõ extet memoria.
Idem tenuit Anton.de Butr.in c.ve
niens.in princ.vlti.col.extrà, de te-
sti.& Inno.etiã ibi circa fin.ij.col.in
ver.itẽ dicũt quidã,ꝙ si cõstet.& idẽ
sentit Specula.ĩ tit.de pbat.in ij.par
te Spec.§.j.ver.qd si testes.ad fi.illi⁹
ver.& idẽ tenet Bal.in d.l.ij.ad fi.ij.
co.C.de seruit.& Card.Zabarella in
c.si diligenti.in fi.extrà,de pręscrip.
& no.per Doct.in iuribus præallega
6 tis. *Et quomodo probetur possef-
sio c.ann.vide per Bal.in aut.quas a-
ctiões.in vl.col.in prin.C.de sacros.
eccl.& vide gl.& quod ibi notat in
c.cũ vobis.ex.de pręscri. Secundus
casus est,in quo fallit,qñ vtens alle-
garet seu habuisset titulũ cõcessiõis

ab ipso domino:& sic ex aliquid titu
lo pcedẽti dicat sibi à domino fuisse
seruitutẽ cõstitutã:nec id possit pro
bare per testes vel instrumẽta:& in
adminiculũ suæ intentionis inducat
cõiecturã,qa vsus est seruitute præ-
dij dño sciente,& nõ cõtradicẽte p
x.vel xx.annos,scilicet p x.inter præ
sentes,& xx.inter absentes:qa pręsu
mitur seruitus constituta ex causa q̃
pretenditur præcessisse:arg.l.j.in fi-
ne.de aqua pluuia arcen.& l.cùm de
in rẽ verso.ff.de vsuris.ita singula.di
xit gl.in l.seruitutes.la grãde.in gl.
magna,in fine.de seruitu.& glo.in l.
j.§.fi.in ver.quãdiu.de aqua pluuia
arcẽda.Et idẽ ad literã dicit Azo in
summa,C.de seruituti.§.itẽ.cõstitu
untur seruitutes per cõsuetudinẽ.&
idẽ not.Inno.in c.si diligenti.extrà,
de pręscrip.& Ioan.And.& Doct.in
c.peruenit.de cen.& idẽ tenet Bart.
& Flo.in d.l.seruitutes.& do.Ange.
de Are.Instit.de action.§.æquè.Et
istã opin.tenent cõmuniter Docto.
tã legistæ,quàm canonistæ,vt dicit
Paul.de Castr.in d.l.seruitutes.Sed
Petr.de Bellapert.Cyn.& Ia.But.&
Ray.de For.in l.si certis annis.C.de
pac.& Ang.ibi in sua repeti.tenent
cõtrariũ,dicẽtes quòd l.cũ de in rẽ
verso.loquitur in faciẽte,hoc est,in
soluẽte p x.vel xx.annos:contra quẽ
facilius præsumitur,cũ ei nõ sit tãtũ
imputandũ.Et pro ista distinctione
bene facit,quod no.Inno.in c.olim.
el iij.ad fi.de restitut.spol.itẽ p hac
parte ego adduco hanc rationẽ.Nã
si opi.gl.& Doct.esset vera,lex quæ
dicit,quòd requiratur tãtum tẽpus,
cui⁹ nõ extet memoria in cõtrariũ,
esset imposita potius verbis,q̃ reb⁹,
cõtra l.ij.C.cõia de leg.& l.fi.C.de

vsu.

vsu.&c.cõmissa. §. porro. de elect. in vj. Nã quilibet qui fuisset in quasi possessione per x.vel xx.annos, semper allegaret titulũ à domino: & sic nũquam haberet locũ dicta lex, quę requirit tantũ tẽpus, ꝙ nõ extet memoria in cõtrariũ. Barto. autẽ in d.l. seruitutes. conatur saluare glo. & dictam opin. cõmunẽ. & respõdet contrarijs, dicens, ꝙ in his quæ sunt magni præiudicij, procedit opin. Pet. & aliorũ sequentiũ, quòd nõ habeat lo 8 cum l. cũ de in rẽ verso. sicut est in acquisitione dominij, vel partis eius.
7 *Nã si possiderẽ rẽ tuã, tãquã meã, per longũ tẽpus, te sciẽte & patiẽte, vel etiã vsumfructũ eius, q est pars dominij: vt l.iiij. de vsufru. & posteà dicerẽ te mihi meã vẽdidisse, vel cõcessisse, nõ pbaret̃ p hoc vẽditio vel cõcessio. facit l. libertis. §.j. de ali. & ciba. leg. & l. nullo. C. de rei ven. Sed in his quæ sunt parui pĩudicij, sicut sunt seruitutes prędiales, p quas nõ acquiritur dominiũ, nec pars eius: & tũc procedit opin. gl. & pro hoc allegat l. si filius. C. de peti. hære. & l. qui aliena. §.j. de acquirẽ. here. & l. quã Tuberonis. §. sũt quędã. ff. de pecu. Itẽ pro hoc allegat gl. similẽ not. in l. pen. C. communi diui. vbi contra patientem præsumitur titulus diuisionis, qui est parui prçiudicij: vt ibi not. Ad incõueniẽs, quod dixi, vide licet ꝙ lex videatur posita verbis, & nõ rebus, nõ respondet. sed põt dici secũdũ Paul. de Cast. in d. l. seruitutes. quòd illud tẽpus cuius memoria nõ extat in cõtrariũ, requirit̃, qñ aduersari⁹ ignoraret. Si aũt scit, & patitur, & tũc sufficiat longũ tẽpus, cũ allegatione tituli. & isto modo põt saluari communis opi. Posset etiam aliter responderi: quia licet sufficiat allegare titulũ cũ quasi possessione lõgi tẽporis, & esset p̃sump. iuris & de iure, tamẽ cõtra eã admitteretur probatio in cõtrariũ per partis confessionẽ. & gl. est not. in aut. de ęqualitate dot. §. illud. in verbo, scribat. col. vij. & est alia similis in l. in cõtractibus. in princip. ver. nulli. C. de nõ nu. pe. & not. Doct. in aut. sed iam necesse. de donatio. ante nup. & canonistę in c. cis qui fidem. de spõsa. *Et ideo posset fieri positio allegãti titulũ, ꝙ nõ habuit titulũ: sed si cõfiteret̃, allegatio tituli sibi non pdesset: ideo nõ credo, ꝙ sit p̃sumptio iuris & de iure, sed iuris tãtũ: ideo posset probari cõtrariũ per alias probationes: iuxta not. in c. bonę memoriæ Magũtini. de elect. & ĩ l. actor. C. de proba. & per hoc patet, ꝙ lex, quę requirit tantum tempus, cuius non extet memoria, non erit imposita verbis, quando cõfiteretur aduersarius, vel probaretur titulum nõ pręcessisse: vel quando aduersarius ignorasset allegãtem titulũ possedisse. Teneas itaq; opi. gl. quæ est cõmunis, & eã semper obseruari in practica vidi: & eãdem practicam vidi obseruari, quãdo quis non soluit decimam per tantum tempus, quòd non extet memoria in contrariũ: sed istud nõ examino, & ad eius probationem inducit possessionẽ, vel quasi, tanti tẽporis, quòd non extet memoria in cõtrarium. sed in hoc de decima est magis dubiũ: quia tractatur de magno prçiudicio: sed in hoc plus est, quàm in precedenti casu: quia allegatur nõ tẽpus longum, sed tempus quòd nõ extat memoria in contrarium. Sed istud non examino: quia est

est longa materia. de qua vide in c.j. de prescrip.lib.vj.& in c.super quibusdã. §. ꝑtereà. de ver.sig. Sit ergo cautus ille, q est visus aliquo seruitu. iure discõtinuè, vt semper alleget titulũ aliquẽ habilẽ ad cõstituẽdã seruitutẽ sibi,& probet se vsum fuisse illo iure seruitutis per x.annos inter presentes,& xx.inter absentes, sciente aduersario & patiẽte, & obtinebit:& sit etiã cautus in hoc, vt alleget se ti.habere ab aduersario, qui posit seruitutẽ imponere rerũ: nec alleget se titulũ habere à quodã tertio: qa hoc non sufficeret: scĩa eñ & patiẽtia nõ dñi, nõ faciet resultare presumptionẽ in facto alieno, sed in facto proprio: sic secũdùm Paul. de Cast.in l.seruitu.de serui. q hoc declarat,& bene. Ecõtrà sit cautus etiã aduersarius, vt querat ꝓpositiones vel aliter habere cõfessionẽ ab altera parte, scilicet, ꝙ nullũ titulũ habeat ab ipso, vel ab alio, q seruitutẽ imponere potuerit: vel si nõ pot habere cõfessionẽ, qrat ꝓbare cõtrariũ, coarctãdo dictũ titulũ ad certũ locũ,& tẽpus. iuxta no.in l.actor. C. de ꝓba.& in d.c.bone.de elec.

9 *Vbi habet, quomodo ꝓbet negatiua: qa si allegãs titulũ cõfiteret se nõ habere, vel etiã probaret, illa allegatio ti. sibi nõ ꝓdesset. Et hec tene menti ꝑpetuo, qa sunt vtilia, & nõ ita bene declarata alibi reperies. Tertius casus, in quo fallit dicta regula, est qñ qs ꝓbaret se habere verũ titulum à tertio. nã tũc seruitus, etiã si haberet causam discõtinuã, acqreret lõgo tẽpore, videlicet x. annis inter ꝑsẽtes,

b & xx.inter absentes,[b] ꝑ tex.in l.fi.in fi.de presc.lon.tẽp.& per l.si ego. §. j.ibi, itẽ rusticorũ.de publi. quod est singulare, secũdũ Paul.de Ca. in d.l. seruitutes. de serui. Debet ergo illa regula intelligi, quãdo qs nõ habebat verũ titulũ à tertio. Et ꝙ dixi ve 10
rũ titulũ debere ꝓbari, qa nõ sufficeret ipsum tãtũ allegare: vsus enim lõgi tẽporis nõ posset operari duo specialia, scilicet ꝙ faceret ꝑsumi titulũ ab extraneo,& vltra hoc, ꝙ sufficiat longũ tẽpus cũ tali titulo allegato, vbi aliàs reqreretur tãtũ, cuius nõ esset memoria in cõtrariũ, ꝑ no. in l.j.C.de do.promis.cũ si. qa nõ accidit in titulo allegato à dño aduersario, seu ab illo qui seruitutẽ imponere potuit: qa vsus longi tẽporis etiã hoc casu inducit vnũ speciale tãtũ.s.probationẽ tituli, qua facta, sufficit, ne aliud tẽpus requirat, quasi possessionis ad ꝑscribendũ, ex qua prescriptione iuris probatus est titulus eius q seruitutẽ imponere posset, & immediatè cõstituere. ar.l.sequit. §. lana.de vsuca. Quartus casus & vltimus est, in quo fallit dicta regula, secũdũ Pau.de Ca.in d.l.serui. in fi. scilicet in seruitutibus personalibus, q̃ debẽtur à re personæ, vt vsusfruct⁹, vsus, iurisdictio,& sim. quia licet ad eorũ vsum requirat factũ hoĩs, tamẽ nõ dicũtur habere causam discontinuã: qa aĩo posideri possunt, qui cõtinuus est, licet actus hoĩs sint discõtinui: ideo lõgo tẽpore ꝑscribũtur, cũ titulo tñ vero: qa habet similitudinẽ cũ dño, quod lõgo tẽpore nõ prescribit sine titulo. est casus in l.fi. circa fi.C.de prescrip.lon. tẽpo. & l.si ego. §.fi.de publi.& no.in l.iusto. §.nõ mutat.ff.de vsuca. & intellige de titulo habito à nõ dño: nõ autẽ à dño: quia tũc nõ esset opus prescriptiõe: vt l.clauibus.de cõtrah. emp.

iuncta

iuncta d.l.sequit. §. lana. de vsucap. sine titulo vero pscriberet longissimo tpe: vt no. Cy. in l. ij. ĩ vj. q. C. de
10 serui. *Sed pdicta regula pcedit in seruitutibus realibus & pdialibus, q̃ à re rei debent: q̃ res dicũtur possideri, qñ habẽt causam cõtinuã: vt l. qui fundũ. ff. quẽadm. seru. amit. sed ille habẽs causam discõtinuã, nõ põt dici, q cõtinuè possideat, nec per actũ hominis: qa ille nõ est nec põt esse cõtinuus: nec per animũ, cũ res animũ nõ habeat: vt dixi suprà in illa q. qñ dicat seruitus habere causam discõtinuã. Ista autẽ nõ est pprie fallẽtia à dicta regula, q̃ de seruitute habẽte causam discõtinuã loquit: quoniã seruitutes personales dicũtur habere causã cõtinuã & ppetuã: vt dixi: & licet videat, q possit dici fallẽtia respectu actus hoĩs, qui requirit in seruitute psonali: & tñ pscribitur lõgo tẽpore: qđ non est in seruitute reali, q̃ factũ hoĩs requirit, & est discõtinua: qa lõgũ tẽpus nõ sufficit: tñ dico, q etiã hoc casu nõ est propriè fallẽtia: qa in ista seruitute personali requirit tit. à nõ domino, vt dixi. q si interuenisset in seruitute reali habẽte causã discõtinuã, idẽ esset: quia etiã lõgo tẽpore prescriberet. vt dixi in tertio casu pcedẽti, & sic in effectu quãtũ ad tẽpus pscribẽdi, nõ videtur esse differẽtia inter seruitutẽ habẽtẽ causam discõtinuã, & seruitutẽ psonalẽ habẽtẽ causã cõtinuã: qa in vtraq; sufficit titulus à non dño cũ possessiõe vel quasi lõgi tẽporis. Sed vbi nõ interuenisset titul. bene esset differẽtia, qa in seruitute reali regulariter nõ pscribitur, nisi p tãtũ tempus, quòd nõ extet memoria in cõtrarium. sed in seruitute personali sufficerẽt xxx. anni, quod est longissimum tẽpus: vt no. Cy. in l. ij. in vj. q. C. de seruitutibus & aqua. & suprà dixi, quæ omnia bene nota.

a Memoria in cõtrari. *An tempus c. an. dicatur tantũ tẽpus, cuius in cõtrariũ memoria nõ existit, & an usus tãti tẽporis uim habeat concessionis & priuilegij. Alex. v. uo. in cõs. xvj. in ij. col. in uersi. secũdo principaliter. et in cõsi. xxiiij. & ibi, an illud tẽpus sufficiat ad præscribẽdũ merum imperiũ.*

b Absentes. *Adde Corneũ cõsi. xxxvj. incipi. in hac. Et præsens in ciuitate sua quis præsumitur esse, & nõ præsumitur absentia, cõsi. l. Et an absens dicatur ille, qui nõ est præsens in iudicio, cõsi. lviij. in ij. uol. Et quis dicatur absens, uide Alex. in v. uol. cons. c. in iiij. col. in princip.*

Quot sint necessaria ad inducẽdã præscriptionẽ in seruitutibus habentibus causam cõtinuã uel quasi, an requiratur titulus & bona fides: & an de iure inter ius canonicũ & ciuile sit differentia in præscriptionibus: & an seruitus possit cõstitui sub cõditiõe, & duplici cõditiõe, uidelicet extincta & inceptiua. CAP. XX.

1 *Seruitutis ad præscriptionem quot necessaria sint.*
2 *Bona fides in præscriptionibus an præsumatur.*
3 *Bona fides in quibus casibus allegari debeat.*
4 *Bona fides an in libertate præscribenda requiratur.*
5 *Præscriptione quomodo scitẽtia & patientia aduersarij requiratur.*
6 *Seruitutibus in præscribendis an titulus requiratur.*

Præscri

7 *Præscriptio contra ecclesiam omnino titulum requirit.*

8 *In seruitutũ & iuriũ incorporalium præscriptione septem requiruntur.*

9 *Interruptio naturalis longißimi temporis in iuribus incorporalibus præscriptionem impedit.*

10 *Seruitutes non constituuntur, ut aliquid in tuo facias.*

11 *Præscriptio quãdoq; plus potest, quàm pactum.*

12 *Ire per ciuitates, & domos alienas, licitum non est.*

13 *Seruitutes reales & prædiales ipso iure nõ recipiunt certum tempus ex parte ante ad originem impediendam, sed conditionem.*

14 *In iure corporali quomodo quis tradere teneatur.*

DICTVM est suprà, q; seruitus
habẽs causam perpetuã, vel cõ
tinuã, vel quasi, prescribit lõgo tẽpo
1 re. *Sed quot sunt necessaria ad di
a ctã pscriptionẽ a? Dic plura. Primũ,
q; volẽs prescribere, fuerit vsus iure
seruitutis: scilicet eo aĩo, vt posſit v-
ti iure suo aduersario inuito, nõ iu
re amicitiæ vel familiaritatis, qa tũc
nuaquã pscriberet. l. fi. & ibi no. quẽ
admo. serui. amitta. & l. q iure fami-
liaritatis. de acquiren. pos. Et ideo si
trãsiuit qs per fundũ tuũ lõgo tẽpo-
re p aliquã viã ibi existentẽ, quã pu
blicã esse credebat, & cuilibet lice-
ret p eã transire, nõ acquirit seruitu
tẽ, etiã si tanto tẽpore fuisset, cuius
in cõtrariũ memoria nõ existit, nec
acquirit interdictum, de itinere a-
ctuq; priua. in ipsa seruitute haben-
da: vt eleganter not. Paul. de Cast. in
d. l. fin. Qualiter autẽ probetur, q; quis
fuerit vsus iure suo, seu iure seruitu
tis, plenè habetur per gl. Bart. & Do
ctor. in l. j. §. ij. de itinere actuq; pri
ua. & per Inno. & Doct. in c. bone. el
ij. de postul. prela. & de causa pos. &
proprie. c. cũ eccle. in ver. affuisse. &
per Barto. & Doc. in dicta l. qui iure
familiaritatis. & per Flo. & Doc. in
l. serui. de serui. & c. Secũdũ quod re
quiritur bona fides, qa credebat sibi
seruitutẽ cõpetere. vt no. gl. in d. l. fi.
& ĩ l. ij. C. de serui. quod verũ, si vult
prescribere lõgo tẽpore. secus si lõ-
gissimo, puta xxx. vel xl. annorũ. qa
de iure Digestorũ, & C. etiã sine bo
na fide poterat pscribi, sicut domi-
niũ: per l. sicut. de pscrip. xxx. anno-
rũ & no. Cy. secũdũ Pe. in l. ij. in vj.
q. C. de seruitu. hodie vero de iure
canonico nullo modo põt: vt in c. fi.
extrà, de prescr. & in c. possessor ma
læfid. lib. vj. Sed aduertẽdũ, quia vbi
cõstat verè de mala fide, procedunt
pdicta. Sed vbi esset præsumpta ma
la fides tãtũ, tũc post xx. annos talis
psumptio malæ fidei nõ põt allega-
ri. casus est not. & ibi hoc not. Bar. q
ita dicit intelligi in l. fin. in fi. C. vn-
de vi. & idẽ no. An. de But. in c. sepe.
in v. col. versicu. itẽ hoc verũ. extrà,
2 de restitu. spolia. *Nunquid autẽ in
dubio bona fides præsumatur. videt
q; sic, per l. pe. C. de euic. & per l. si
fundũ. C. de rei ven. Dicas in hoc, q;
si qs possedit cũ titulo regulariter,
præsumitur bona fides, nisi probare
tur cõtrarium: quod fallit, qñ titulus
esset improbatus à lege: qa tũc semp
præsumitur mala fides. tex. est no. in
l. queãdmod. ver. male fidei. C. de a-
gri. & censi. & ibi hoc not. Bart. quẽ
omnino vide. Itẽ fallit, qñ fuisset ei
denuntiatũ ne emeret: vt d. l. si fun-
dũ. C. de rei ven. Itẽ fallit, si corã ali-
quibus dixisset, se sciuisse rẽ esse a-

lienam

lienã.Itẽ si de hoc erat fama in vicinia,& ipse erat vicinus: vt not. Bart. in l.Celsus.in penult.colũ.de vsuca. Itẽ si procurauit habere titulũ.vt notat singulariter Bald.secundũ Odofre.in l.quoties.C.de rei vendic.sed si quis possideat,vel quasi,sine titulo,tũc regulariter præsumitur mala fides:vt no.in l.fi.C. vnde vi. Itẽ si qs sciebat fundũ alienũ esse, nec habebat aliquẽ titulũ cõcessionis seruitutis,præsumitur mala fides: quia sciebat vel scire debebat,nõ posse vti illo fundo sine licentia domini:requiritur ergo, ꝙ credat se habere seruitutẽ,qua vtitur, licet reuera nõ habeat:sed errauit in facto,qa forte audiuerat à patre suo hoc dici,vel erat publica vox ĩ vicinia.nã hoc tribueret iustã causam credendi, & sic bonã fidẽ:vt no.Bal.in d.l.Celsus. in ij. colum.& in l.j.§. hoc interdicto. in iij.col.de iti.act.priua.& Bald.in d.l. indicia.ver.ergo quæro.C.de rei vẽ
3 di. *Aduerte tamen,quia licet aliqñ
b bona fides b præsumatur:tñ in casibus,in quibus requirit̃, non sufficit, quòd præsumatur,sed ipsa debet deduci & allegari. vt est casus singu.in l.si adulteriũ cũ incestu. §.idẽ Pollioni.de adulte. secundũ Ange.in l. eũ qui.§.si.de public.& vide ad hoc Bart.in l.cũ quidã.in vlti.co lum. in princip.si cer.pe. vbi dicit, ꝙ super nõ allegatis non cadit præsumptio. & idẽ no.Bal.in l.si certis annis.in v. colũ.C.de pac.quod bene no.in practica,qa vidi multos errare hoc non perpendentes.Et quod dixi de bona fide,intellige,ꝙ requiritur in serui-
4 tute præscribẽda. *Sed nunquid in libertate præscribenda requirat̃ bona fides? vide per gloss.ordi.in l.fin. quẽadmo.serui.amit.& ibi per Doctor.& dic, ꝙ in præscribenda libertate personali requirit̃ bona fides.l. j.C.de præscrip. lon. tempor. q̃ pro libertate comp.Sed in præscribẽda libertate distingue. Aut loquimur de libertate rei vrbanæ, & requirit̃ bona fides.l. hæc autẽ iura.de seruitu.vrba.p̃dio.Aut rei rusticæ,& non requiritur bona fides.l.pe.C.de seruit.Et ratio diuersitatis est,qa in præscribenda libertate requirit̃ factũ,& vsus præscribẽtis:& ideo nõ mirũ,si eius bona fides requirit̃.sed in realibus nõ requiritur aliquod factũ hominis p̃scribentis,sed sola negligentia ex parte admittẽtis. ideo nõ cõsiderat̃ in admittendo bona fides aduersarij: vt no.in d.l.fi.& in d.l.ij. C. de serui.& dicam infrà plenius,in x. & vltima quæs. princip. Tertium quod requiritur in ista præscriptione,est quòd quis fuerit vsus longo tẽpore,videlicet x.annis inter p̃sentes,& xx.inter absentes:vt nota.in l. seruitutes.ff.de serui.& in l.ij.C. eo. tit.& suprà dixi,quòd est verum in prædio priuati:sed in prædio ecclesiæ requiritur tempus xl. anno.sicut in præscriptione dominij rerum ecclesiæ.vt voluit Inno.in c.diligenti. de præscript.& per Doc. canonistas in c.peruenit.de cẽsibus.& sequitur Paul.de Cast.in d.l.serui.circa quod adde quod dicam infrà,versi. sed cõtra hoc opponitur. Quartum quod requiritur, est quòd vsus fuerit sciẽte aduersario.l.ij.C.de ser. & ibi per gl.& Docto.& etiã eo patiẽte.l. quoties.la ij.de seruitu. & in ista scientia & patientia consistit quasi possessio iurium incorporaliũ. Quod limita principaliter duobus modis.

Primò

Sed respõde, ꝙ hoc debet intelligi, qñ esset mihi vtile, ꝙ aqua stillicidij tui cadat in domo vel curia mea, puta ppter cisternã meã, q̃ repleri debet ex aqua tui tecti. & hoc modo intelligit istã seruitutẽ gl. in l. j. in ver. & officiẽdi. in ti. de ser. vrb. præ. quã Doct. ibi sequuntur. Itẽ posset poni exẽplũ, si haberẽ hortũ magnũ cum domo cõiunctũ, vel prata sitiẽtia, & interest mea, ꝙ aqua stillicidij vicini cadat in domũ meã causa eã ducẽdi ad hortũ vl' pratũ irrigãdũ. & idẽ dicas. & facit ad hoc qđ dixi suprà de seruitute altius tolliẽdi, post prin. Et ex his not. ꝙ vt qs sit obligatus tenere stillicidiũ suũ, & cadat ĩ domũ meã, qa mihi expedit ppter aquã cisternę meę, vel ppter hortũ vel prata mea irriganda, dicit esse seruitus stillicidij nõ auertendi. vt etiã suprà
2 in prin. declaraui. *Circa istã seruitutem dubitari posset, si stillicidium esset fractũ in aliqua parte, puta eius canale, per qđ aqua ducit, vel tegulę ruptę, qs teneat reficere, & cuius expẽsis. Dic ꝙ ille, cuius est stillicidiũ, debet: prout probat ĩ l. & si forte. §. etiã. si serui. ven. & in l. eũ debere columnã. de serui. vrb. prę. Sed nunqđ stillicidij dominus poterit cogi per eũ, in cuius domũ casitat, ad ipsum reficiẽdũ? Dicas ꝙ sic, ad eũ modũ, quo erat tẽpore seruitutis impositę, per

per text, in d. §. etiã. vbi est casus nota. Itẽ nunquid si totũ stillicidiũ corruit, an possit ille, q est domiuus stillicidij, cogi ad reponendũ, seu iterũ faciendũ dictũ stillicidiũ, ad eũ modũ, quo erat tẽpore seruitutis impositę, ita ꝙ aqua ex eo possit in domũ meã cascare, sicut prius expensis suis[a]? dicas quòd sic: tex. est no. in l. eũ debere colũnam. in fi. de ser. vrb. præ. Hęc de seruitute stillicidij non auertendi dixisse sufficiat.

a Expẽs. suis. Adde Corneũ cõsi. ccxxxvij. quod inci. primũ. et cõsi. ccxliij. inci. uidetur. in ij. uol. & quòd iusta causa excuset ab expensis, Alexã. in ij. uol. consi. xxxvij. in ultima colum.

De seruitute tigni immittendi. CAP. XXX.

1 *Tigni appellatione quid ueniat.*
2 *Tignum in uicini fundo immittere an licitum sit.*
3 *Tignũ si per aliquẽ in fundo meo, et sic alieno immittatur: an illud propria autoritate tollere, uel incidere possim.*
4 *Tigna an quis in muro uel pariete cõmuni immittere possit.*
5 *Murũ seu parietẽ propriũ si quis iuxta ædes, uel domum sui uicini habeat, & passus fuit, quòd uicinus posuerit in eo muro aliqua tigna tacitè, & nihil dicendo: uel dicẽdo, Cõcedo quòd hæc tigna in muro meo immittere possis: an ille uicinus poterit me domino inuito alia noua tigna remittere.* 1
6 *Tigna supponere uel surrogare an aliquis possit.*
7 *Vicinus an possit ĩmittere tigna in alterius uicini muro, tãgẽdo ipsũ murũ: uel an possit imponere nõ tãgẽdo murũ alienũ, sed protendẽdo supra locum alienum, uel communem, uel publicũ.*
8 *Tigna immissa in muro meo proprio uel cõmuni, uel etiã in publico, uel etiã protendẽtia in meo, uel cõmuni, uel publico, an licitũ sit autoritate propria euellere, uel destruere.*
9 *Aedificatũ quicquid est in meo, & per me possesso, solo meo cedit.*
10 *Murus uel sepes si fiat per extraneũ in fundo domini, in quo ego seruitutẽ nõ habeã, & propter hoc ego illa seruitute uti impediar, an possim illũ murũ rũpere, & deponere, uel sepẽ propria autoritate destruere.*
11 *Persona ecclesiastica uel etiã secularis si pro beneficiorũ alicui ecclesiæ collatorũ recognitiõe certũ annuũ cẽsũ, uel hospitiũ sibi reseruarit, & ipso ueniẽte nõ recipiatur: an domũ propria autoritate ingredi liceat, & intrãdi causa ostia uel fenestras domus rumpere.*
12 *Ciuitatum quæ superiorẽ nõ recognoscũt, ut est ciuitas Venetiarũ & Florẽtia, si una bona alteri⁹ occupauerit, illa per uim recuperare potest.*
13 *Aedificet si quispiã, uel immittat, uel protendat tignũ in alienũ uel publicũ, qua actione conueniri poterit.*

QVINTA est seruitus tigni immittẽdi in parietẽ uicini. * Pro cuius declaratiõe primò sciẽdũ est, quòd appellatione tigni in l. xij. ta. omne materię genus significabatur, ex qua ædificia fiũt: vt est text. in l. tigni. de verbo. sign. & l. adeò. §. cùm in suo. ad fi. de acqr. re. do. & Instit. de re. di. §. cùm in suo solo. & ita omnis materia tigni appellatione cõtinetur: vt est text. in l. tigni. in prin. ad exhibendũ. & tegulas, & lapides, & cęmẽta, & calcem, & arenam, & si qua sunt ædificijs vtilia, appellatiõe tigni contineri cõstat: vt l. j. §. tigni autem. de tigno iniuncto. facit l. ferri. §. fabros. de verb. sig. sed & in vineis

neis tigni appellatiõe oĩa vineis necessaria cõtinent: puta pertice, peda menta: vt est tex. in d.l.j. in fi. & pali etiã veniũt, q in numero materię redigendę sunt, sicut pertice. l. pali. de leg. iij. Tigna autẽ ad tegendũ dicta sunt, vt dicit text. in d. §. tigni. *Secũdò vidẽdũ est, an sit licitũ immittere tignũ in fundo vicini. Et regulariter dicatur, ꝙ nõ, nisi sit imposita seruitus: vt l. queãd. §. si protectũ. ad l. Aqui. & ibi ꝑ omnes Doc. & l. si vicẽ. §. si ad ianuã. & ibi Barto. qđ vi aut clam. & l. sed inter me. in princ. de ser. vr. pręd. nã nõ debet qs regulariter ĩ alieno aliqd facere: vt l. quosdam. C. de metal. & me. lib. xj. & no. gl. in d. §. si ꝓtectũ. *Tertiò q̃ritur, quid si per aliquẽ immittitur tignũ in fundo meo, & sic alieno, an possũ illud ꝓpria autoritate [a] tollere vel incidere. & intelligo ĩ fundo, id est, tãgendo ipsum. l. j. §. in flumine. de flumi. l. is q. §. j. iũcta l. ij. de relig. vbi probatur, ꝙ dictio, in, requirit actũ. Et videtur, ꝙ nõ, quia regulariter nemo debet sibi ius dicere propria autoritate, nec facere. l. j. C. ne qs ĩ sua cau. & l. extat. quod me. cau. Itẽ quia est in quibusdã casibus speciale, vt liceat propria autoritate vindicare. l. j. & ij. C. qñ li. vni. sine iud. vin. ergo in alijs videtur esse cõtra ius cõmune. l. ius singulare. & l. quod verò. de leg. Sed dicas cõtrariũ, vt est cas⁹ in terminis: & no. gl. in l. queãd. §. si protectũ. in fi. ad l. Aquil. & ibi hoc notãt Docto. & in l. si vitẽ. §. qui ad ianuã. & ibi hoc tenet Bart. quod vi aut clam. & idẽ Bar. in l. j. §. interdictũ. vti pos. qbus adde omnino quæ dicã plenius infrà in vj. q. *Quartò quæritur, an tigna quis posit immittere in muro seu pariete cõmuni. Et videtur, quòd non: quia in re cõmuni potior est cõditio prohibentis. l. Sabin⁹. cõi diui. l. an vnus. si ser. vẽ. In cõtrariũ videtur tex. in l. in re cõmuni. ibi, neq; prohibemus. de seru. vrb. præ. & in l. quod dictũ. eo. ti. Tu dic, aut loquimur de antiqs tignis, q primò merant. & nõ est dubiũ, ꝙ poni possunt, secũdũ Ange. in l. quidã Iberus. in fi. iij. col. versi. similiter non stat videre. de ser. vrba. pręd. qa nihil innouatur, nec fit cõtra ius societatis. & idẽ quando alia tigna eiusdẽ cõmunis in locũ aliorũ tignorũ supponerentur: quia surrogatũ sapit naturã eius in cuius locũ surrogatur. l. eũ. §. qui iniuriarũ. si qs cau. & hęc etiã probantur in l. seruitutes q̃ in superficie. in princ. de ser. vrb. prędio. iũcta l. eũ debere col. in fi. eo. tit. Circa quod adde quę dicã in sequẽti q. in simili. Aut loquimur de nouis tignis mittendis: & intelligo etiam in alijs partibus muri, quàm in illis in quibus erant tigna antiqua. & tunc aut paries communis est communiter quęsitus, vt sustineat onera vtriusque, & potest immittere vnus socius altero inuito: vt est text. in l. si ædes. cũ glossa. communi diui. & no. glo. magna circa prin. ibi item fallit, quando ob hoc ipsum, in l. Sabinus. eo. tit. quę vult, quòd socius potest vti re communi ad vsum destinatum, etiam inuito altero socio: quando ob hoc ipsum, vt tale opus fiat, est in cõmuni quæsita. Item si ita quæsitus non sit, dummodo sit destinatus paries ad sustentandum onera vtriusq;, & permißionem talium tignorum non noceat parieti neq; vicino, eò quòd aptus est ad onera

nera supportanda: aliàs secus.d.l.si ædes.& l.cũ duobus.§.Mela.ꝑ so.& melius ꝓbat in l.cui⁹ ædificium. de serui.vrb.prę.& in l.in pariete.cũ se. de dã.infec.& no.per Dy.in regu.in re cõi.in vj.& per Ang.in d.l.quidã Iberus.& quod dixi,quando paries est aptus ad onera supportanda,vt posſit vnus socius tigna immittere: intelligo nõ iure seruitutis,sed iure cõmunionis: vt habetur in dictis iuribus,& in l.per parietem.de seruit. vrba.pręd.& not.glo.in d.l.si ædes. & in d.l.Sabinus.& Angelus in d.l. quidam Iberus. Aut communis paries non est aptus dictis oneribus ferẽdis, nec ad ea ferẽda quæsitus: sed fortè delectatione sociorum,qa vnusquisq; ex parte sua habet clausum pro seculari capella: vt quotidie videmus in capellis magnorũ virorum:& tũc nõ est licitũ noua tigna mittere,per quæ picturæ destrui possent,aut delectatio socij dominij.d. l.Sabinus.cũ gl.cõmuni diuid.nõ tamen hæc intelligas in eo qui ex pariete suo parietẽ fregiſſet, vt vellet in ea parte mittere tigna,quia negari nõ põt ex quo paries ad onera ferenda deputatus est: vt d.l.quidam Iberus.§.qui parietem.& ita Angel. nota.ibi in princip.d.l.in pe.colum. in fi.quod no.

5 *Quintò quæro,qs habet murũ seu parietẽ propriũ iuxta ædes seu domum sui vicini:& passus est, quòd vicinus posuerit in eo muro aliqua tigna tacitè,nihil dicendo,vel dicendo,Concedo b tibi quòd hæc tigna mittere posſis in muro meo,an ille vicinus poterit me domino inuito remittere alia noua tigna? dic quòd nõ.est casus nota.in l.si cũ meus.in principi.si seruit.vend.& idem dico,si passus sum facere fenestrã eo modo quo est: [illegible] aliã vel alias inuito meo domin[illegible] facere nõ potest,eadẽ ratione: i[illegible] in eo etiam poterit detrahen[illegible] tigna primo concessa alia supponere: qa sufficit si cui vel in paucis &c.vt C. de neg.gest.l.tutori.secundũ gloſſ. valde no.in d.l.si cũ me⁹.in prin.in ver.noua.& idem de fenestra: quod est valde no.secus si dominus dixisset,Cõcedo tibi seruitutẽ tigni immittẽdi,vel fenestrã faciendi,nõ addendo numerũ: qa tũc posſet q̃cũq; tigna,& fenestras quot voluerit facere: vt dicit gl.no.in l.si cũ meus.in princip.in versi. noua.pręallegata. Sed do.Pau.de Ca.ibi videtur tenere cõtrariũ,videlicet ꝙ ibi non vult augere numerũ,sed vult in loco veterũ tignorũ alia substituere,ꝙ põt alia,quia alia reputant: vt l.filiæ.de cõd.& demõ.in §.à Titia.& in l.si donatio.§.si sponsus.de dona.inter virũ. Ego aũt nil ista.puto plenius sic esse distinguẽdũ. Aut ego ꝓmisi nil promittẽdo vel cõcedẽdo: aut ꝓmisi vel cõcesſi,vt tu posſis mittere tignũ in muro meo.Primo casu principali,aut promisſio est facta de certo & speciali tigno: aut generaliter de oĩbus tignis,aut spãliter. Primo casu quando ꝓmisſio est facta de certo & speciali tigno:& tũc iterũ subdistingue. Aut ꝓmisi seu cõcesſi ꝙ tu nõ posſis mittere nisi vnũ tignũ tale,& ꝙ nõ posſis imponere aliud, vel eius loco supponere seu subrogare: tũc nõ habet dubiũ,quòd seruitus est limitata ad illud tantũ tignũ: & sic nec in alio loco,nec etiam in illo eodẽ ĩponi poterit, qa limitata dispositio limitatũ parit siue ꝓducit

...ffectũ:vt l.in agris.de acqui.re.do. ...t permisi seu cõcessi, quòd tu pos... ...ponere tale tignum tantùm in mu... meo sine prohibitione alterius, ...ressa causa. & tunc iterum subdistingue. Aut est expressa causa, propter quã illud tignũ imponi possit, aut nõ est. Si est expssa causa, exẽplũ. Promitto vel cõcedo tibi ꝙ possis ĩponere tale tignũ ĩ domo mea, c causa domus c tuæ sustentandæ & tecti: & tũc teneo quòd videatur impósita seruitus illius tigni tantùm in eodem loco: per dictã l. si cũ meus. in prin. si ser. ven. nõ quòd possit aliud supponere seu obligare in eodẽ loco, donec durat domus vel tectum, & non vltrà, nec ob aliã causam: qa finita causa concessionis vel priuilegij, finit ipsa concessio vel priuilegiũ: vt l. Titia. §. vsuras. & vide qđ ibi no. Bar. de le. ij. & ideo si tibi concessi, vt possis imponere tignum vel tigna in domo mea vel muro causa ædificãdi domũ tuã, puta pro armatura quæ machina dicit: & tunc ædificata domo tua, nõ poteris vnquam amplius dicta tigna vel alia imponere. Et idẽ, si cõcessi ꝙ possis imponere tignũ in muro meo causa sustinẽdi vites tuas. nã vite cõsummata, seruit⁹ extinguit. & idẽ dicas in si. scilicet, si ꝑpter tectũ sustinẽdũ, licet tectũ corruat; tñ poterit tectũ reficere: qa debebit in eodẽ loco tñ eadẽ seruitus tigni, quia reputat esse idẽ tectũ: vt est text. in l. seruitutes q̃ in superficie. §. si sublatũ. de ser. vrba. præ. de quo dic vt plenè dixi de serui. stillicidij auertẽdi, in vj. q. & idẽ dicẽdũ est in domo: qa destructo tecto & pariete poterit iterũ reficere, & debebitur eadẽ seruit⁹, quia reputabit eadẽ dom⁹, ex qua remãsit p... mũ solũ, quod est maxima pars domus: vt est tex. cũ gl. ĩ d. §. si sublatũ. Sed si causa, propter quã conceditur ...gni immissio, nõ est expressa: sed e... go cõcedẽs sciebã ex qua causa vel... les tignũ mittere: & tũc dicendũ e... idem, vt in casu p̃cedẽti, videlicet q... causa tacita est cõsideranda, si durat vel nõ: qa tacitũ & expressum in hoc æquiparant. l. cũ quid. si cer. pe. Si... tem nõ apparet, ꝙ ego sciuerim ... quam causam volebas tigna immittere: & tũc si postquã ędificasti, & t... gnũ imposuisti: puta causa dom⁹ t... sustinẽdę, & tacui, nec cõtradixi: tũc cõcessisse videor, ꝙ imposuer... tignũ ob illam causam. ar. d. l. si cũ meus. in prin. ff. si ser. vẽ. cõiũcta g... & no. in l. quædã mulier. de rei vẽ... Sed si nesciui ob quã causam tign... imponere volebas in muro meo, ... postquã sciui, cõtradixi, puta qa ego promisi tibi, vt tigna imponeres ... muro meo, & credẽs ꝙ tu velles i... ponere pro armatura cã ædificand... domũ tuã, et nõ vt stẽt ꝑpetuò: et ... qđ in dubio? Dico ꝙ inspiciẽdũ e... qđ verisimilius est, aut qđ in huiu... modi casib⁹ plerũq; fieri solet: vt ... tex. in l. in obscuris. de re. iu. post ... diũ ti. Et ideo si illa cõcessio esset ... cta dato aliquo p̃cio, ex illa quãtit... te poterit iudicari an intellexerit, ... tignũ ꝑpetuo remaneat, vel ad t... arg. gl. no. in d. l. in obscuris. & in ... §. q superficiẽ. in versi. agẽdo. in fi. ... superficie. & in l. semp in stipulationibus. de reg. iu. & ibi no. sed vbi n... apparet, qđ sit verisimili⁹, vel quod plerũq; fieri debet: & tunc in dubi... interpretatio fieri debet cõtra ꝓferentẽ, hoc est contra eũ ꝓ quo & ad cu... ...

lus vtilitatē ꝓferunt.l.veteribus. &
ibi no.ff.de pac.& no.Bar.in l.sæpe.
de ver.sig. Secūdo casu,qñ est fa-
cta ꝓmissio gñaliter de oīb⁹ tignis,
& nō habet dubiū,quia verba gene-
ralia generaliter intelligi debent de
oībus & ꝑpetuò.l.j.§.& gñaliter.de
lega.præstā.& in l.in fraudē.in fi.de
testa. mili.& xix.dist.si Romanorū.
& habet in c.qm̄ nemini.de coniu-
gio leprosorū. Tertio casu,qñ cō-
cessio facta est simpliciter,aut est fa
cta de tignis mittēdis sine numero,
& tūc teneas indistinctè,ꝙ poterit q̄
cūq; tigna imponere & sustinere,vt
suprà dixi per gl.in d.l.si cū meus.in
prin.ver.noua.si ser.ven.Aut est fa-
cta de numero,vel de vno simplici-
ter:exēplū,Cōcedo ꝙ tu possis im-
ponere vnū vel duo tigna:& tūc nu
merū augere nō pōt.casus est in d.l.
si cū me⁹.in prin.sed si nō vult auge
re numerū,sed supponere aut surro
gare aliud vel alia eiusdē cōditiōis:
& gl.ibi tenet,quòd nō,per id quod
dicitur,sufficit quòd in paucis &c.p
l.tutori.C.de neg.ge.Pau.de Cast.in
d.l.si cū meus,dixit cōtrariū,qa sur-
rogatū &c.vt suprà dixi.Ego puto,
ꝙ in hoc sit dicendū per oīa,sicut su
prà dictū est in primo casu,videlicet
vt cōsideret cā expressa siue tacita,
aut quod est verisimile,aut qđ plerū
q; fieri solet,& in dubio sit iudicādū
pro illo qui seruitutem promisit.Se
cūdo casu principali,qñ nullā ꝓmis-
sionē seu cōcessionē feci,sed vicin⁹
meus imposuit tūc vnū vel duo ti-
gna in muro meo,& ego tacui:& tūc
dicas,quòd alia imponere nō pōt in
alio loco eiusdē muri,vel alterius ti
gni:tex.est in d.l.si cū meus.si serui.
ven. *Sed nunquid aliud tignū sup
ponere vel surrogare possit?& tunc
idē dicas quod ꝓximè dixi in terti[o]
casu præcedenti,in fi.& ideo ex p[ræ]
dictis tu,q vis cōplacere vicin[o tu]o,
quia fortè frater vel amic[us] est,vt
aliqua tigna imponere possit in mu
ro tuo ꝓprio,sis cautus vt fieri facias
instrumentū,& in eo dicas,Cōcedo
quòd possis talia tantū tigna impo-
nere in muro meo,& nō alia:vel ꝙ
vnā fenestrā tantū,vel duas,& non
alias,vel aliter vt volueris,secūdùm
ea quæ suprà dicta sunt.Nam si in-
strumentū nō fieret,& aliqua tigna
apparerent,verterētur dubitatiões,
de quibus suprà dubitaret,etiā si ꝓ-
pter illa tigna murus esset cōis:de
quo vide quod dicā infrà de pariete
siue muro, vbi hoc examinabo: vi-
delicet an tigna immissa faciāt præ-
sumi murū cōem:an verò immissa
sint tātū iure seruitutis:vbi oīno vi-
7 de. *Sextò quæro, quia dictū est:
an vicinus possit immittere tigna
in muro alterius vicini,& sic tāgen-
do ipsum murū:vel an possit impo-
nere nō tāgendo murū alienum,sed
ꝓtendēdo supra locū alienū,vel cō-
munē,vel publicū.Et breuiter de a-
lio dicas,ꝙ nō,vt est casus in l.quē-
admodū.§.si ꝓtectū.ad l.Aquil.& l.
j.de ser.vrb.præ.in ver.protegēdi.
& ibi Ange.de cōmuni idē.l.si duo.
§.Labeo.vti pos.& ibi hoc no.Bart.
vbi dicit,ꝙ nō licet facere ꝓsellum
vel pōticellū sup plateolā cōem in-
ter plures cōsortes de publico loco.
Idē qa multo min⁹ licet,vt est tex.ī d.
l.fi.ī prin.ibi,ꝓtegēdi.de ser.titulo
gñali.de qb⁹ oīb⁹ dicas,vt plenè ex-
aminabo infrà,de ser.ꝓtegēdi.& j.
8 de pōticello & pōte. *Septimò q̄rit,
an sit licitū ꝓpria autoritate euellere

vel destruere tigna immissa in muro ... go proprio, vel cōi, vel in publico, v... etiā protendētia in meo, vel com mu... vel publico. Et de ista q. vide tex... ibi Docto. in l. quemad. §. si protectū. ad l. Aquil. & per tex. & Bar. in l. si vitem. §. qui ad ianuā. quod vi aut clā. & in l. j. §. interdū. in ij. col. ff. vti pos. & in l. j. de arbo. cædē. & in l. j. & ibi per gl. & Docto. C. de interdict. & per Flo. in l. j. §. j. de ser. vrb. præ. & per Ludo Pon. in quodā suo singulari, quod incipit, nūquid veniā puniēdus, vt per Inno. & per canonistas in c. j. de immu. 9 eccle. & vide q̄ dixi circa iij. q. Distingue plenius & clarius vltra alios Docto. & primò duos casus principales. Aut loquimur de tignis immissis, ita quòd rē alienā tangāt: aut de protendentibus super alieno, ita quòd nō tangāt alienū. Primò casu principaliter distingue. Aut mittūtur in loco alieno in totum: puta in meo proprio, aut in cōi, aut in re seruitutē debente, vel aliquod ius, aut d in publico. Primo casu qñ mittit̄ vel ædificat̄ in alieno, quod est alterius propriū: & tunc aut ille q est dominus, nō possidet illud in quo tigna missa sunt: & nō pōt ꝓpria autoritate destruere: vt no. Bar. in l. j. §. nuntiatio. circa prin. de no. ope. nun. & Flo. in l. quēadmo. §. si protectū. ad l. Aqui. Aut dñs possidet: & tunc aut possidet insolidū, aut ꝑ parte. Si possidet insolidū, posset ꝓpria autorita te incidere, vel destruere, & resistere cōtra impedimentū, nec requiritur pretoris seu iudicis aditio aliquo modo: vt est casus: qa ita debet intelligi in d. §. si ꝓtectū. & in l. sed si inter me. in prin. secūdū vnā lec. gloss.

singularis, de serui. vrb. præd. & ... si duo. §. itē videamus. & §. La... vti pos. & ibi hoc no. Bar. & in d... §. nūciatio. circa prin. Et hoc ope... cōmodum possessionis: quia att... buunt facultatē domino possidē... posse resistere ꝓpria autoritate: ... non esset, si non possideret, secū... dū Flo. in d. §. si protectum. facit ... hoc Insti. de interdict. & ideo si quis fabricaret murū, vel erigere... pem, vel aliquid faceret in fu... meo proprio, ipsum tangendo p... sem ꝓpria autoritate destruere... etiam penitus euellere. *Et rō quia illud quod est ędificatū in ... per me possesso, solo meo ced... l. adeò. §. ex aduerso. de acqui. re... mi. & Insti. de re. diui. §. ex diue... cū simi. & no. Inno. in c. j. ad si. de... muni. ecclesi. & sic videor destru... id quod meū est, & nō alterius. &... ratio fundamētalis, quā ponit Flo... l. j. §. j. ante fi. de serui. vrba. præd... nec per hoc possem accusari de vi... lētia d, vel perturbatiōe. quod n... est: quia quotidie de facto cōtin... Et prædicta intellige, quando nō ... lū dominus insolidū possidet, ... ficās nō solū tenet neq; possidet ... etiam quando ædificās erat detē... & dominus potest: qa idē erit, ... licet quòd dominus poterit ꝓ... autoritate destruere: vt probat̄ in ... seruus. C. quod cū eo. & ibi hoc ... Doct. & hoc idē tenet Bar. in d. l. ... nūciatio. de no. ope. nū. idē etiam ... ædificans possideret naturaliter ... dominus ciuiliter: quia dominus ... terit authoritate propria simili... destruere, si indebitè ædificatū ... vt l. vsufructuarius nouum tecto... de vsufru. quod nota. in l. ij. C. de ...

phy. Idem si sum dominus, & posside o naturaliter tm̃, & alius qui ædificat, tantùm ciuiliter possideat, secundùm Barto. in d. §. nunciatio. Itẽ prædicta intellige vera, etiam si ædificans in re communi immitteret in alium locũ propriũ socij: quia socius cuius est locus, in quo ædificatũ vel immissum est, propria autoritate destruere posset: vt est casus singul. in l. sed si inter me & te. in prin. ibi, aut rem perdere. secundũ vnam lec. gl. de seruitu. vrb. prædio. Itẽ prædicta intellige nõ solũ in dño directo, sed etiam in domino vtili, sicut est emphyteota vel feudatarius, aut superficiarius: quoniã potest destruere ꝓpria autoritate propter ius suũ vtilis dominij, argu. l. in prouinciali. §. fi. de no. ope. nũcia. & tenet Barto. in d. §. nũciatio. & prædicta oĩa, dũ dixi, quòd quis possit destruere vel euellere immissum in locum suum proprium, limita vt locum habeant in rebus profanis: secus in religiosis. & ideo habet locum in sepulchro: puta si quis sepeliret corpus in sepulchro meo fauore religionis: vt text. in l. ossa. in princip. de reli. & ibi no. per Bar. in §. nũciatio. Item prædicta omnia limitantur, vt locũ habeãt in imissis manu seu opere artificiali. secus si nõ essent immissa opere artificiali, sed naturæ, sicut sunt radices, quæ ex natura crescentes, quæ immittuntur in tuo, quia nõ licet ꝓpria autoritate incidere: vt habetur in l. prima. C. de interdic. & not. Flo. in dicto §. si protectũ. de quo tamẽ dic vt plenius dicam de arboribus. Si vero dominus in solidũ nõ possidet, & tunc concludas, vt dicam in casu proxime seq. Secũdo casu, quãdo immittuntur tigna, vel ædificatur in cõmuni, & communiter per aliquos possesso, & tunc aut extraneus est ille qui immittit vel ædificat, & tunc vni ex dominis licitũ est ꝓpria autoritate destruere: vt est casus singula, secundũ vnam lecturã, in d. l. si inter me & te. in principio, de serui tutibus vrbanorum prædiorũ. ibi, aut rem perdere. secũdùm Ludouicum de Roma. in dicto suo singulari, & habes per Bart. in dicto §. nunciatio. qui se remittit. Aut est vnus ex socijs, qui habent rem cõmunem, qui ex proprijs suis ædibus immittit tigna, vel ædificat in cõmunes ędes, suas & meas: & tũc licitũ est mihi ꝓpria autoritate destruere: quia mihi soli actio cõpetit cõtra socium. pro hoc est tex. valde no. in d. l. sed si inter me & te. in fi. prin. & ibi ita videtur tenere Bar. & etiã Flo. quod ego etiam puto verum per tex. dũ dicit, idem fiat. & sic vult, quòd fit idẽ qđ in casu præcedenti: licet Bart. aliter dixerit in d. §. nunciatio. vbi vult, quòd si ego & ædificans cõmuniter possidemus, non possum autoritatẽ mea destruere: per illum text. in d. l. sed si inter me & te. quia tex. ibi dicit, tunc mihi tecũm est actio. facit l. Sabinus. communi diuid. Sed ego nõ intelligo sic illũ tex. videlicet ꝙ solùm sit mihi actio: & sic non possum propria autoritate destruere: sed intelligo, quòd ille tex. velit dicere cõtinuãdo ad præcedẽtia, videlicet quando socius immittit ex ædibus communibus inter me & ipsum in ædes meas ꝓprias, possum propria autoritate destruere. vt dicitur in prin. secundùm vnam lec. postea subditur idẽ, quãdo ex ædibus suis

proprijs ædificat in cões nostras:qa possum ita destruere mea autoritate [illegible]pria, sicut in casu præcedẽti:& hoc si[illegible]ificant illa verba, idẽ fiat. & post eã [illegible]it rõnẽ huius, qa mihi soli te cũ est actio. quasi dicat, mea solũ interest, & nõ alterius socij. & ideo mihi soli actio cõpetit, si vellẽ eã intẽtare, sicut si ædificaret ex ædibus cõibus in meas proprias: sed si volo, possum ita destruere, sicut in casu pcedẽti:& ita intellige illũ tex. Tertio casu, qñ ædificatur in fundo seu in re mihi debente seruitutẽ, aut aliquod ius: an possim propria autoritate destruere? Et tũc distingue: Aut tertius ædificat seu tigna immittit, & possũ
e destruere procuratorio noĩe domini, si naturaliter possideã: argu. l. j. §. fi. de no. ope. nũ. & no. Barto. in d. §.
10 nunciatio. *Aut volo destruere nomine pprio p seruitute, aut aliquo iure mihi cõpetente. exẽplũ. Si fiat murus vel sepes per extraneũ in fundo domini, in quo ego non habeo seruitutẽ: & propter hoc ego impediar illa vti seruitute: an possim illũ murũ rumpere & deponere, vel sepem propria autoritate destruere? & Inno. format istã q. in c. j. in fi. de immuni. eccle. Et primò dicit, quòd nõ, quia hoc solũ licet dño fundi, & nõ vsufructuario, quia nõ est dominus. l. si cuius. §. vsufructuarius. & §. seq. de vsufruct. posteà in fin. dicit, quòd alij dicũt cõtrà. sed primã partẽ videtur sequi Flo. in d. §. j. l. j. ad fi. de serui. vrb. præ. quam puto veram: ex quo non sunt domini, vel quasi. sed bene possent, nedum dominus, sed etiam vsufructuarius, & quilibet habẽs ius in re, impediẽtes vti iure suo expellere: ac etiam agere possent, vt

murus, vel tigna, vel sim. immi[illegible] lant. l. si eo loco. & l. egi. si seru[illegible] secũdũ Flo. in d. l. j. § j. & in d. l. [illegible] ad. §. si protectũ. ad l. Aqui. & ea [illegible] suprà dicta sunt in vsufructuari[illegible] habent locũ in beneficialibus, & [illegible] ribus ecclesiasticis. pone exem[illegible]
11 *Si persona ecclesiastica, vel etiã [illegible] cularis, pro recognitione benefi[illegible] rũ collatorũ alicui ecclesiæ, rese[illegible] uerit sibi certũ annuum censum [illegible] hospitiũ, quod de iure debet [illegible] q. ij. Eleutherius. & in c. quãto. de [illegible] si. & ipso veniente nõ recipitur, [illegible] licet domum ingredi propria au[illegible] titate, & rumpere ostia vel fene[illegible] domus, causa intrãdi: ratio est, [illegible] facere diceretur vim: & ius sibi [illegible] re nõ licet regulariter. Sed si vult [illegible] gredi, & inuenit aliquẽ sibi opp[illegible] tem, tũc põt per violẽtiam illũ [illegible] pellere. & est rõ, quia eijcit pers[illegible] sibi cõtradicentẽ vti possessione [illegible] dicitur hoc mõ possessionẽ de[illegible] dere suã, & vim vi repellere, q[illegible] est licitũ: vt l. scientiã. §. q cũ m[illegible] ad l. Aqui. & l. j. C vnde vi. & hoc [illegible] per Inn. singulariter in c. j. de imm[illegible] ni. eccle. & ibi per canonistas, & [illegible] Flo. in l. j. §. j. de ser. vrb. præd. q[illegible] ne no. in practica: quia quotidie [illegible] niũt de facto. & oĩa q̃ dixi supr[illegible] primo, secũdo, & tertio casu, q[illegible] quis nõ potest propria autoritat[illegible] struere vel euellere, intellige ve[illegible] quando potest haberi copia iud[illegible] sed si iudicis copia haberi nõ po[illegible]
12 tũc ppria autoritate destruere p[illegible] set, vt l. nullus. C. de Iudæis. *V[illegible] in istis ciuitatibus, quæ superiore[illegible] nõ recognoscũt, sicut est ciuitas V[illegible] netiarũ, & Florentiæ, si vna ciuita[illegible] occupauit bona alterius, potest [illegible]

per vim recuperare, quia iudicis nõ est copia. ita singulariter dicit Bar. in l. si alius. §. bellissimè. per text. cũ gl. ibi, ex magna causa. in prin. quod vi aut clã. Itẽ debet limitari, nisi grauatus patereť enorme dãnum, qđ de facili sequereť. exẽplũ. Si qs per vim arriperet animalia tua, quæ facilius pereũt, vel vineas, quæ si incultæ remanerẽt, de facili destruerenť: quod faciliter permittiť. quia tua autoritate recuperas: quãuis in alijs reb⁹ nõ permitteret, quę de facili sic nõ pereunt: vt notat etiã Bart. singulariter, in d. §. bellissimè. per gl. ibi, in ver. ex magna causa. ibi, vel si enorme dãnũ. quod vi aut clã. quod tene mẽti.

Quarto casu, quando ædificať in publico, f vel in eo tigna vel alia immittuntur, an sit licitũ propria autoritate destruere. & in hoc dic: Aut est ædificatũ: & tũc nõ est licitũ priuato destruere, sed agere cuilibet de populo permissum est. l. j. de locis & itine. pub. & l. ij. ne quid in loco pu. in prin. & si ædificatũ publico vsui noceat, põt is qui publicis vsibus deputatus est, sicut est in ciuitate Veronæ, miles & iudex ꝓcuratorũ ciuitatis Veronæ, deponere. tex. est in l. ij. §. si quis nemini. ne quid in loco publico. & ita obseruatur, quia ibi officiales publici deputati super locis publicis, si reperiũt aliquid in loco publico ædificatum, destruunt, vel destrui faciũt. Sed si ædificatũ in publico nõ noceat vsui publico, tũc destrui nõ debet, sed aliqua pẽsio imponi debet ędificãti, ne vrbes deformentur ruinis. l. ij. §. si quis nemini. & ibi hoc no. Bar. ne quid in loco publico. & in l. fi. eo. ti. & intellige prędicta, siue ædificeť in loco publico, siue in via publica, siue in alio loco priuato, puta in meo: & ædificatu[m] noceat loco publico. l. ij. §. si qu[is] suo. ne quid in loco publico. v[el] respectu itineris, vel viæ, vel [alteri]s loci publici, vel respectu fœtoris, aut mali odoris, vel putredinis: vt est text. cũ glo. in l. pe. §. pe. quod vi aut clã. Item intellige, siue tangat publicũ, siue nõ, sicut si fierẽt pontes aut põticelli supra viam publicã: quod non licet: vt est tex. & ibi Bar. in d. l. ij. §. tractatur. & ibi etiam glo. ne quid in loco publico. de quo per Barto. in l. quo minus. de flu. in xiij. quæstio. & habetur in l. fi. de serui. in prin. ti. generali. & ꝑ Bal. in l. itẽ lapilli. ĩ v. col. ff. de re. diui. & dicam infrà de ponticello & ponte. & circa istã materiã adde quod no. Bar. in d. l. quomin⁹. de flumi. in iij. quæst. & per Bal. in l. itẽ lapilli. in v. col. ff. de re. diui. & habetur in l. fi. in princi. de serui. ti. gñali. & dicã infrà de ponticello & põte: & circa istã materiã adde quòd no. Bar. in d. l. quominus. de flu. Secundo casu principali, quando ædificatum vel aliquid aliud non est immissum, sed est super alieno protensum, sicut est profilũ siue ponticellum, an sit licitum propria autoritate destruere. & in hoc distingue: Aut est arbor, quæ protendit ramos, & frondes super alieno, & non licet intercidere: sed habet locum interdictũ, de arbo. cædendis. vt l. j. & ibi ꝑ Barto. de arbo. cæden. & habetur in l. j. C. de interdict. & dicam infrà de arboribus. Aut non est arbor, sed monumentum: & tunc credo, quòd non liceat propria autoritate destruere. argumẽ. l. ossa. de reli. & sump. fu. & idem credo per illum tex. in quoli-

betalio ædificio ſpectante ad cultũ diuinum, & tangente locum vicini, [u]t ſi eſſet locus ſacriſtiæ, vel altari[s] [u]t ſim. eadē rōne. Aut nō eſt arbor, [vel] monumētũ, vel locus ad cultum diu[in]ũ deputatus, puta eſt ponticellum, vel aliud protectũ: & tunc aut eſt ſupra locũ publicũ, & priuato etiam vicino nō licet ꝓpria autoritate deſtruere, ſed officiali publico ſuper operib⁹ publicis deputato, ſicut ſ. dixi: aut eſt ſupra priuatũ locũ, & tunc non licet etiã vicino ꝓpria autoritate deſtruere: vt eſt tex. in l. quēadmodũ. §. ſi protectũ. ad l. Aquil. & ibi per oēs Doctores. Et per hoc habes pleniſsimè, an & quando ſit licitum propria autoritate deſtruere ędificatum vel immiſſum, aut protectum in alienum vel in publicum.

13 *Octauò & vltimò q̃ro, quis ædificat, vel immittit, vel protēdit tignũ in alienum vel publicum, qua actione poterit conueniri? Dic breuiter, ſi in priuatũ proprium alterius, poterit conueniri, quod vi aut clam, interdicto. l. ſi vitem. §. ſi ad ianuam. quod vi aut clam. Aut in priuatũ cōmune: & tunc actione, pro ſocio. vel communi diuidũdo: vt habetur in l. ſi ædes. & in l. Sabinus. communi diuid. Aut in publico: & tunc interdicto, ne quid in loco publico. & de iſta materia vide quæ dicam ĩ. de pariete ſiue muro, & de tecto & ſtillicidio, & de ponticello & ponte.

a Propria autoritate. *Quæ differētia ſit inter cōſēſum, ſententiã, & autoritatē, uide Alex. in iij. uo. cōſi. xxix. in pe. col. in fi. & in ult. in prin. & in j. uol. conſi. ccvj. in pe. col. §. nec ob.*

b Cōce. tibi. *Cōceßio, & promißio de concedēdo ſunt diuerſa. uide Cor. iij. uol. cōſi. lxxiiij. incipien. præmitto … quando aliquid alicui conceditur … aliquē uſum, an cenſeatur conc… proprietas, conſilio ccxcv. in d. uo…*

c Domus tuę. *Quomodo capiatur … bum Domus, uide Alex. conſi. xlvij… ulti. col. in fi. in j. uo. & domus ſum… tur in iure uarijs modis. uide Cor. … ſi. lv. in j. uol. cōſi. xlj. & in ij. uolu. … ſi. cxcviij. & in ij. uolu. cōſi. ccxvj.*

d Violentia. *Violentia expulſiua … inducat priuationem expellētis à … ſuo, uide Corne. cōſi. cclxxij. in ij. … & conſi. clxxxv. incipi. licet. & Al… in iij. uol. conſi. lxiiij. in pe. col.*

e Procurat. nomine. &c. *Procur… ris geſta, an præſumantur nota do… no, uide Corn. conſilio clvj. in ij. …*

f Aedificat. *Vtrum ædificans cum … no uicini ſui teneatur ad reſtitution… reſponde, quòd non, ſi non facit ani… nocendi proximo, ſed ſibi conſulen… l. j. §. deniq; ff. de aqua plu. arc. … uſq; ad cœlum poteſt quis eleuare ſ… ædificium, ſi eſt ſibi utile, & ſeruitu… non habet. l. altius. ff. ſi ſer. uē. Et ut… quis poßit in alieno aliquid facere i… uito domino? reſpondet Ange. de Ar… Inſti. de lege Fuſia, quòd ſic, quand… ciēti prodeſt, et domino nō nocet, ut… dē, & in l. j. §. ſi. ff. de aqua plu. arc…*

De ſeruitute proijciendi.

CAP. XXXI.

1 *Seruitus à p̃dio dominãte denoīat…*

2 *Aquam de domo tua in curtem … uel econtrà, ſine aliqua ſeruitute … proijcere poßis.*

3 *Domus partem ſuperiorem habitan… ſi aquam per ſolarium ſuperius proi… ciat, quæ aqua ad inferiora deſcendat, an loci inferioris dominus conquer… poßit, & etiam ne hoc fiat, prohibere.*

4 *Lapicida ſi cædat lapides in dom…*

ad

uel area sua, & fragmenta in uicini fundum cadant, an hoc facere posſit, uel ſibi prohiberi ualeat.

1 *Seruitutẽ proyciendi in fundũ uicinũ habens, an ſtercus, uel urinã fœtidam, uel alia ſimilia proycere poterit.* 3

6 *Domus dominus ſuperior ſi proyciat aquã in fundũ uicini inferiorẽ, ubi de iure non põt, uel ſtercus aut urinã, ubi haberet ſeruitutẽ: uel dominus inferior diuertit fumum ad locũ domini ſuperioris, ubi non poteſt, an actione iniuriarum conueniri poterit.*

SERVITVS proijciendi eſt vrbana, non ruſtica: vt eſt tex. in l. j. ad fi. ibi, deniq; proijciẽdi. de ſer. vr. præ. quoniã cõpetit, quãdo quis habet ius proijciendi ex fundo ſuo vrbano in domũ meã, vel areã vicini, vel etiã in alterius fundũ ruſticum.

1 *Denominat̃ enim ſeruitus à p̃dio dominãte: vt eſt textus in d. l. j. & gl. in ver. vel areã. & dixi s. in quarta diuiſione ſeruitutũ, ver. ſed quomodo cognoſcatur. & ex hoc no. ꝙ habens domũ iuxta hortũ, vel areã, vel clauſtrũ, vel pratũ ſui vicini, non põt ex illa domo qcquã p̃ijcere ĩ ſolũ dicti vicini citra debitã ſeruitutẽ: vt eſt caſus in d. l. j. ver. proijciẽdi. & ibi hoc nota. Ang. de ſer. vrb. præ. quod no.

2 *Quæro igitur primò pro declaratiõe huius ſeruitutis, nunqd poſsim proijcere aquã de domo tua in curtẽ meã, vel ecõtrà, ſine aliqua debita ſeruitute? & dicas ꝙ nõ, per p̃dicta. probat̃ in l. ſicuti. §. Ariſto. ſi ſer. ven. ratio, qa licet regulariter ĩ ſuo qs poſsit facere, ſicut vult, nõ tamen poteſt immittere ĩ alieno: vt eſt tex. in d. §. Ariſt. & dixi plenè ĩ ſeruitute p̃cedẽti, & immitti dicitur nõ ſolũ quãdo de ſuperiore ad inferiorem, ſed ecõtrà, quãdo de inferiore ad ſuperiorẽ: ſicut in fumo contingit: [...] eſt tex. in d. §. Ariſt. ver. fumi au[...] de quo fumo dicã in quæſtion[e ſ]eq.

*Quæro ſecũdò, aliquis ha[be]t ſolariũ ſuperius, & alius hab[et] locũ inferiorem, ſicut Venetijs: habens ſolariũ ſuperius, ſpargit aquam per ſolarium, vel cauſa ipſum tergẽdi, vel propter calores cauſa frigiditatis inducendæ, ſicut æſtiuo tempore plerũq; fieri ſolet: ex hoc accidit, quòd aqua illa quãdoq; ad loca inferiora deſcendit: quæritur nũquid dominus loci inferioris conqueri poſsit & prohibere, ne hoc fiat? & videtur quòd ſic, per ea quæ dicta ſunt in q. p̃cedenti, & per tex. in d. §. Ariſt. vbi ſic dicit, in ſuo enim alij hactenus licet, quatenus nil in alienũ immittat. & iſtã partẽ tenet gl. ibi in ver. iure. in fine, quę facit differentiã inter aquã & fumũ, dicens ꝙ fumus poteſt immitti in loca ſuperiora, quia naturaliter aſcẽdit. nõ ſic in aqua, quæ rectè proijcitur. & ideo deſcẽderet naturaliter, niſi proijceretur. In contrariũ videtur eſſe tex. in d. l. ſicuti. §. fi. ſi ſer. vendi. iuncto §. Ariſt. ver. fumi. Nã ille verſ. fumi. ęqparat fumũ aquæ, quantũ ad immiſsionẽ in locũ alterius. & in d. §. fi. dicit̃ ꝙ qs põt ex loco inferiori immittere fumũ in locũ ſuperiorẽ. idẽ ergo dicẽdũ videtur in aqua. Itẽ pro hoc l. j. §. deniq;. de aqua plu. ar. vbi dicitur, ꝙ agri natura eſt, ſemp inferiorẽ ſuperiori ſeruire. Circa hoc breuiter ſic cõcludas, & iſta eſt veritas circa aquę proiectionẽ. Aut dominus partis ſuperioris nõ põt habitare commodè, niſi infundat aquã: & tũc ipſam infundere põt, licet aliquãdo inferius

descēdat: vt l. pe. & ibi hoc no. Ang. ... de iniurijs. Aut potest habitare, e... aquā nō spargeret: & tūc aut in fu... it aquā p suū solariū iuxta morē su... tunc nō tenetur an aliquid ad loca inferiora descenderet, per l. sicuti. §. Arist. cōiūcto ver. fumi. nisi a faceret animo iniuriādi: vt est tex. in d. l. pe. de iniurijs. & ita not. Barto. & Flo. ī d. §. Arist. & ideo puto, ꝙ si superior habet solariū lauādo iuxta solitum & cōmunē modū, aliqū caderet aqua, q̄ descēderet ad locū īferiorē, nō tenetur, neq; ꝓhiberi posit. quod no. Aut effundit aquā vltra solitū & cōmunē modū, vel in solario fecit balneū, vult proijcere aquā p solariū, causa ipsum calefaciendi, vł alia de causa: & tunc nō pōt, si p hoc aqua descēderet ad loca inferiora: vt probatur in d. §. Arist. in prin. & in ver. alij. ibi, tabernā casseariam. si ser. vendi. Et eadē distinctio faciēda est de fumo: aut fit ignis solit⁹, aut insolitus: vt ibi no. per Barto. & Flo. & Pau. de Castro; de quo vide quę dicā plenius infrà de fumo. Et prædicta intellige, nisi aliter esset imposita seruitus aquæ vel fumi dimittendi vel diuertendi: vt est text. cū gl. in d. §. Arist. Nec obstat glo. ij. ad fi. in d. §. q̄ facit differētiā inter aquā & fumū: qa nō est faciēda. Nā sicut facto supioris ꝓijciētis aquā, aqua descendit in inferiorē naturalit: ita & facto inferioris ignē faciētis, fum⁹ ascēdit naturaliter ad supiorē. Itē nō obstat l. j. §. deniq;. de aqua plu. arcē. q̄ vult inferiorē superiori seruire: quia loquitur in agris, in qbus sunt aquę discurrentes, quę de necessitate ad inferiora descendere debēt. Et subditur ibi vna ratio, qa sicut omnis pinguedo terræ ad inferiorē locū decurrit, ita etiā ad eum aquæ incommodū fluere debet: quæ ratio nō potest procedere in aqua proiecta aliena.

4 *Quæro tertiò, lapicida cædit lapides in domo vel area sua, & fragmenta cadūt in vicini fundū, aqueritur nunquid possit hoc facere: an verò prohiberi possit? Et videtur, ꝙ hoc facere non possit, & quòd prohiberi valeat, per regulā, quæ est in d. l. sicuti. §. Arist. videlicet quòd in suo eatenus facere licet, quatenus in alienū non mittat. & hoc sentit glo. ibi, in ver. agi. quæ dicit, vel actiōe. In contrariū, videtur quòd qs possit stare in domo sua, & ī ea vti arte sua: nec regulariter prohiberi pōt: vt ꝓbatur in d. l. quoties. la prima, in pri. ibi, ne per fundū tuū eas aut ibi consistas. de seruit. tit. generali, cōiūcta l. venditor. communia prædio. nisi seruitus cōstituta esset. & ideo si vēdo tibi domū cū pacto, vt non possis ibi exercere talem artem: ista conuētio valet, & tu & tui hæredes obligaris: non autem seruitus, cū non sit prædiū dominans: vt dicit Barto. per illū text. in d. l. vēditor. & Paulus de Cast. in d. l. quoties. qui dicit hoc esse verū, si ex hoc pacto consequor vtilitatem: quia in domo mihi remanente exercebam eandē artē. aliàs secus. & hoc per illū tex. in d. l. quoties. ibi, aliter atq;. & istā partē sentit præfata gl. in dicto §. Aristo. in ver. agi. in principio, dū dicit, per pactū. Ego autem teneo primā partē esse veriorem, quia verū est, quòd in suo quis potest exercere artem, dummodo non immittat in alienum. de hoc est casus in terminis, in dict. §. Aristo. quē sic puto esse intelligendum.

& ita fuit etiam de mente glo. ibi in ver.agi.in fi.Nec credo esse distinguendũ, sicut dixi in quæstione præcedenti, de fumo & aqua, videlicet an faciat iuxta solitum vel non: quia ibi loquitur de his quę pertinent ad domũ pro vsu hominis. quæstio verò nostra loquitur de arte, quæ fieri debet in loco suo, ita quòd in alienum non immittatur, per prædicta. & hoc intelligo, nisi lapicida habuisset prius in domo sua apothecam lapicidinæ, & posteà murus vicini vel domus ceciderit, & area tantùm remansit: ita quòd fragmenta lapidum, quæ prius non poterant in ea cadere, tunc cadere incipiant, quia locus est præuentioni. l. si pluribus. de leg.j.argu.eius quod de fabro & scholari dicitur per Barto. & Docto. in l.j. ff. sol. mat.

5 *Quæro quartò, quis habet seruitutem proijciendi in fundum vicini: iuxta ea quæ dixi in princ.an poterit stercus, vel vrinam fœtidam, vel alia similia proijcere? Et teneo quòd non, per text. cum gloss.no.in l.pen. §. pen. quod vi aut clam. & per. tex. cum glo. in l.prætor. §.idē ait si odore. ne quid in loco pu.facit l.j. §. ij. de cloacis. & quod dixi in seruitute præcedenti, in v.q.ver.iiij.casu.quod no. quia quotidianum.

6 *Quæro quintò, & vltimò, dominus superior proijcit aquam in fundum vicini inferiorē, vbi de iure nō potest: vel stercus aut vrinam, vbi haberet seruitutem: vel dominus inferior immittit vel diuertit fumũ ad locũ domini superioris, vbi non potest: an potent conueniri actione iniuriarũ? Dic, si inferior dominus ædium superioris vicini fumigandi causa fumũ faceret, aut superior vicinus in inferiores ædes quid aut proiecerit aut infuderit causa iniuriæ faciendæ, [illegible] tur actione iniuriarum. casus est in lege penultima. & ibi hoc [illegible]et Angel. ff. de iniurijs. secus si hoc non faceret causa iniuriādi: vt ibi, qđ no. Et ad materiā huius seruitutis, adde quæ dicam infrà, de aquę proiectu.

a Fundum. *Appellatiōe fundi quid cōtineatur, uide Cor. consi. ccxxxv. inci. uisa. in iiij. uol.*

De seruitute protegendi.

CAP. XXXII.

1 *Protegere quid sit & quid Protectũ.*
2 *Domum supra solum uicini habēs, an super ipsum solum quicquā ædificare poßit, licet in solo non requiescat.*
3 *Protectum an super solum commune facere liceat.*
4 *Protectum, quod supra solum meum existit, cuius sit.*
5 *Protectũ an aliquis tenere poßit: puta horticellũ supra cum locum, quo uulgo iter fieret, uel in quo consisteret.*

HAEC seruitus protegēdi licet regulariter sit vrbana, vt l.j. in fi. ibi, protegendiq;. de ser.vr. præd. quia protectum consueuit fieri magis in fundo vrbano, quàm rustico: tamen potest esse seruitus rustica, quando fieret causa rustici fundi: vt si forte feci protectum in agro vicini, vt ibi recipiantur coloni mei, vt est tex.in l.ij.in prin.in ver. protectum. & ibi gl. de ser.ru.prę.

1 *Circa hanc seruitutem quæro primò, quid sit protegere, seu protectum, & in quo differat ab immisso. Protectum est id, quod ita prouehitur, vt nusquā requiescat: qualia sunt mœniana, & subgrunda. Idem etiam protectum dicitur, & differt ab immisso:

qa

[illegible]a immissum est, quod ita fieret, vt [illegible] quo loco requiesceret, veluti si ti[illegible] [illegible]abesq; immitterent: vt est tex. in l. [illegible]lũ. §.inter ꝓtectũ. ff. de ver. sig. & [illegible] hoc declarat per gl. dic vt ibi, & vide [illegible]l. in l. si vero. §. prætor ait ne qs. in ver. subgrunda. ff. de his q̃ deie. vel effu. & vide etiã ĩ l. si duo. §. videamꝰ. & §. Labeo. & quod ibi nota. vti pos. & de istis protectis ponitur etiã in ij. parte rubr. ff. de dã. infe. ibi, dũ dicit, de subgrũdis & ꝓtectis.

2 *Secundò quæro an habens domũ supra solũ vicini, possit supra ipsum solũ quicquã ædificare, licet in solo nõ requiescat. exẽplũ, si vult facere profilũ & stillicidiũ amplũ, residens totaliter in ædificio protegẽtis: & dicas ꝙ nõ, nisi seruitus imposita sit. tex. in l. j. in fi. in ver. protegẽdi. & ibi hoc no. Ang. de ser. vr. præ. & est ratio, qa solũ debet esse liberũ vsq; ad cœlũ: vt est tex. in l. fi. in prin. de ser. ti. generali, & habet in l. altiꝰ. C. de ser. circa quod vide etiã quod dicã j. de stillicidio, siue tecto, & de ponticello. & vide quæ dixi s̃. de ser uit. stillicidij, maximè in ix. q. in fi. & in seruitute tigni immittendi, in vj.

3 q. ver. iiij. casu. in fi. *Tertiò quæro, an liceat ꝓtectũ facere supra solũ cõe. & dicas breuiter, ꝙ nõ. l. si duo. §. Labeo. ff. vti pos. vbi hoc no. Bar. qui dicit, ꝙ non licet facere profilũ seu ponticellũ supra plateã cõmunẽ inter plures cõsortes. & dixi s̃. in ser uitute pręcedẽti, in vj. q. & adde no. per Bal. in l. itẽ lapilli. ff. de re. diui.

4 *Quartò quæro, cuius sit protectũ, quod est supra solũ meũ: & videtur quòd sit meũ, ꝑ d. l. fi. in fi. in prin. de ser. tit. generali: qa omnia solo meo vsq; ad cœlũ debẽt esse mea libera: vt ibi. & no. in d. l. altius. pręall. In cõtrariũ videtur, ꝙ sit illius, in cuiꝰ muro vel loco sit fixũ. l. quemad. §. j. in prin. ad l. Aquil. Tu dicas breuiter: aut ꝓtectũ est sup meo, & requiescit in alieno iure seruitutis mihi debitę. & tũc nõ est meũ, sed eius ĩ cuius loco reqescit. & ita loquit d. §. j. in prin. Aut est super meo, & in alieno requiescit, puta in ædibus alienis iure seruitutis mihi debitæ: & tunc est meũ: vt est casus not. in l. quod cõclaue. & ibi hoc no. Bar. & Ang. & Doc. de dã. infe. Posset tñ clarius hoc dici: aut protectũ est ędificatũ per me, cuius est solũ: aut per aliũ. Si est ędificatũ per me: & tũc procedunt prædicta. Si ꝑ aliũ, puta qs ædificat subgrundã in suo muro protẽdentẽ super solũ meũ: & tũc si hoc fecit debita sibi seruitute, & illud protectũ dicitur esse suũ ædificãtis, & nõ poterit per me, neq; per iudicẽ remoueri. ar. l. quẽad. §. si protectũ. præall. ibi, nullo iure à cõtrario sensu. Aut hoc fecit circa debitã seruitutem: & tũc teneo, ꝙ protectũ sit ædificãtis, & nõ meũ. casus est in d. §. si protectũ. ibi, protectũ meũ. cõiuncto ibi, nullo iure. & nõ possum propria autoritate destruere: sed iudicis autoritate sic: vt est tex. ĩ d. §. si protectũ. in princi. & adde quæ dixi s̃. de seruitute tigni immittẽdi, in vij. q. ver. ij. casu principali. & quæ dicã infrà de claustro siue conclaui.

5 *Quintò, & vltimò, an aliquis possit tenere protectũ, puta horticellũ supra eum locũ, quo vulgo iter fieret, vel ĩ quo cõsisteret? Et dic, ꝙ si id ꝓtectũ de facili potest cadere, & nocere, & tunc nõ licet: vt est tex. in l. si verò. §. prętor ait. lo primo. & ibi gl. in ver. posi[illegible]

sunt,

sint.de his qui deiec.vel effud.& §. prætor ait.el secũdo.in ver. nocere. imò poterit puniri:vt ibi dicit:sed si de facili,nõ põt nocere, & tũc secus: & ideo si est horticellus, vel aliquid aliud supra viã publicã sic firmiter positũ,quòd nõ de facili verisimiliter sit aptũ nocere,vt cõtingit habẽtibus viridaria murata ad suas fenestras,vel etiã cũ lignis ita firmiter affixa, q̃ non sit verisimile nec de facili cadere posse:tũc nõ tenet:qa contra sic habẽtes nõ datur actio in factũ de illo edicto, de his q̃ deie. vel effu.& ita no,Flor,in d. §.ptor ait. l. si verò.de his qui deie.vel effu.Circa hoc tñ cõmuniter prouisum est p statuta locorum, [a] quibus standum est. l,omnes populi.de iusti. & iure. aliàs iuri:vt suprà dixi. Et de hoc vide quod dicam j. de horto & horticello,

a Statuta lo. *Statutũ quis põt facere? Respõ. quòd ille qui põt facere legẽ.de quo uide Bal.in l.oẽs populi. ff. de iusti.& iu.quod quãtũ quis habet de iurisdictione, tantũ habet de autoritate cõdẽdi legẽ uel statutũ:nec ultra extenditur,nisi hi quorũ interest cõsentiãt, uel ad min⁹ sint præsẽtes,secũdũ Inn. in c.j.de loco.& ĩ c.à nobis.el j de sẽt. excom.allegat c final. de his quæ fi.à prela.*

Ne prospectui officiatur.

CAP. XXXIII.

Seruitus,ne prospectui officiatur,duobus modis capi poteſt,ſcilicet in genere,& ſpecie.

Seruitus, ne prospectui officiatur, in quo differat à seruitute, ne luminibus officiatur.

Sufficit etiã quòd ille cui seruitus debetur luminum, cœlum uidere poſsit.

TRES sunt seruitutes, quæ licet in multis cõueniãt, & e... esse videãtur,tñ inter se diffe... est seruit⁹ ne prospectui of...atur: seruitus luminis, id est, n... minib⁹ officiatur:& seruitus vt pspectus pstetur:vt habetur in l.inter seruitutes.cũ l.seq.de ser.vrb.præ.De singulis videamus. 1 *Et primò de seruitute ne prospectui officiatur. Duobus modis capitur hæc seruitus: vno, in genere:alio,in specie. Si quis debet mihi seruitutẽ, ne prospectui dom⁹ officiatur,nõ habito respectu ad certũ locũ,nõ solũ tenetur pstare prospectũ ex parte superiori,puta cœli, vt cœlũ videri possit:sed etiã ex parte inferiori,puta terrę,nõ impediendo pspectũ ad inferiora,vel de longinquo:nec quicquã facere põt,per quod officiat ad gratiorẽ prospectũ & liberũ:vt probat in l.inter seruitutes.in prin.cũ l.seq.quæ incipit, lumẽ.de ser.vr.prę.& ibi Doc. & ideo ipse tenetur semp cõspectũ in eadẽ specie gratitudinis,& liberũ pstare, quæ erat tẽpore impositionis seruitutis. vnde si per pspectũ viridaria videbãtur,aut aliena multũ amœna, aut etiã sol refulgens,nec solis, nec dictarũ amœnitatũ aspect⁹ seu visio minui põt.d.l.inter seruitutes. ĩ prĩ.

2 *Et hic seruitus prospectus in genere plus cõtinet, quàm seruitus ne luminibus officiatur: qa nedũ cõtinet prospectũ ex loco superiori vt cœlũ videri possit, vt dixi:sed etiã ex loco inferiori,puta per fenestras:vt probatur in d.l.lumẽ.ibi,etiã ex inferiorib⁹ locis.q̃ dictio, Etiã, implicat.q.d.nõ solũ ex superiorib⁹,scilicet cœli:vt l.etiã.C.si tutor vł curato.ĩtervene.& qa etiã cõtinet aspectũ gratiorem,

tur apertè in l.ſuper tuum.de acqui. re.do.& in l.ij.in prin.& l.ſi in area. 10 C.de rei ven. *Vbi habetur, ꝙ ædificiũ ſuper pariete cedit parieti inferiori: vt s.dixi, ver.dictũ eſt hactenus. Aut qs vult altius tollere murũ cõmunẽ, & ſuper eo ædificare, ita ꝙ ſuperædificatum ſit commune, ſicut prima pars muri inferioris eſt cõmunis, & tũc põt: vt eſt caſus in l.hoc qđ dictũ. §.ſi ex tribus.ſecũdũ vnã lec. glo.de ſer.vr.præ.& ita tenuit Bart. Ange. & Flo. in d.l. quidã Iberus. allegant not. in l.parietis. & l. inter quos.in prin.de dam.infect.& no.in l.ſi ſupra tuũ.& in l.ij. & in d.l. ſi in area.quod intelligo, quando paries inferior põt ſuſtinere ſuperædificatum: aliàs nõ.ar. l.cuius ædificiũ. de ſer.vr.præ.Itẽ intelligo, qñ nõ noceret ſocio, nec ſua intereſſet: vt probatur in d.l. quidã Iberus. §. parietẽ.& in l.fiſtulas.in prin.& §. j. & ij. & fi.e.ti.q̃ leges ita intelligi debẽt, vt no.gl.ij.in prin.in l.Sabinus.communi diui.ſecus ſi noceret domino, nec ſua intereſſet.caſus eſt in d.l. Sabinus.in princ.& in l.pariete.de ſer. vrb.præ. quæ ita debet intelligi: vt no.gl.ij.in prin.& ĩ l.ſi vt ꝓponis.C. de ædifi. priua.& iſta eſt veritas. & ita ſeruatur ĩ practica.Secũdo caſu, qñ qs vult ædificare altius cõmunẽ murũ, inuito alio, cui ſeruitus altius non tollendi debetur.Et in hoc dic: Aut ſeruitus fuit impoſita per vtrunque ſociũ, & altius tolli non poteſt. l.j.de ſer.vrb.præ. Aut per vnũ tantũ impoſita fuit: & tunc aut fuit impoſita parieti tantùm: & tunc ipſe imponens non poterit altius tollere, ſed alius ſic: quia habetur ſeruitus ꝓ nõ impoſita.l.per fundum. vbi caſus de ſer.vr.præ. Aut ſer[illegible]tus fuit impoſita domui per dominũ domus, in qua erat murus cõmunis inter ipſ[illegible] & aliũ tertiũ vicinum: & tunc [illegible]uitus habetur pro impoſita e[illegible] pariete cõmuni per vnu[illegible]nũ tantũ ſocium in muro, ſed dominũ inſolidũ domus: vt eſt caſus valde no. in d. l. hoc quod.d. §. ſi ex tribus. ſecundũ 21 Ang.ibi, qui dicit not. *quòd licet parieti communi nõ poſsit per vnũ tantùm ex ſocijs ſeruitus imponi, ꝑ d.l.qui fundũ.tamẽ vni non imponitur ſpecialiter parieti, ſed domui: & vnus paries dictæ domus eſt cõmunis cũ alio, tunc erit impoſita ſeruitus illi & parieti: & iſte eſt caſus in d. §.ſi ex tribus.Nec eſt mirum ſecũdùm eũ, quia cũ vniuerſitate tranſit, & fit illud quod aliàs fieri vel tranſire non poſſet. per l.in modicis. de contrahen.emp.& hoc caſu talis impoſitio ſeruitutis non nocebit alteri ſocio, quin poſsit altius tollere. caſus eſt mirabilis in d. §.ex tribus.Et ſi dicatur, ſi eſt impoſita ſeruitus, ergo contra ſeruitutem ædificari non poteſt, per ea quæ habentur in d. l. per fundum.Reſpõdeo, quòd illud procederet, quando eſſet ſeruitus ſpecialiter impoſita parieti, valet impoſitio: ſed hìc non fuit ſpecialiter impoſita parieti, ſed principaliter domui propriè, & per quandam cõſequentiam ipſi parieti. vnde talis impoſitio ſeruitutis facta non principaliter, ſed in conſequentiam, nõ nocet ſocio, qui non cõſentit.& iſte eſt caſus re mirabilis in dicto §.ſi ex tribus. quem perpetuò tene menti: quia per ipſum declaratur l. ſi vnus ex ſocijs. de ſerui. vrbanorum prædiorum.& l.an vnus.ſi ſerui. vendicet.

cet.& d.l.per fundũ.& l.secunda. C. de serui.secundũ Angel.in d. l. hoc quod dictũ. §.si ex tribus. de seruit.
22 vrb.præ. *Secundò, nũquid socius possit aperire murũ cõmunẽ? Et dicas breuiter, quod, si nõ facit dam-
f num[f] vicino:per l.fistulas.& l.quidã Iberus. §.parietẽ.cum ibi no.de ser. vrb.præ.cũ similibus, & per ea quæ
23 dixi in præcedẽti quæstione. *Tertiò,nũquid possit tignũ immittere? vide text.& glo.& ibi Doct.in l.si cõmunes ædes.cõmuni diuidun.& plenè per Ange.in d.l. quidam Iberus. in iij.col.ver.verisimiliter restat videre.& in l.inter quos.de dã. infect. & quod suprà dixi plenè de serui.tigni immittendi, ĩ v.q.& vide omnino quæ dicam ĵ. de tigno iniuncto.
24 *Quartò,an possit imponere, vel restituere,vel reficere communem parietem? vide l. parietem. cum ibi not.de seruitut.vrb.præd.& d.l.si ędes communes.communi diui.& in d.l.Sabinus.eo.tit.& p Cy. & Doct. in l.si vt proponis.C.de ædifi. priua. & per Angel.in d.l.inter quos. & di
25 cam infrà,de refectione. *Quintò, an possit facere fenestrã in muro cõmuni,vel claudere? vide. Doct.in l. quidam Iberus.& Ange.in d.l. inter quos.& dicam plenè infrà, de fenestra siue balcono,& de similib[9] quæstionibus contingentibus murũ cõmunẽ.vide Ange.in d.l.inter quos. & in l.quidam Iberus. & dicam in-
26 frà in diuersis rubricis. *Sed est dubiũ,quando qs altius vult tollere murum communẽ,vel in eo aliquid fabricare,cuius expẽsis debeat hoc facere.vide per Cy.& Doct.in d.l. si vt proponis.& qd dicã infrà, de re-
27 fectione,vbi hoc examinabo. *Sed pone:vnus socius ædificauit primò super muro communi, ipsum altius tollẽdo suis expensis.alius posteà socius vult iterũ reædificare super dicto muro,vel in eo aliquid fabricare, vel immittere,an teneatur soluere dimidiã illius muri primò eleuati per aliũ sociũ suis sũmptibus. Istã quęstionẽ sępius vidi de facto,& in ea sic aliàs cõcludebã: aut murus erat cõis ꝑ diuiso,aut pro indiuiso. Primo casu nõ põt repetere sũptus quia laborauit in suo,sicut dixi s. in ix.q.princ.circa princip.& tunc cessaret ista quæst. quia alius debet altius tollere aliã suam dimidiam tantùm, vt ibi dixi. Si verò super vtraq; parte ædificauit: & tunc aut paries erat ita grossus, quòd super sua tantùm parte potuisset ędificare: & tunc ædificando super, & sic etiam super parte socij diuisa, diceretur ædificasse in alieno:& per consequens non posset sumptus repetere, iuxta l. adeò. §.ex diuerso.de acquirendo rerũ dominio.cũ similib[9]. Aut paries non erat ita grossus, ꝙ super dimidiã tantũ potuisset ædificari: & tũc dic vt statim dicã, quando murus est cõmunis pro indiuiso. & tunc subdistingue: Aut ille qui prius ędificauit altius tollendo, facit illud quod erat necessariũ in domo vel muro: puta reficiendo sicut prius erat.& teneo, ꝙ sic:& quòd possit etiam socius cogi ad conferendam expensam pro dimidia, & non expectare quòd ipse velit altius tollere: iuxta no. p Cyn. & Docto.in d.l.si vt proponis. C.de ædifi.priua.& dicã infrà, de refectione. Aut non fecit illud quod erat necessariũ vtrique, sed solùm pro sua vtilitate: quia in eo muro per ipsum eleua

eleuato imposuit tigna à latere suo, & superædificauit solarium vel domum. & tunc subdistingue: aut fecit mala fide, quia fortè nō potuit hoc facere, nisi faciendo scienter damnū alteri socio: iuxta ea quæ dixi suprà in tertia quęstione principali huius seruitutis, versicu. quod intelligo quando paries communis. Vel non fecit tanquā in re communi, sed tanquam in re propria, sciens tamen rē esse communem. & tunc nō recuperat expēsas: per tex. in l. si is qui. ibi, casus de hoc. C. de ædific. priuatis. & argumento l. adeò. §. ex diuerso. de acquirēdo rerum dominio. & §. ex diuerso. Institu. de rerum diuisio. & l. si quis putans. §. primo, communi diuidun. Aut fit bona fide, quam in dubio pręsumo, l. penul. cum ibi no. C. de euic. & tunc aut vult repetere sumptus antequam socius superędificauerit, vel superędificare velit, vel aliquid in eo immittere: & tunc aut alter socius protestatus est, quòd nō vult aliquid soluere, & quòd non debet: & tunc nullo modo tenebitur ad sumptus pro dimidia. ar. l. fin. C. de negot. gest. & l. si pro parte. man

28 dati: & ibi dicitur, *quòd etiam actio vtilis nego. gest. competit. Aut alter socius prohibuit, nec protestatus est: & tunc etiā teneo, quòd sumptus repetere nō possit actione pro socio, neq; act. neg. gest. ex quo op^9. non erat necessarium, neque murus ad hoc destinatus: nam si murus erat communis pro indiuiso, antequam per aliquem altius tolleretur: & vnus posteà sociorum superędificauerit, illud superędificatum commune efficitur eo modo quo prius erat murus communis: quia cedit superędificatum muro [...]eriori primo: sicut ędificatum in solo alterius cedit illi solo. per l. si supra tuum. de acquir. re. do. & l. secund. & l. [...] a-rea. C. de rei vēn. & l. si is [...] ędifi.

29 priua. cum simili[...]nde sicut ędificans in solo alterius, sumptus non repetit, si scienter ędificauit: vt not. in dicta l. ab eo. §. ex diuerso. cū simi. ita etiam superędificans muro communi scienter, facit superędificatum commune: nec sibi sumptus refici debēt: quia idē iuris est de toto quo ad totum, quod de parte quo ad partem: & econtrà. l. quę de tota. de rei vend. Aut ille qui primò ędificauit, vult repetere sumptus pro dimidia, postquam alius socius vult iterum superædificare, vel in eo muro prius eleuato tigna imponere: & istud videtur habere maius dubium. Nam videtur, quòd non possit sumptus repetere: quia si per primam eleuationem murus erat effectus communis: nec socius tenebatur aliquid conferre pro sumptibus: ergo videtur, quòd si vult socius altius tollere iterum, vel in eo prius eleuato tigna imponere, quòd possit, nec cogatur referre sumptus pro dimidia: quia socius potest in muro communi tigna imponere, etsi per murum sustineri posit. leg. si ędes. communi diuid. & l. in communis. & l. ędibus. de damno infect. & not. Ang. in l. inter quos. in prin. vltimæ col. eodem titulo. Et quando iste suus vicinus iterum superędificauerit, non poterit repetere sumptus suos pro dimidia à priuato superędificante: nec si primus voluerit tertio superędificare, vel tigna imponere super muro secundo

do loco leuato, coget reficere sumptus secundo superædificanti: & sic Pe in æqualitate procedit. Veronæ tñ vidi seruari cōtrariū, videlicet ꝙ si socius vult aliquid in muro leuato per aliū ... vel si vult iterū altius tollere, cogitur soluere expēsas pro dimidia, quæ fuerūt factæ ꝑ aliū
30 sociū, qui prius supædificauit. *Itē aliàs vidi attestationes quàm plurimorū magistrorū parietū: qui super hoc interrogati, ita de consuetudine ꝫ obseruari cōstituerunt: & ita cō
g suetudo potest fundari in hoc: quia qñ iste vicinus vult imponere tigna in muro altius per sociū eleuato, vel ipsum iterū altius tollere: tunc dicit negotiū suū esse gestū vtiliter: ideo fortè tenebit act. neg. gest. argu. l. ex duobꝰ fratribus. à cōtrario sensu. de negot. gest. & l. si pupilli. in principio. cū ibi notatis per glossam & Doctores eodem titulo. l. litis. in princ. & ibi not. de neg. gest. Item si nō esset vtilis, sufficit quòd sit vtile nūc, vt prędicta consuetudo procederet de iure sine dubio, si de facto soluisset ille, qui secundò altius eleuauit pro medietate muri prius per alium superædificati. pone exēplū, Murus primò erat cōmunis factus cōmunibus expēsis ꝑ aliquot pedes: Titius socius eleuauit ipsum suis expensis. deinde Seius alius socius dū vellet superædificare, soluit dimidiā sumptuum muri prius per Titiū eleuati. postremò Titius vult iterū ad tertium murū altius tollere: certè hoc casu sine dubio cogetur soluere dimidiā expensarū per Seium factarū in eleuando, ex quo voluit vt Seius etiā sibi solueret, quādo ipse Titius etiā altius eleuauit, vt seruetur inter

eos ęqualitas. & ideo dici pōt, ... re legē, quā tu ipse tuleris. in ca... lo, cū omnes. de constitut. & ... quisq; iuris in aliū statuerit, ipse ... dem iure vtatur: vt in toto titu. ff. ... quisque iuris. & in dicto capi. cū
31 mnes. *Sed posito pro cōstanti ... de iure, cōsuetudine, vel statuto ... lens secundū murum cōmunē al... tollere, teneatur prius satisfacere ... sumptibus alteri socio, qui prius ... perædificauit: quid si nō vult al... tollere murum, nisi pro vna tant... parte, & murus eleuatus est lōg... In hac quæst. sic distinguo: Aut ... murus eleuatus altius est vnus, ... plures. Primo casu, quando est ... nus murus tantū, videtur quòd ... teneatur soluere, nisi pro ea rata ... ri pro qua ipse ædificauit: quia ... iuris est de toto quo ad totum, ... l. quæ de tota. de rei vendicat. c... similibus. Vnde si super toto al... leuato ædificauerit, deberet ... uere dimidiam expensarum tot... muri: ita quando superædifica... in parte ipsius muri, videtur q... pro illa tātùm parte soluere debe... & pro hoc facit optimè l. secūda, ... sepulchrum. & §. Celsus autem. ... de religio. & sump. fune. & Insti. ... rerum diui. §. insula. ibi, pro mo... latitudinis cuiusque fundi. & ibi ... gloss. & per tex. in l. insula. in pr... de acquir. re. do. In contrarium ... detur, quòd imò teneatur solu... pro dimidia totius muri: quia ... partem muri tetigit, totum mur... tetigisse videtur, argu. l. vulgaris. ... princip. de furtis. & xxxij. quęst... ij. vulgaris. cum ibi not. per gloss... l. iij. in principio, cum ibi notatis, ... acquirenda possessione. & per ...

per glossam in l.restituta.in principio.in verbo,earum.versi.sed nũqd. ad Trebellia.& per not.per Inno.& Doc.in cap.cũ dilectus.de capel.mona.& dixi suprà in ij.q.princi.huius seruit.in fi.pro ista parte fuit iudicatum.Secũdo casu, quãdo erãt duo vel plures muri contigui tantùm:& tũc tenendũ est,quòd ædificãdo sup vno de dictis eleuatis, non cogetur sine dubio soluere,nisi pro dimidia illius tantũ muri,sup quo ædificatũ est:qa separatim debent esse effecti. l.capi.exuli.in princ.de mino.l.maritus.C.de donatio.inter virũ & vxorẽ.cũ si.Et ita etiã super hoc iudicare vidi,& rectè.quæ oĩa perpetuo tene menti,quia sunt vtilia. *Sed qd si reperitur murus altius eleuatus, nec apparet quis ædificauerit,& cuius expensis?Et dic,si murus eleuat' diuerso tempore vni domino seruit: quia in eo suum stillicidiũ vel solarium:& vicinus qui est à latere,in eo nihil immisũ habet:dicendũ est q; præsumitur in dubio per illũ & eius expensis,qui habet in eo tectũ vel solariũ.& ita vidi in quæst.facti testes in arte architecturę peritos deponere:quibus est credendum.l.j.in pri. de ven.inspi,& no.gl.in §.præterea alluuionẽ. Instit.de rerũ diui.cũ simi.& hoc etiam vult Bart.in l.cùm seruus.de verb,oblig.vbi dicit,quãdo reperitur aliquod opus,in dubio præsumitur factum ab eo & eius expensis,ad quem hoc spectat.allegat l.fi.C.de alimen.pup.Pręterea ibi dicit esse casum no.& idem tenet Barto.in l.nomina.arbi.tu.& Bald.in l.fina.§.in computatione.C.de iure delibe.& in l.j.versi.pen.C.de fruct.& lit.expen.& in l.id quod pauperib',

in fine,de episcop.& cleri.in rubric. de fide instru.in xviij.col.versi.sequitur videre de scriptura.& per In[illegible] & Canonistas in c.j.in iij.col.extrà, vt ecclę.benefi.& p Do[illegible] d.l.cũ seruus.Idẽ etiã,qu[illegible] quis esset in possessione muri:quia in dubio iudicabitur,quòd sit factum per eum vel eius autores,& suis expensis:vt dicit no.Bar.in d.l.cũ seruus.per dictam l.fin.].in restituenda.C.de petitio.here.per illũ tex.qui nõ facit per Ang.quia ibi non possidebatur illud pro quo erat expensum, sicut hîc.

33 *Occurrit mihi circa prædicta alia quæstio quotidiana.Duo vicini habebant areas contiguas,vel hortos contiguos parietem in medio fecerunt propter clausuram;alter vicinus vult ædificare ex latere suo sup pariete communi,quo ædificato siue ædificio facto,deterior videtur fieri area vel hortus conuicini:sed tamẽ ab vno latere remanet aër,sol, & ventus liber ad aream vicini:quærit̃ an possit?Et primò videt̃, q in pariete cõi ædificare nõ possit,vicino phibẽte.l.Sabin',cõi diuidũ, & ĩ c. in re cõi,de reg.iur.in vj.& l.fi.§.fi. C.de seruitu.In cõtrariũ videt̃ l.cum duobus. §.item Mela.ff,pro socio. & l.super ædes.cõi diui.& quia cuique liberum est vsque ad cœlũ tollere.l.altius.eo.ti.& l.fi.de seruitutibus.& l.si vitem.§.si quis protectũ. ff.quod vi aut clam.Secundũ huius quæst.est,quòd in tali pariete communi vnus socius altero inuito ædificare nõ possit:quia ad vsum ædificandi institutus nõ est,sed ad vsum clausulę.per ea quæ no.per gl.& Docto.in dicta regula,in re cõi.& ita etiam reperio consultũ per Docto.

i Ra-

Rapha. Ful. in quodā suo consilio, qđ incipit, duo vicini habent. qđ est va[...]e nota. in practica. & per hoc limita[...]ur ea quæ dixi suprà, in versi. tertio [...]aliter videndum est.

34. *Quartò & v[...]dò principaliter esset videndū, an paries qui est in medio, remaneat communis, vendita vna ex domibus: sed eius decisionē collige ex his quæ no. Bart. in l. j. de serui. lega. & quæ dixi plenius suprà de serui. itineris seu aditus. versi. sed reassume istam q. dic vt ibi.

a Murus. *Adde Corn. ij. uol. consi. cextu xxvj. & murus ciuitatis dicitur res sacra. d. cōsi. & murus seu paries inter binas ædes, an & quando pro diuiso uel indiuiso cōmunis inter uicinos dicatur, in j. uol. consi. clxxxiij. incip. licet.*

b Ager est lo. *Vtrum quælibet petia terræ appellatur ager uel locus, unde Alex. iij. uol. consi. lxxiij. in iij. colū. §. fortificatur prædicta.*

c Societ. incidēti & taci. *Adde Corneum j. uolumine, cōsi. clxxxvj. & societas est contractus, qui solo consensu contrahitur. in iij. uolumine, consilio cclj. Et societas per actus sociales unius tantùm nō intelligitur cōtracta. in iij. uolu. consi. cxcvj. Et societas talis tacitè contrahitur, qualē actus sociales demonstrant. d. consi. cxcvj. Et in re communi an ædificari possit inuito socio, in ij. uol consi. xc. Et Alex. in ij. uol. consi. xviij. in pe. col per totum.*

d Perit. in ar. *Ars siue exercitium corporale extrinsecum, utrum sit licitum. Responde quòd sic, si hæc concurrant. Primùm recta intentio: nam cuius finis bonus est, id est intentio, ipsum quoq; bonum est in his, quæ de se non sunt mala. finis ergo ultimus qui debet haberi est deus. I. Corin. x. Omnia quæcunq; facitis, aut in uerbo, aut in [...] re. &c. Itē ad Eph. IIII. Operetur [...] nibus suis, ut habeat unde tribua[...] cessitatem patienti.*

e Insignia. *Vtrum possit quis sibi [...] mere insignia? Respō Pa. in c. dil[...] de exc. præla. cōmuniter tenetur qu[...] sic. & arma sicut & nomen assum[...] tur ad placitū, ut agnoscatur ab al[...] Insti. de le. §. si quis in noie. & l. ad [...] cognoscēdos. C. de ingenu. & manu. [...] utrum quis possit assumere insignia [...] gnitatis Resp. quòd nō, scilicet, si [...] bet illa dignitatē, aliàs est fal[...] eos. & quod ibi not. ff. de fal. fac[...] de cleri. non or. mi.*

f Damnū. *Et qui cām dāni dat, d[...] nū dedisse uidetur. uide Cor. in iu[...] cō. lxxxviij. incip. quamuis. & in [...] uolu. consil. xxxiij. & consi. cclx[...]*

g Cōsuet. *Quomodo interrump[...] consuetudo? respon. Pa in c si. de c[...] sue. quod si est cōpleta & perfecta [...] quiritur tempus x. an. Et sic intel[...] Io. And. ibidem: aliàs non frang[...] etiam per plures alios cōtrarios a[...] Si uero non est cōpleta, sufficit unu[...] ctus contrarius, ita q; de nouo op[...] q; incipiatur. argu. l. ubi duo ff. de [...] tur. ubi habet locū consue. Resp[...] in illis locis ubi uiguit, ut no. Pa. [...] cum olim. de cōsue. Et ideo nocet [...] tra priuilegia generalis studii [...] ubi uiguit, sed nō in alio loco. de qu[...] in authē. habi. C. ne fi. pro pa. Et [...] de Cor. j. uo. cōsi. lxxxix. & cōsi. cc[...]*

De stillicidio seu tecto.

CAP. XLI.

Stillicidiū & tectū an idē significe[...]

1 *Tecti seu stillicidij appellatione, an [...] niat solū illud, quod est de tegulis [...] cuppis, lastis: an etiam ueniat i[...] quod de plumbo existit.*

Stillicidium siue tectum an unicuique licitum sit extra parietem pro libito uoluntatis porrigere.

Stillicidio siue tecto an luminaria facere licitum sit. 1

Supra stillicidium an sit licitum ædificare, uerbi causa, solariũ, sicut Venetijs sit: hortulos, sicut in Catalonia crustationem, sicut in ciuitate Neapolis.

Domũ uersus uiam publicã per directũ si quispiam habeat cum stillicidio cadente supra solum publicum, & uicinus habeat domum contiguam à latere depreßiorem, ac ipsam altius eleuauerit, quàm sit alia dom⁹ sui uicini, an facere poßit, quòd aqua stillicidij sui sup uicini stillicidiũ casitet, uel ecõtrà.

Vsufructuarius ædium an ipsas altius tollere poßit.

Domus una si habeat plura solaria diuersarum personarum, ita quòd quãdo pluit, descendit aqua ad solariũ inferius: an poßit cogere dominum superiorẽ ad ipsũ suis sumptibus reficiẽdũ.

Domino tecti an liceat legare tectum, siue tegulas, siue plumbum, siue tigna alteri domui.

Debitor meus si quidam sit, & in executione sententiæ feci ipsum pignorari: an poterũt pro pignore capi tegulæ domus, uel plumbum, uel ligna.

LICET de stillicidio plura dixerimus suprà, de serui. stillicidij 2 auertẽdi in tectũ vel areã vicini, & in serui. stillicidij nõ auertẽdi: tñ vt pfectior ista materia habeat, etiã hîc aliqua subijciemus. Et sciẽdũ est in primis, q stillicidiũ & tectũ idẽ significãt: vt probat in l. j. de ser. vrb. præ. & ppterea dixi in rubri. de stillicidio siue tecto. quãuis in alia materia senatuscõsul. Syllaniani tectũ aliter accipiat latius: vt l. j. §. eo aũt tecto. ad Sylla. l. fi. de his quibus vt indig. & tectũ dicit à tegẽdo, qa domũ tegit. tegulariũ etiã appellari põt, vt probatur in l. Offilius ait [illegible] um. de verbo. signi. * S[illegible] dubitari, an appellatione tecti seu stillicidij veniat solũ illud, quod est de tegulis, puta cuppis, lastis, an etiam veniat illud, quod est de plumbo: Et dico quòd sic. text. est cum gl. in l. malũ. §. plũbũ. de verb. sign. Nã ibi dicitur, plumbũ, qd̃ pro tegulis ponit, ædificij esse. & gl. exponit p tegulis, quãdo loco tegularũ plũbũ cooperit domũ, vt sunt ecclesiæ Venetianæ. Adde tu, vt est nobile palatiũ, & Paduę ecclesia sancti Antonij. ex quo sequit secũdũ gl. in d. §. plũbũ. quòd vendita domo etiã istę tegulę de plũbo veniũt. allegat l. fundi. §. q̃ tabulæ. de actio. emp. & ad hoc vide l. granaria & tegule. eo. ti. Itẽ etiã appellatione stillicidij siue tecti, venit id omne, per qd̃ domus seu ædificiũ tegitur, & aqua stillat, siue sit incrustatio, sicut in ciuitate Neapolis: etiã de paleis, sicut cõiter sunt in villis, p ea q̃ dixi s. de serui. stillicidij auertẽdi, in j. quęst. vbi declaraui qd̃ sit stillicidiũ. Et ideo ista materia seruitutis loquẽs de stillicidio siue tecto, procedit in huiusmodi stillicidijs, siue tectis. * Quęro circa pdicta, an sit licitũ vnicuique stillicidiũ siue tectũ porrigere extra parietem p libito volũtatis? Dic quòd aut vult porrigere super solũ vicini, & non põt: vt pbat in l. fi. §. Lucius. ibi, neque stillicidiũ i vicini domo cadat. de ser. vrb. pręd. Et est rõ, qa solum vicini debet esse liberum vsque ad cœlum. & sic cœlum quod est supra solum, debet esse liberum. l. finali. in

prin.ff.de ser.& l.pe.§.pe.qđ vi aut clam.& ibi per gl.& l.si in rē.§.pen. eo.ti.nisi esset seruitus stillicidij impos[illegible] casu porrigere potest secundũ [illegible] seruitutē,& nō vltrà,sed citrà retroducere pōt.tex.est in l.seruitutes quæ in superficie.§.stillicidiũ.ver,eadem causa.de serui.vrb.predio.& dixi suprà,de serui.stillicidij,in iiij.q.Aut vult porrigere supra solũ pub,& tũc subdistingue:aut ex forma statuti vel cōsuetudinis introductus est modus, secũdũ quem porrigi possit stillicidiũ:& ille modus seruandus est:vt probatur in l.j.cũ gl.C.de ædifi.priua.& in l.qui luminib.cũ gl.de serui.vrb.predio.vbi fit mentio de forma ædificandi Florentiæ.Aut nullus modus ædificādi est statutus,& tunc teneo quòd nullus possit de iure ædificare,porrigēdo ipsum supra solum publicum:qa ita debet esse liberum solũ publicũ, sicut & priuatũ:vt d.l.fin.in princ.ff. de seruit.l.ij.§.tractatũ.ne quid in loco publico.cum simi.Si verò esset consuetudo vel statutũ in cōtrariũ, sicut est cōiter in his partibus,cōsuetudo est attendenda: vt suprà dixi, & probatur in l.j.& ibi no.C.quæ sit longa cōsuet.& in l.an in totũ.C.de ædifi.priu.& no.Ange.in d.l.fin.de ser.vel nisi qs haberet potestatem à principe vel à regentibus ciuitatē: vt l.an in totũ.& l.prohibere.§.planè,quod vi aut clam.vbi vide Barto, & quod dictũ est de statuto,consuetudine,aut concessione,intellige verũ,nisi fieret cum damno vicini.exēplum,vicinus habet penum à latere subterraneam,& ex solo publico recipit lumen,quia ibi habet vnam fenestram:si alius vicinus porrigeret suum stillicidium, puta,per duos [illegible]des, aqua ex stillicidio casitaret [illegible] penum vicini.nā hoc casu non p[illegible]set tale stillicidium porrigere su[illegible] solum publicum:quia statutum [illegible] cōsuetudo,aut licentia de ædific[illegible] supra solum publicum,intellig[illegible] in dubio sine damno vicini.l.[illegible]da.§.si quis à principe.& in §.[illegible]tò.ne quid in loco publico.& l.[illegible] nec auus.C.de emanci.lib.cũ si[illegible]bus.& ita aliàs iudicari vidi in c[illegible]tate Veronæ.Aut qs vult ædific[illegible] stillicidiũ porrigere supra sepulc[illegible] seu monumentũ:& tunc non p[illegible]sus est in l.si vitem.§.penul,quo[illegible] aut clam.vbi est text,magistra[illegible] ista materia, quem omnino [illegible]

3 *Quæro secũdò,an in stillicid[illegible] tecto sit licitum facere lumina[illegible] Et breuiter dic regulariter,quo[illegible] quia quatenus se domus exten[illegible] tectum,licitum est facere fene[illegible] à parte superiori:quia illud so[illegible]que ad cœlum debet esse libe[illegible] vsum eius,cuius est solũ d.l.si[illegible] §.penultimo,& dicta l.finali,de [illegible]uitu.cum similibus.ac etiam,[illegible] suo quis potest facere fenestr[illegible]gulariter.probatur in l.altius seruitu.& ibi notat.nisi fieret [illegible]nestra causa videndi secreta [illegible] vicini,& ex hoc nullam vtilitat[illegible]cipiat,& sic potius ad æmulatio[illegible] vel despectum vicini.argu.l.[illegible] ff.de operibus pub.not.per Ba[illegible] & Doctores in dicta l.altius.vb[illegible]cunt:idem si fieret causa videndi [illegible]lā vicini: de quo plenius dic,vt [illegible] dicā de fenestra siue balcone.

4 [illegible]ro tertiò, vtrum supra stillicidiũ [illegible]citũ ędificare,puta solarium vel [illegible]nianum,sicut Venetijs fit:hom[illegible]

sicut fit ĩ Catalonia: vel crustationẽ, sicut fit ĩ ciuitate Neapolis. Et dico breuiter, q̃ sic, nisi fieret causa æmulationis, vel despectus, vel puellæ: p quæ dixi in precedenti.* Quero quartò, quidam habet domum ver-
8 sus viam publicam per directum cũ stillicidio casitante supra solum publicum: vicinus habet domum contiguam à latere depresiorem, ipsam altius leuauit, quàm sit alia domus sui vicini: an possit facere quòd aqua stillicidij sui casitet super stillicidiũ vicini, vel ecõtra? & teneo quòd nõ, si non debet sibi aliquam seruitutẽ:
9 quia regula est, quod licet ĩ suo ædificare, dummodo non mittat in alienũ: vt l. quemadmodũ. §. si protectũ. ad l. Aquil. & l. si vitem. §. qui ad ianuam. quod vi aut clam. Debet ergo ille, qui habet altius stillicidium, diuertere aquã per vnũ canale, vel aliter, quatenus se protendit stillicidiũ vicini quod est inferius: ita quòd illa aquã nõ casitet supra stillicidiũ suũ, sed supra solũ publicũ: quod no. qa istum casum habui de facto Veronę.* Quero quintò, an vsufructuari[a] ædiũ possit altius tollere. & dicas quòd non: licet nõ obscuret lumina domus: est ratio, quia per hoc tectũ magis turbatur, quia ventus magis p cutit, vt est tex. cum gloss. in l. æquissimum. §. item Nerua, cum cui. de vsufru.* Quero sextò, est vna dom[•] habens plura solaria diuersatum per sonarum, an si tectum est fractum ita, quòd quando pluit, descendit aqua ad solarium inferius, possit cogere dominum superiorẽ ad ipsum reficiendum sumptibus suis, scilicet superioris. Dicas quòd sic: vt probatur in l. eum debere columnam. de seruit. vrban. prædiorum. iuncta l. & si fortè. §. etiam. si seruitus vendi. & ad hoc vide omnia quæ dixi suprà in serui. stillicidij nõ auertẽdi, & in seruitute oneris ferendi. ver. h[...] aũt ser. & ver. sequen.* Q[...] septimò, an liceat domino tecti legare tectũ siue tegulas: putà cuppos siue plumbũ, siue tigna alteri. Et dicas quòd nõ: qa hæc legari, phibitũ est per senatusconsultũ: quod aliàs pstari nõ põt, quàm vt ædibus detrahatur vel subducatur: vt est tex. in l. cætera. §. hoc senatus. s. de leg. j. de quo dic vt ibi.* Quæro octauò, & vltimò: qdã est debitor meus, feci ipsum pignorari, puta in executiõe sentẽtiæ, iuxta no. in l. à diuo Pio. §. in venditione. de re iudi. cum sequenti. an poterunt pro pignore capi tegulę dom[•], vt sunt plumbũ, vel cuppi, vel ligna? dic quòd non, vt est casus in dicto §. senatus. & ratio est, ne vrbs deformetur ruinis: vt l. si. ne quid in loco publico. & no. per Ang. & Doctores in d. §. senatus. Cetera circa istã materiam vide quæ plenè scripsi vt s. in seruitute stillicidij auertẽdi. & in seruitute sequenti, & adde quæ dicam in sequen. serui. &c.

a Vsufructuarius. *Differt usufru. ab emphyteota: quia iste habet utile dominiũ, ille solũ ius utẽdi. Itẽ differt ab usuario, nã is cui nudus usus fundi dat nihil habet ulterius in eo, nisi ut oleribus, pomis, fœno, et huiusmodi utatur ad usum quotidianũ, et in eo moretur, sed nulli alij ius quod habet, aut uẽdere, aut locare, aut gratis concedere potest, sed usuf. sic. Insti. de usu & ha. §. j. Multò magis differt ab usu non iuris, sed facti, quo fratres minores utuntur, in quo usuarius nullum ius habet, sed*

tantũ factum pro necessitate uitæ. de uer. sig. c. exiij qui seminat. li. vj. propterea additur uerbũ fruct⁹. & adde Corn. in j. uo. cõsi. clxiij. & in ij. cõsi. v... consi. clxxxvij. & in iij. uolu. consi. ... in iiij. consi. ccxlix. & Alex. in ij. uol. consi. lxxxviij.

De ostio seu porta. CAP. XLII.

1 *Ostium de nouo uersus fundum uel domum uicini in suo pariete proprio, an quispiam uicino inuito facere possit.*

2 *Stillicidium supra solũ uel areã uicini, uerbi causa, per tres pedes si quis habeat, an tunc in muro proprio ostium facere possit causa ueniendi ad ipsum solum, siue aream.*

3 *Domum suam per directum uersus uiã publicam si quispiam habeat cũ stillicidio protendete, uerbi gratia, per tres pedes supra solum publicum: & uicinus habeat aliam domũ per indirectum à latere, & uelit facere ostiũ in muro suo proprio, causa exeundi de domo sua per solum publicum, quod est sub uicini stillicidio, nunquid possit.*

4 *Stillicidij domino non est licitum claudere locum inferiorem sub stillicidio, neque ipsum tãquã propriũ occupare.*

5 *Domum unam si aliqui habeãt, quã diuiserunt, & uni contingat in diuisione una pars cũ curia, alij alia pars dom⁹, quæ pariete diuiditur an si prs⁹ erat ostium in dicto pariete, & diuisionis tempore nihil de ostio dictũ fuit, uel sit dictum, quòd clausum stet, an possit alter cogi, quòd pariete siue muro claudat.*

6 *Vicinus si uicinum turbauerit in ueniendo ex aliquo ostio ad suam curiã, an possit cogi ad cauẽdum de amplius non ueniendo.*

7 *Areæ alicuius dominus an possit claudere aream uicini ex parte sua uersus curiam, ianua tabulas affigend... quòd areæ dominus in aream suã ... re non possit.*

8 *Vsufructuarius alicuius domus, an ... sit domus alterius aditum ante... uel posteriorem claudere.*

9 *Ostij ianua an possit alicui legari ... in executiõe sentẽtiæ pro pignore ...*

10 *Ciuitatem aliunde quàm per por... sub pœna capitis egredi non licet.*

11 *Vestibulum quid propriè sit.*

QVIDAM aperto pariete d... mus suæ quatenus stillicidij ... gor & tignorum protectum co... tebat, ianuam in publico aperuit ... quid possit? dicas quòd sic: vt est ... in l. fi. §. Lucius. de serui. vrb. pr... & dicit ibi gl. quòd ita fac ãt om... Veronenses: qui aperiũt portas ... sus viam publicam. & verum d... quòd olim ita faciebant, sed ho... aperiũt intra domum. vltra verò ... licidij rigorem & tignorum pro... ctum non liceret ianuam in pu... aperire: vt probatur in d. l. Luc... cõtrario sensu, nisi esset consuet... in contrarium, sicut esse soleba... ciuitate Veronensi, per ea quæ ... in præcedenti rub. in j. q. & idem ... ris esse dico, quãdo quis haberet ... licidium domus suæ supra dom... vel aream vicini; quia quatenus ... gor stillicidij, & tignorum ptect... extenderetur, & nõ vltrà, poterit ... nuã suam in solo vicini aperire; ... d. §. Lucius. quod est no. Circa ... adde quę dixi s. de seruitute stil... 1 dij auertẽdi, in viij. q. *Sed dubi... est, an quis potest in suo pariete p... prio facere ostium de nouo ve... fundum vel domũ vicini inuito v... cino. & Flor. in l. fi. §. Lucius. de se... vr. præ. per illum tex. dicit, quòd li...

tum est, dummodo nõ protendatur vltra illa stillicidia. Petrus autem de Papia ĩ sua practica, in vltimo libro suo, in glo. antepen. in fi. dicit, quòd in proprio pariete quis potest facere ostium de nouo, inuito vicino, si ius vicini non læditur: per not. in d. §. Lucius. de hoc cõcludẽdũ est, vt dixi suprà de pariete seu muro. ver. sed nunquid vicinus poterit in muro suo facere ostium. vbi omnino vide. *Vbi adde, quòd licet quis habeat stillicidiũ supra solũ vel aream vicini, puta per tres pedes: iuxta l. seruitutes quæ in superficie. §. stillicidiũ. de ser. vr. præ. nec est necesse, quòd habens stillicidiũ pro eo ĩtret fundũ vicini, quia aqua omnino descendit & discurrit sine damno suo: an tũc poterit facere ostiũ in muro ꝓprio cã veniendi ad dictũ solũ siue aream, puta quia ex eo aperto vult ĩre fortè ad viã publicã? Et teneo ꝙ 3 non, quia illud solũ siue area vicini, quatenus protendit rigor stillicidij recipiendi: vt d. §. stillicidiũ. & habetur in l. fi. in prin. de serui. tamen nõ debetur seruitus aditus seu itineris, q̃ est diuersa à seruitute stillicidij, vt patet p eã quę dixi s̃. de seruit. iti. seu aditus. Et ꝓpterea illud qđ dixi s̃. de pariete seu muro, in ver. sed nũ qđ vicinus q̃ habẽs stillicidiũ supra solũ vicini. si solũ inferius debet tantũ seruitutẽ stillicidij recipiendi, potest facere portam in muro proprio, causa veniendi ad istud solũ pro suo stillicidio tantũ, intellige quãdo potest esse aliqua necessitas. exemplũ: quando sunt domus contiguæ, & in medio earũ casitant stillicidia, vel si à parte mea est dom⁹ cũ stillicidio, & à parte vicini est murus distãs forte per vnũ pedẽ ve[...] iuxta l. fin. fini. regun. nã tũc inter duos dictos parietes põt aqua marcescere & destruere fundamẽta parietis. Nã hoc casu vel simili posset quilib[...] dominorũ facere portã i[...]o causa veniendi ad illum ingressum, quĩ est inter vtrũq; vicinũ. & ita aliàs vidi iudicari. Sed si casitaret, istud est dubiũ: puta quia à parte mea stillicidiũ, à parte vicini est solum tantùm, siue area domus suę, tũc nõ possum facere ostium siue portã causa veniẽdi ad solum vel areã vicini. & quare nus protẽdit rigor stillicidiorũ meorũ, per prædicta, ne etiã detur mihi occasio seu facultas eundi per fundũ vicini, quod nõ est permissum: vt habetur in d. l. diuus. de ser. vr. præ. nã per agrũ alienum transire fas est, ius non est. & fas diuina lex est, ius verò est humanũ. vt est tex. dist. j. omnes ll.

* Alia est q. de solo publico huiusmodi. Quidam habet domũ suam ꝑ directũ versus viam publicam cum stillicidio protendẽte, puta per tres pedes supra solũ publicum: vicinus habet aliam domum per indirectũ à latere: vult facere ostiũ in muro suo proprio causã exeũdi de domo sua per solũ. publicũ, quod est sub stillicidio vicini sui, nunqd possit? Et breuiter dico, ꝙ sic. Nã licet vicinus habeat stillicidium super illa parte soli publici: tamen illud solũ inferius ꝑpter hoc nõ desinit esse publicũ, qn possit per ipsum & quẽcũq; aliũ trãsire: per l. viã publicã. de via public. cũ ibi no. coniuncta l. ædiles. in fi. q̃ est lex Græca. eo. tit. Nam de iure cõi non dicitur esse licitũ, facere ædificia supra solum publicum. arg. l. fi. in prin. de ser. & §. ij. in tractatu, ne qđ

in loco p[illegible]de cõsuetudine ser
uatur contrariũ:quia quilibet porri
git stillicidia sua pro volũtate supra
solũ publicũ:sicut dicit etiã glo. de
porticibus,in rub.C.quæ sit lõga cõ
2 sue.& p[illegible] consuetudinẽ non
fit,quòd locus inferior sub stillici-
dio efficiat illius,cui⁹ est stillicidiũ:
& ideo licitum est vnicuiq; transire
per dicta loca publica,quę sunt sub
stillicidijs.& ita videmus p omnes
4 obseruari. *Ex hoc etiam sequit
aliud,ꝙ nõ est licitũ domino stillici
dij claudere locũ inferiorẽ sub stilli
cidio,neq; ipsum occupare tanquã
propriũ.& ita aliàs in quæstione fa-
cti obtinui in ciuitate Veronę.quod
5 est no. *Sed circa prędicta dubita
ri põt:quidã habebãt vnam domũ,
quã diuiserunt. vni contigit in di-
uisione vna pars cum curia: alij alia
pars domus quę diuidit pariete:dixi
suprà,ꝙ in pariete illo nõ põt fieri
ostiũ. qd si prius erat ostiũ in dicto
pariete tẽpore diuisionis,& nihil de
ostio dictũ fuit,vel est dictũ ꝙ stet
clausum:an possit cogi, ꝙ claudat
pariete siue muro?Et videt ꝙ sic,vt
tollatur domino ostij facultas veniẽ
di ad aream vicini:per no.in l.diu⁹.
de ser.rusti.prædio.& p ea quæ dixi
s.in versi.sed si.Adde in cõtrariũ,ꝙ
non possit cogi ad claudẽdum:quia
nemo in suo laborare cogit: vt l.j.
6 in fi.de aqua plu.ar.& ibi no. *Sed
si turbauerit vicinum in veniendo
ex dicto ostio ad dictam curiam:vi-
detur quòd possit cogi ad cauendũ
de non veniendo amplius,per l.ha-
rum.& l.egi.si ser.ven.In hoc puto
sic esse considerandum.Aut est actũ
expressè tempore diuisionis, quid
sit faciendũ de dicto ostio.& istud

est seruandum.l.iurisgent.§.prætor
ait.ff.de pact.Aut nihil est actum:&
tunc aut nihil noui facit,neq; turba
uit vicinum:& hoc casu non tenetur
ad aliud:quia diuisio cẽsetur esse fa
cta,vt nihil noui fiat.Nemo enim in
suo laborare cogit regulariter, etiã
si debeat seruitutem: vt probatur in
d.l.j.§.fin.de aqua plu. arcen. & ibi
hoc not.& habetur in l. quoties:la
prima.§.primo. de seruituti.nisi
in seruitute oneris ferendi:vt l.eum
debere colũnã.de seruitu.vrb.pręd.
& dixi plenè de seruitute oneris fe-
rẽdi.Aut aliquid noui facit: puta qa
aperiendo ianuã turbauit vicinũ in
eius curia:& tunc aut debetur serui
tus,qa promisit nõ aperire ostiũ,&
semper tenere ipsum clausum:& ca-
uere cogitur de amplius nõ impedi
endo,seu turbando,vel de nõ aperi
endo illud ostiũ:per no.in d.l.harũ.
& l.egi.si serui. ven. & per not.per
Barto.& Docto.in l.si prius.de noui
ope.nũcia.Aut nulla seruitus est p-
missa vel debita:& tunc etiã hoc ca-
su post turbationẽ cogitur cauere,
sicut in interdicto,vti possidetis.vt
probat in l. vnica, C. vti possidetis.
& est tex.cũ glo.in l.j.§.hoc interdi
cto.in l.quæsitũ.ff.de itin.actuq; pri
ua.& not.Bart.in l.j.§.interdictum
autẽ hoc.ff.vti possi.& Sal.in d.l.j.in
7 v.q.C.vti pos. *Nũquid autẽ domi-
nus areæ possit claudere areã vicini
ex parte sua versus curiã,affigẽdo ta
bulas ianuæ,ita ꝙ dominus areæ nõ
possit exire in areã suam? Et dico ꝙ
nõ,imò si affixerit,poterit dominus
ianuę propria autoritate remouere:
vt est text.in l.si vitẽ.§.qui ad ianuã.
quod vi aut clam.& probat in l.quẽ
8 admo.§.si pctũ.ad l.Aqui. *Sed
nuo

nunquid vsufructuarius eidē posśit aditū anteriorē vel posteriorē claudere? Et dicas quòd non. tex. est in l. æquissimū. §. sed si ædiū. de vsufruc. ibi, vel aditus posticásve vertere. & ita tenet ibi Flo. qui dicit per illum text. ꝙ vsufructu. vel inqlinus aditū posteriorē non pōt immutare, nec loca aperta claudere, propter refugium tēpore necessitatū necessariū, vt aperiatur, propter conseruationē personæ & rerum. Et ex hoc nota, ꝙ vsufructuarius vel inquilinus nō potest in domo vsufructuaria vel cōducta facere ostiū in porticu, si nō est. Nam vulgò dici solet, ꝙ huiusmodi ostiū domū destruit. vel si est, ipsum claudere non pōt, quia ꝑsumit esse

9 vtile domui, ex quo factū est. *Item nunquid ianua ostij posśit alicui legari, vel capi pro pignore, vel in executione sententiæ? Et dicas ꝙ nō. tex. est in l. cætera. §. hoc senatus. el. ij. de leg. j. & ibi no. facit ad hoc qđ dixi in rubrica præcedenti, in vij. q.

10 *Itē notandū, quòd non licet egredi ciuitatē aliūde quàm per portas sub pœna capitis. tex. est in l. fi. ff. de rerū diui. de quo dicendū est, vt ibi,

11 q̄a nō est materia nostra. *Vltimò adde prædictis, ꝙ aliquando ante ostium est vestibulum, quod est locus quidā ante ostia vtriusq; domus, ꝑ quod habet aditus, & tecto coopertū est vt vestimēto, sicut homo vestimēto tegitur: vt est tex. cū gl. in l. arbor. §. de vestibulo. cōmuni diuid. & ibi de hoc no. & habet per Bar. in l. dāni. §. cū parietis. de dāno infect.

a Consuetud. *Quot actus requirūtur, ut quis dicatur habere aliquid i cōsuetudine? resp. quòd in ciuilibus requiritur q̄ sint tot act⁹, quot faciūt præscriptionē. nā tres actus uel quatuor non faciūt cōsuetudinem, nisi sit legitimè præscripta: ut no. gl. in d. c. cū ecclesia. de cau. poß. & pro. Verū est q̄ duo uel tres actus tuētur aliquem [...] poßeßiōe quousq; sit dubiū [...] seruitium. In criminalibus uerò introducitur per binū actū. ff. de inoffi. testa. l. nā et hīs. & ff. ad Syl. l. si quis. §. quod sub eodē tecto. uide etiā Cor. j. uol. cōsi. lxxxix. & in ij. uol. cōsi. xc. ī iij. uol. co. clxxix.*

De aditu seu itinere.

CAP. XLIII.

1 *Promiserit si mihi quispiā, ut per areā suam in domū meā, uel ex domo mea per areā suam ire poßim: nec de plano aditus sit, quoniā area sua domo mea altior est, an scalas, uel gradus, aut cliuos in meo, uel in suo facere debeam.*

SI QVIS *mihi promisit vt per aream suam in domum meam, vel ex domo mea per aream suam ire, agere posśim, nec de plano aditus sit, quia area sua est altior domo mea, an scalas vel gradus aut cliuos facere debeā in medio vel suo? Et videtur quòd in meo: quia solùm est facta promisśio, quòd posśim ire vel agere per fundum suum: non autem quòd in suo posśim aliquid facere. Et pro hoc videtur text. in l. si per iter. in prin. de aqua plu. ar. Tamen contrarium est dicendum, videlicet quòd scalas siue gradus aut cliuos prope ianuam meā in solo vicini iure facere posśim, dummodo ne quid vltrà quàm necessarium esset, causa itineris demoliatur. tex. est fin. in l. seruitutes quæ in superficie. §. si domo. de serui. vrb. præd. & est ratio, quia si iter debetur, quia promissum est vel legatum in ea parte, qua nisi opere facto iri non posśit,

licet fodiendo & subtrahēdo iter facere.l.si iter.ff.de serui.tit. generali. & probatur in l.refectionis. cum ibi not. communia præd. Et quia ista materia itineris seu aditus est seruitus vrbana [illegible] satis dictum est suprà in seruitute itineris seu aditus : & est etiam rustica : reliqua reseruo in sequenti libro, in rubrica de seruitute itineris, vbi plura dicemus: & adde quæ dixi in præcedenti rub.in ver.sed nunquid aditus. & no.per Bart.& Doct.in l. quod conclaue.in fin.de dam. infect. & quod not.in c.vnico, de consecrat. ecclesiæ vel alta.libro sexto.

De claustro seu conclaui.

CAP. XLIIII.

1 *Claustrum unde dicatur.*
2 *Conclaue in neutro genere, uel conclauis in fœminino, quid sit.*
3 *Porticus quid propriè dicatur.*
4 *Homini priuato an super locis publicis uersus uias publicas ædificare licitum sit: sicut communiter reperiuntur Paduæ & Bononiæ.*
5 *Domus appellatione an porticus contineatur.*
6 *Statutum si puniat committentē maleficium in domo, uel inuentum extra domum, an porticus etiam comprahendatur.*
7 *Duas domos si habeam habentes claustrum uel porticum communem in illarum ædium medio: & unam simpliciter uendam, & aliam retineā: cuius erit ipsum claustrum.*
8 *Porticū uel claustrū cooperientē solū suū si quis habeat, & in alieno requiescat, an dominium eius suum sit.*
9 *Porticū uel claustrū cū colūnis si quispiam facere uelit, an possit imponere columnas, quæ unius ecclesiæ fuerunt.*

SCIENDVM est in primis, quid sit claustrũ, cõclaue, & porticus.
1 *Claustrũ dicitur, quasi claudens, siue clàm stās: id est, priuans habitantes in eo, ne passim vagare liceat: ita no. Archi.in c.j.§.verũ.in versi.more. de stat.re. in VI. & est locus religiosus: vt in c.religiosus.de cõsue.& idem not.ipse Archi.vij.q.j.c.fi.in fi. versi.claustra.vbi etiam dicit, quod hoc dictũ à quodã animali, cuius nomen est castor: quia cũ sentit venatores, se ipsum castrat. Claustra etiã dicuntur instrumēta quæ claudũt domum vel aliquã eius partē, vt ostia & portæ, quæ non adhærent, sed de nocte portãtur ad claudendũ: vt est tex. cũ glo.in l.fundi.in prin.super ver.clau-
2 stra.de ac. emp. *Conclaue in neutro genere: vel conclauis in fœminino, dicitur cella vel camera secreta, vel claue alterius domus clausa, vel quæ sub multis clauibus continetur, vel ad quã per multas claues venitur. Alibi dicitur conclaue curia seu porticus inter duas domos: vt de dã. infect.l.quod cõclaue.& habetur in c.vbi periculũ.§.in eod. de ele. lib. vj. Alibi sumitur ꝑ dormitorio. xij. q.j.oẽs.& ibi hoc no.Archi. vel secũdũ Bar.in d.l.quod cõclaue.in prin. conclaue dicitur domus discooperta inter duas domos in quodã solario supra terrã: vt accipitur hic. Itẽ põt dici camera bene firmata cũ clauis: vt l.j.§.de inspiciẽdo. de ventre inspiciendo. & ita etiã potest capi d.l.quod cõclaue.& ita etiam not.in l. foramen.de seruitutibus vrb.præd.
3 *Porticus verò dicit locus coopertus desup, discoopertus antè. & hoc modo accipitur in d.l.quod conclaue.& in l.cetera.§.hoc senatus. de le-

ga.j.

ga.j.secundùm Bart.in d.l. quod cō-
claue.q etiā dicit ꝙ mœniana, quæ
in vulgari profercula dicuntur,pos-
sunt dici porticus.& hoc modo acci 5
pitur secundū gl.in d.l. quod cōcla-
4 ue. *Circa porticū primò quæro, a
an sit licitū homini priuato ędifica-
re sup locis publicis, versus vias pu-
blicas, sicut communiter reperiūtur
Paduæ & Bononiæ.Et de iure dico,
quòd non:qa in loco publico nō est
licitū priuato ædificare.l.j.& ij. & p
totū,ne quid in loco publ.cum simi.
Sed de consuetudine seruatur cōtra
riū,quę præualet in locis vbi est : vt
glo.not.in rubrica,quæ sit long.con
sue.in fi.& pro hoc l.an in totū.C.de
ædifi.priua.& in hoc modus cōsue-
tudinis est seruādus: vt not.gl.in l.an
in totū.& in l.qui luminibus.de ser-
5 uit.vrb.præ. *Secundò quæro, nun
quid appellatione domus continea
tur porticus.& videtur quòd sic, per
l.cętera. §.hoc senatus.de legatis pri
mo. vbi ædes & porticus æquiparan
tur.Et sic facit vt statutū puniēs exi
stentes extra dānum de nocte, sine
lumine, non intelligatur punire ex-
istentes in porticu, secundùm Bald.
ibi.ad idem videtur esse text.in l. si
quando . la secunda.de operi.publi.
Sed certè in contrariū videtur face
re text.in l.cætera. §.hoc senatus.de
lega.primo.vbi ędes & porticus po
nuntur tanquam diuersa. Item quia
domus consistit ex tecto solo, & pa-
riete: vt l. cum qui ædes. de vsucap.
sed porticus non est huiusmodi, vt
suprà dixi. ergo &c. In hoc puto sic
esse distinguēdum: Aut porticus est
coniuncta domui,& ei affixa, & tūc
appellatione domus continetur:per
dictā l.si quando.& per no.in capitu
lo j.de consecratio[...]fi. vel altar.
in sexto. Aut non est coniuncta vel
affixa domui:& tunc secus,per præ-
dicta. *Et ex hoc infero ad deci-
sionē statuti puniētis committen-
tem maleficiū in [...] vel inuen
tū extra domū,an cōprehēdat por-
tic⁹:qa aut extra domū, & nō cōiun
cta vel affixa domui, & nullo modo
comprænditur. aut est coniuncta
vel affixa domui, & tunc aut statu-
tum loquitur per dictionē, In : puta,
quia dicit, qui delinquit in domo: &
tūc non comprænditur porticus:
quia dictio In, significat in loco, &
requirit tactū loci:vt l.j. §.in flumi-
ne.de flumin.& probatur l.is qui. §.
primo.cōiuncta l.secunda. §. pri. de
religiosis. Nam aliud est porticus
propriè, dato quòd sit coniuncta do
mui: aliud est ipsa domus, intelligen
do de porticu inferiori, id est, dico
operto antè.secus in superiori parte
supra porticū, in qua habitatur: quia
illa dicitur ꝓpriè domus.& pro hoc
facit l.fistulam.de serui. vrba. præd:
& quod ibi notat Baldus & Floria-
nus per illum text.qui dicunt, quòd
non est idem iuris, vt de scalis & de
muro.vnde scalæ quæ sunt foris ex-
tra ostium, non continentur appel-
latione domus . & sic maleficium,
quod fit in scalis exterioribus, non
videtur esse factū in domo. Aut sta-
tutum loquitur per dictionē Ad: pu
ta si quis fecerit insultum ad domū,
tunc cōprehenditur etiā faciens sub
porticu: quia dicitur esse ad domū,
id est, iuxta domum, per no.per glo.
& Doctor. in l. quidam Iberus . de
seruitutib. vrbanorum prædiorum.
& ibi hoc not.Flor.de ista quæst.vi-
de plenè per Albericū de Rosa. in l.
præsen

præſenti.circa principiū, de his qui
ad eccleſ.confu.& in dicta l. cætera.
§.hoc ſenatus.de lega.j.& ibi per o-
7 mnes Doctores. *Tertiò quæro,
habeo duas domos habentes clau-
ſtrū vel po[illegible]munē in medio
illarū ædiū: vnā ſimpliciter vendo,
& aliā retineo: cuius erit clauſtrū vł
porticus?Dic quòd debet diuidi, &
medietas à latere emptoris erit ſua,
alia medietas à latere meo erit mea.
ita not.dicit Bart.in d.l.quod cōcla-
ue.per illū tex.cū gl.fi. quæ incipit,
per hoc apparet. facit pro hoc quod
not.Bal.in c.j.§.ſi quis de manſo. in
v.colum.verſi.quid ſi quædā plateo-
la eſt in medio.in titu. de cōtrouer.
inueſti.ī vſib. feud. Sed Ang.in l.qđ
cōclaue.dicit hoc procedere, qñ in
vtraque domo eſſet oſtiū,per quod
deuenitur ī dictū clauſtrū,& exitur.
ſed ſi in vna domorū tantū eſſet o-
ſtiū,per quod intratur, & exitur in
clauſtrū ſeu porticū:tunc clauſtrum
ſeu porticus erit illius tātū, cuius eſt
domus oſtiū habens.quod tene mē-
8 ti. *Quartò quæro,quis habet por-
ticū vel clauſtrū cooperiēs ſolū ſuū,
b &requieſcit ī alieno,an dominiū b
eius ſit ſuum?Dic breuiter, ꝙ ſi iſta
duo cōcurrūt,ſcilicet quòd coope-
riatur ſolū ſuū,requieſcat in alieno
iure ſeruitutis,tūc clauſtrū ſiue por-
ticus dicitur ſuū:vt dicta l.quòd con
claue.ſecūdū Bart.Angelū,& Doct.
ibi.aliàs ſi iſta duo nō cōcurrāt,eſſet
illius in cuius ſolo requieſcit. l.quē- t
admodū.§.ſi.ad l. Aquil. ſecundùm
Doct.in d.l. quod cōclaue. quod eſt
9 not. *Quintò & vltimò quæro, qs
vult facere porticū ſeu clauſtrū cum
columnis,an poſſit imponere colū
nas,quæ fuerunt vnius eccleſiæ. Et
dicas breuiter, ꝙ ſi eſt porticus ſeu
clauſtrū priuati hominis,ſeu laici,
& non poteſt.text.eſt cū glo.in c.li-
gna.in fi.de conſecratio.diſtinc.j.&
habetur in c.cùm ad hæc.de reli.do.
Sed ſi eſſet porticus ſeu clauſtrū alte
rius eccleſiæ vel monaſterij; ſic: vt
eſt tex. in dicto c.ligna.& ī c. ſequē.
& ibi ꝑ Archidia.& habeť ꝑ Doct.in
dicto c.ad hęc. & ꝑ Alberi. de Roſ.
in aut.multò magis. de ſacro.eccle.

a Maleficiū. *Maleficiū dicitur quodcūque crimē,ut furtū,rapina,& huiuſmodi, ut Inſtit. de obl.quæ ex delicto na. Eſt etiā quaſi maleficiū,nocumētū qđ fit ꝓximo ꝑter propoſitum:ut Inſti. de obli.q̄ ex quaſi delict.naſ.per totū.*

b Dominiū. *Dominiū eſt ius habendi, poſſidēdi,fruēdi,& utēdi,ac diſponēdi de aliqua re pro libito uolūtatis, uel ſecundū aliquē determinatū modū à quadā ſuperioritate uel autoritate diffinitū.& uide Alex.in iij.parte ſummæ,& Corn.j.uol. conſilio xcviij.& Alex.de Imol.iij.uol.conſilio lxxviij. in ij.colum.§.ſentio tamen.*

bat in l.ij.C.de iu.emphy. & ibi hoc no.p Albe.de Ro.& p eūdem in suo opere statutorū in j.parte,q. cxxxvj. & ideo ī instrumētis inuestituræ solet cōiter dici, ꝙ dominus dat ad meliorandū &c. idē est dicendū in superficiario eadē ratione, p l.superficia
19 rio.cū se.de rei.ven. *Quid autē in re dotali? Dic vt in to.ti.de impē. & maximè ī l.iij. §.j.& in l. qđ dicitur. eo.ti.& in l.diuortio. §.impēdia. cū
20 se.so.ma. *Duodecimò q̄ritur, qđ si legantur fructus vel redditus alicuius fundi vel dom⁹, ad quē spectabit refectio? In hoc debet considerari. Aut intelligit legatus vsusfructus ꝓpriè. & tūc dic vt dixi s̄.in ix.q. Aut nō cēsetur legatus vsusfr. & tūc spectat refectio ad hæredē.istud probatur ī l.fundi Trebatiani.de vsuf.leg. qūo aūt cognoscatur, an intelligitur tūc legat⁹ vsusfr.vel nō, vide gl.or. in l.si qs ita.& qđ ibi no.p Doc.ff.de vsufr.& in l.p seruū. §.j.de vsu& ha-
21 bi.& in l.idēq;.vsufr.quēad.ca. *Decimotertiò quæritur, an ecclesia & clerici teneātur ad reparationē murorū seu refectionē fortiliciorū ciuitatis, & pōtiū, & uiarum, & portarū, & aquæductus, & similia. Et dicas ꝙ sic, vt l.ad portus.C.de ope.publi. & ita tenet Azo in sum. C. de ope. pub.in pri.& Bal.in ti.de pac.Cō. in vij.co.de quo vide p glo.q̄ aliter dicit, & ibi p Bar.& oēs Doc.ī l. ad instructionē.C.de sa.san.& p Bal.ī l. q pendētes.de vsufr.in apostillis, & p Arch.xvj.q.j.iuxta.& p Ant. de But. & Doc.in c.nō min⁹.de immu.eccl. & per Io.Pe.de Papia in j.libello, in gl.in ver.iure dominij vel quasi. in
22 vj.col.q̄ etiā tenet ꝙ sic. *Decimoquartò queritur, an ecclesiā parochialē teneātur reficere laici parochiani, an verò clerici, vt x.q.j. discernimus.& no.gl.xij.q.xj.quatuor.& ibi per Archi.& vide oīno gl.xvj.q.j.si monachus.& p Innoc. & oēs Doct. & gl.in c.de his.de eccl.ædifi.& per Alb.de Ro. in l.ad instructionē. de
23 sa. san. eccl. *Decimoquītò quærit, ex ædificatione ecclesiæ acquiritur ius patronatus: vt ī c.nobis.de iure patro.nunqđ ex refectione vel reparatione etiā q̄ratur? vide p hoc glo. or.in d.c.quoniā.& ibi p oēs Doc.& p aliā gl.magnā de cōse. di .j. de fa-
24 brica. *Decimosextò q̄ritur, an tutor possit ædificia pupilli collapsa deformata reficere? Et dic, ꝙ sic: vt probatur in l.lex quæ tutores. C.de
25 admi.tu.& ibi hoc no.Saly. *Decimoseptimò q̄ritur, ad quē spectet refectio rei debentis seruitutē? Dic vt habet in l.loci corpus. §.si qs mihi.si ser.ven.& in l.& si fortè. §.etiā. eo. ti.& in l.refectiōis.ff.cōmunia pđi. & in l.inter.si ser.ven.in l.j.in fin.de aq.plu.ar.& vide q̄ dixi s̄.de seruitute oneris ferēdi.ver.sed nūquid ille. & qđ s̄.dixi in pri.huius libri in ix.q.
26 prin. *Decimooctauò queritur, an possit nūciari nouum opus reficiēti ædificiū vel cloacā? Dic regulariter ꝙ nō.l.j. §.si qs ædificiū.& l. de pupillo. §.si quis riuos.de no.ope.nū.
27 *Decimonono & vltimò q̄ritur, an refectio domus dicat' pia causa? dicas vt est cāsus singularis, in l. si qs ꝓ redēptione. §.fi.de don.ex quo no. ꝙ fidei c.seu executores testamētorū ꝓ relictis ad pias causas possūt dispēsare pro refectione alicuius domus cōbustæ vel ruinosæ: quod intellige quando dominus domus esset pauper: secus si esset diues: p no.

in

in l. illud. de sacrosan. eccle.

2 Administ. Vtrũ administrator teneatur de mala administratiõe satisfacere? respõde secundũ In. in c. ex præsentiũ. de pigno q sic. & ille cuius est administrator habet actionẽ neg. gest. cõtra eũ qui malè administrauit. ff. de nego gest. l. iij. §. ult. xij. q. ij. si qua de rebus. et c. si quis qualibet cõditiõe. Vnde aduerte, q tenet administrator secũdũ gl. in l. cũ ostendimus. ff. de fideius. tu. de dolo, ut ibi, & lata culpa: ut l. curatoris. C. de neg. ge. & etiã leui: ut l. quicquid. C. arb. tu. Per quãtũ tẽpus intelligatur administratio, si non fuit limitatũ, uide Cor. ij. uol. cõsi. iij. & in iij. uo. cõsi. cxcvj. & uide per Alexã. j. uo. consi. xxij. in ij. col. uer. attento.

De Ponticello. CAP. LX.

1 Põticellos seu põtes sup domib. priuatorũ appẽsos, et pendẽtes sup uiã uel solũ publicũ, an de iure cõi qs tenere possit.

2 Stillicidiũ p ædificationẽ sup solũ publicũ, illius soli domin⁹ aliquis nõ efficit.

3 Ponticellum ædificare super solũ publicum ex cõcessione facta à principe, uel senatu, aut ex gubernatione ciuitatis, uel ex cõsuetudine, uel ex forma statuti si licitũ sit, & quis in dictis casibus uelit ædificare pontes ita latos & longos, quòd inferatur dãnũ, uel incõmodũ et impedimẽtũ uicinis, seu trãseũtibus cũ plaustris, et animalib. oneratis. qui cõmodè pertransire nõ possunt, an huiusmodi ponticellos ædificare possit.

4 Generalis cõcessio semper intelligitur, q sine dãno & alterius incõmodo fiat.

5 Aedificandi licentia in loco publico sine incommodo & damno alterius concessa intelligitur, nisi expressè dicat, etiam cũ alterius damno et incõmodo.

6 Incommodum maximum, uel magnũ, uel paruum iudicis arbitrio dicitur.

7 Cõsuetudo uel statutũ si dictauerit, q põticelli super uiam publicã fieri possint, et duo sũt, unus ex una parte stratæ, & alius ex alia, an eorum quilibet cum ponticellis ad stratæ medietatem se extendere p[illegible].

8 Promiserim si tibi dare uiam ad fundum tuum per fundum meum, an supra uiam pontem facere potero.

9 Ponticelli super solum cõmune per unũ ex socijs an ædificari possint.

10 Domũ unã si ab utraq; parte uiæ habeam, & pontẽ supra solũ publicũ, uel etiam supra priuatum, uel communẽ in casu permisso: an si unam domũ de domibus meis uendam, uidear pontem uendere, qui in alia domo requiescit.

1 CONSVEVERVNT* in multis ciuitatib. & locis ponticelli seu põtes appẽdi sup domi. priuatorũ pẽdentes sup viã publicã vel solũ publicũ, nũqd de iure qs eos tenere possit, vel de nouo fabricare? & dicẽdũ est, q nõ regulariter. vt in l. ij. §. tractatũ. & ibi gl. ne qd ĩ lo. pu. & ĩ l. fi. ne qd ĩ flum. pu. in prin. & ibi Flo. de ser. & in l. q cellã. §. in rusticis. & ibi hoc no. etiã Flo. de ser. vr. pd. nisi cõsuetudo esset ĩ cõtrariũ: vt l. an in totũ. de ædifi. priua. vel nisi hoc esset cõcessum à principe, vel senatu, vel administratore ciuitatis, potestatẽ habẽte. l. ij. §. meritò. & §. si qs à principe. ne qd in loco pu. & in eadẽ l. in prin. & ibi per gl. & in l. prohibere. §. planè. & ibi per Bar. quod vi aut clam. vel nisi esset permissum à statuto. vt d. §. planè. ibi, si verò lex municipalis. vel nisi esset præscriptũ, scilicet per tantũ tempus quòd nõ extet memoria in cõtrariũ: quia tale tempus habet vim cõcessionis & priuilegij: vt in c. sup qbusdã. §. ptereà. de

ver.si.in si.& in c.j.ĩ si.de p̃scri.in vj. vel nisi essent facti patiẽte vicino, & nemine cõtradicẽte, nec p̃tore ꝓhibẽte:qa tũc nõ deberẽt demoliri, ne vrbs deform[illegible]etur ruinis.l ij. §. si qs nemine prohibe[illegible] nequid in loco pub.& l.si.eo.ti.& no.per gl.ĩ l.mœniana.C.de ædi. pri.vel nisi essent põticelli sub stillicidio domus, quatenus stillicidia inter se protẽdunt, eo tamẽ casu, quo solũ, qđ est sub stillicidio, sit eius, cuius est stillicidiũ siue domus. quod quãdo sit, vide quæ plenè dixi s̃.de ser.stillicidij auertẽdi.in ix.q.& adde p̃dictis quæ dixi s̃. de ser.protegẽdi.in iiij.q.& s̃.de stillicidio siue tecto. Circa tamẽ prædicta aliter cõsiderando potest ita distingui:quãdoq; põticellus trãscendit viã, qa fortè vnus habet duas domos:& in medio earũ est via publica.an sit licitũ eũ habere pontẽ, per quẽ itur de vna domo ad aliã: vel etiã vt quandoq; vidi, per talẽ pontẽ nõ potest iri de domo in aliã: tñ trãscendit totã viã, & requiescit in alia domo vltra viã & solum publicum: & his casib. non licet habere: vt est tex.in d.l.ij. §.tractatum.& ibi gl. & Bar.ne quid in lo.publ.& est text.apertus in l.si.eo.ti.no.Bart.in l.quominus.ĩ xiij.q.de flumi. & in l.si duo. §.Labeo.per illũ tex.vti poss. & Bal. in l.itẽ lapilli.in v.col.versi.dicto de occupat.de re.diui.& not. dominus Do.de Sancto.Ge.in c. cũ ex eo. de excess.prela.li.vj.& dixi s̃. de seruitute protegẽdi.in iiij.q. nisi consuetudo, vel statutũ, vel princeps, aut senatus, aut p̃scriptio hoc permitteret, per ea quæ s̃.dicta sunt. Quandoq; põticellus non transcendit totã viã, sed pendet super via vel solo cõmuni:quãdoq; nullũ est desuper stillicidiũ:& idẽ eadẽ ratione, qa est super cõmuni. Quãdoq; est stillicidiũ desuper, & tũc aut põticellus se extendit vltra stillicidiũ:& idẽ eadẽ ratione. Aut põticellus se nõ extendit vltra stillicidiũ, sed ĩ tãtũ vel minus, & tũc videtur quòd possit licitè fieri & teneri.p l.si. §. si. de ser.vr.præ. intelligẽdo, quòd lex illa locum habeat, etiã quando solũ, quod est sub stillicidio, sit publicũ.
2 *In dubio tñ egò teneo cõtrariũ, videlicet quòd per ædificationẽ stillicidij super solũ publicũ ædificãs nõ efficiatur dominus illius soli, vt dixi s̃.de ser.stillicidij auertẽdi. Sed horticellus, & similia, ex quib. nõ timetur dãnũ trãseuntibus, bene possũt apponi, etiã supra solũ publicũ, de quo dic, vt dixi s̃.de ser.protegen.maximè in v.q. & prædicta procedũt, nisi per statutũ esset aliter p̃missum vel de cõsuetudine aliter seruaretur:p d. l. an in totũ.C.de ædific. priua. vel nisi hoc esset permissum à prin.vel à superiore, aut præscriptũ, vt s̃.dixi. Quãdoque põticellus ædificatur nõ sup solo vel via cõi, sed sup solo alieno priuato, vel cõmuni cũ vno priuato: & tũc distingue in omnib. & p oĩa, vt s̃.dictũ est, quãdo ædificatur in solo pub.excepto qa si habet stillicidiũ, quatenus se ꝓtẽdit, põt põticellũ fabricare, p ea quæ habẽtur in l.si. §.si. de ser.vr.p̃d. de quo vide plenè quæ dixi s̃.de ser.stillicidij auertẽdi, ĩ ix. q.& suprà de ser. prote.in ij. q. vide quæ dicã infrà, de necessario & camino.
3 *Circa prędicta dubitari põt, qđ si est licitũ ædificare ponticellũ supra solũ publicũ ex cõcessione facta à principe, vel senatu, aut ex gu-

beras

bernatione ciuitatis, vel ex cõsuetudine, vel ex forma statuti: & qs vult ædificare dictis casibus ponticellos ita latos & longos, q̃ inferunt dãnũ vel incõmodũ & ĩpedimẽtũ vicinis trãseuntibus cũ plaustris & animalibus oneratis, q nõ possunt cõmodè ptrãsire, vel etiã aliter, an posiit huiusmodi põticellos ædificare. Puto q̃ sit ita distinguendũ: Aut ex forma statuti vel cõcessionis, aut cõsuetudinis nõ est data certa forma ponticellos faciendi: & tũc sine dubio nõ põt: qa huiusmodi cõcessiões in dubio intelligũtur sine dãno & incommodo alicuius: vt est tex. ad hoc no. ĩd. l. ij. §. meritò. & §. si qs à principe. ne quid in lo. pu. & ibi gl. allegat ad hoc multa iura. & pbat in c. q̃uis. in fi. & ibi no. p gl. Archi. & Doc. de rescrip. in vj. & in c. de his. & ibi etiam gl. extrà de priui. cũ sim. & hoc casu tales põticelli & similia ędificia quę obstãt vsui publico, debent deponi: vt est tex. ĩ d. l. ij. §. si qs nemine prohibẽte. Aut est data certa forma ędificandi, & tũc subdistinguo: Aut illa forma est generalis, puta q̃ quilibet posiit ponticellos facere per totã ciuitatẽ tam de lignis, quàm de lapidibus pro libito volũtatis: & tũc dicas idẽ quod in præcedẽti: *quia in generali cõcessione intelligit̃ semp, q̃ sine dãno & incommodo alterius fiat: vt est glo. no. in d. §. si quis à prĩcipe. in gl. prin. dũ dicit, neq; sic cõceditur, scilicet generali cõcessiõe, &c. & allegat ad hoc iura. Aut illa forma cõcessionis & licẽtiæ est simplex: qa dũ simpliciter dicitur, quòd possint ponticelli fabricari sup solũ publicũ, & idẽ dicendũ est: quia si in generali cõcessiõe q intelligitur sine incõmodo & dãno alicuius, multò fortius ĩ simplici. p hoc est tex. in d. §. si qs à prin. in prin. dũ dicit, si qs à principe simpliciter impetrauerit, vt in publico loco ædificet. & ibi gl. in prĩ. dũ dicit, in generali cõcessione vel simplici. Aut ista forma cõcessiõis vel licentię est specialis, puta q̃ potest fabricare ponticellos in tali contrata vel in tali domo. & idẽ eadẽ ratione, quia in dubio dicendum est, q̃ cõcedẽs intellexerit sine iniuria & incõmodo alicuius: qa quotiescunq; aliquid fieri permittitur, ita permitti oportet, vt sine iniuria cuiusq̃ fiat: vt est tex. no. in d. §. meritò. Aut fortè singularis, puta q̃ quis posiit fabricare ponticellos supra solum publicũ tantæ altitudinis & lõgitudinis & latitudinis: tũc secundũ formã illã possunt fieri. pro hoc est tex. cũ gl. no. in l. j. C. de ædi. pri. quæ ponit exemplũ, quãdo est statutũ certis modis ædificandi, sicut est Florẽtiæ, & etiã glo. singularis in l. qui luminibus. de ser. vrb. præ. in princ. puto tamẽ quòd hoc casu intelligatur talis cõcessio singularis sine incommodo alterius, per prædicta iura: & per hãc rationẽ, qa in dubio concessio quantũcunq; specialis & singularis, semp intelligitur sine damno & incõmodo alterius, nisi in cõcessiõe dicatur expressè, etiã si hoc faciat dãnum vel incõmodũ alteri: vt est tex. qui hoc ibi vult, in l. ij. §. si quis à principe. ibi, nisi hoc impetrauerit. & isto modo debet limitari dicta gl. videlicet in l. j. de ædi. pri. & in dicta l. qui luminibus. *Et sicut not. 5 quòd in omnibus prædictis casibus intelligitur cõcessio vel licentia ædificandi in loco publico, vel supra

solum

solū publicū sine damno & incommodo alteri⁹, nisi expresse dicatur, etiā cū dāno & incōmodo alterius. Et prædicta concessio, scilicet quòd possit ædificari incōmodo & dāno alterius, vale[illegible]t text. in d. ḟ. si qs à principe. sed intelligitur de dāno siue incōmodo paruo: vt ibi not. aut de maximo siue magno. arg. l. quoties. de preci. impe. off. & l. si quis sepulchrū. in princ. de religiosis. & ita debet intelligi l. seruitutes. ḟ. j. de seruitu. & ita tenet ibi gl. & in dicto ḟ. si qs à principe. in ver. impetrauerit. in ij. solutione, quā puto verā. facit ad hoc quod not. Bar. in l. quominus. in xj. quæst. de flu. nisi in cōcessione fuerit dictū, etiā cum maximo dāno, vel incōmodo alterius: iuxta
6 not. in d. l. quoties. *Quomodo autē dicatur maximū, vel magnum, vel paruū incōmodū, vel dānū? Dic arbitrio iudicis: argu. gl. no. in ḟ. pretiū. in ver. diffinierit. Insti. de cōtrahen. emp. facit l. j. ḟ. j. de iur. deli. & c. de causis. de offi. deleg. Itē quæro quis dicatur dānū pati? Dic qn̄ qs cōmodū amittit, qd̄ ex publico cōsequebatur tale, quale sit. & ideo si cui ꝓspectus, aut si cui aditus sit deterior siue angustior, dicitur dānū pati: & agere pōt: vt est tex. in d. l. ij. ḟ. merito. in ver. damnū. Et intelligo siue istud damnū cōcernat publicā vtilitatem, siue priuatā: quoniā loca publica priuatorū vsibus deseruiūt, iure scilicet ciuitatis, nō quasi propria cuiusq;: vt d. l. ij. ḟ. j. quæ oīa singulariter tene méti, nō solū pro pōticellis, sed etiā pro quibusdā alijs ædifi-
7 cijs factis in loco publico. *Quid autē si stante statuto, vel consuetudine, ꝙ pōticelli possint fieri sup viā

publicā, & duo sunt, vnus ex vna parte stratæ, alius ex alia: an poterit qli bet eorū se extendere ad medietatē stratę cū ponticellis? Dic ꝙ sic, & nō vltrà: sicut dicitur ī alueo & in aqua cōi, & insula: vt Insti. de re. diui. ḟ insulā. & ita tenet Bal. in l. itē lapilli in vlt. col. de re. diui. Et ex hoc no. q vbicūq; est permissum supra solū publicū ædificare pōticellos, nō est licitū ædificare, nisi vsq; ad medietatē soli publici in medio existētis, & idē, si possit ædificari supra solū cō-
8 mune, quod est not. *Itē qd si promisi tibi dare viā ad fundū tuū p fundū meū, an supra viā possim facere pōtem? Dic ꝙ sic. vel etiā pōticellū si tibi nō nocet, & mihi ꝓdest. l. hoc iure. ḟ. fi. de aqua quotid. & æsti. q solū est meū, & nō tuū: & supra me ædifico, & tibi nō officio. Ambulabis ergo subtus pontē vel pōticellū meū, & satis est tibi, qa nō in plus teneor. ita dicit Bald. & bene, in d. l. itē lapilli. in pen. q. q dicit, ꝙ ita de
9 facto vidit Florentiæ. *Dictū est nunqd ponticelli possint ædificari supra solū publicū vel priuatum: & nūquid possint ædificari supra solū cōe per vnū ex socijs? Et dicas ꝙ vt d. l. si duo. ḟ. Labeo. & ibi hoc per
10 Bar. vti pos. *Sed qd si habeo ab vtraq; parte viæ vnā domū & pontē supra solū publicū, vel etiā supra priuatū vel cōe in casu permisso: an vēdendo vnā domū de domibus meis videar vēdere pontē q requiescit in alia domo? vide l. quod conclaue. de dam. infec. & qd̄ ibi no. Bar. & Doc. & quod not. Bal. in d. l. itē lapilli. in vlti. col. Vltimò adde prædictis quæ dixi s. de ser. protegendi, in vj. q. & quæ dicam in seq. tit. de mœnibus

a Genera cō. *Generalis clausula continet omnia, nisi contraria mēs appareat. ff. de pecu. l. ꝗ pecul. C. de inoff. test. l. siquādo in glos.* Non enim uidetur quis generaliter concedere, quod specialiter non est concessurus. *C. quæ res pig. ob. po. l. j. in gl. itē in generali locutione persona loquens intelligit exce*3*pta. c. petitio. in gl. de iureiu. cum concor. ibi positis unde si promisi tibi dare aliquid contra omnem hominem, non teneor dare contra me. & generalis concessio non comprehendit ea quæ quis specialiter non concessisset. uide Cor. ij. uo. consi. ccxxxv. incip. de pluribus. & in j. consi. cvj. incip circa.*

De mœnianis. CAP. LXI.

1 *Mœniana dicūtur solaria, seu pōticelli, qui in muro sunt, & ita proiecti, seu immissi prouehuntur, ut nūquam requiescant, sicut subgrunda.*

2 *Mœniana ab immissis in quo differāt.*

3 *Mœniana si quis in muro suo ædificare uelit uersus domū uicini priuatā, uel ædificium publicum uersus, quantum spatium dimittere debeat.*

4 *Mœnianæ legi an standum sit, ubi aliqua consuetudo non fuerit.*

5 *Mœniano, seu sub solario, aut pōticello pānos, seu linteamina, aut alia, an extēdere liceat, per ꝗ uicinis lumē tollatur.*

6 *Actio qualis competat contra protendentes pannos in aliorū præiudicium.*

1 MOENIANA dicuntur* solaria, seu pōticelli q sunt in muro: & ita proiecti seu emissi puehūtur, vt nunquā requiescant, sicut sunt subgrūda: vt est text. in l. malum. §. j. de ver. sig. & l. ij. §. cū qdā. & ibi glo. ne qd in lo. pub. & in l. mœniana. & ibi gl. ij. in prin. C. de ędi. priua. & dicuntur mœniana à mœnibus: vt no.
2 gl. in d. §. cū quidā. *Differūt aūt mœniana ab immissis: quia mœniana, vt dixi, ita prouehūtur, vt nō requiescāt in alia parte immissa: ꝗ ita sunt, vt in loco alieno requiescāt, ueluti tigna, trabes, ꝗ mittuntur, vt est tex. in d. l. malū. §. j. & no. gl. in l. seruitutes ꝗ in superficie. §. j. & ibi ēt per Albe. de Ro. de ser. vr. prę. *Pro declaratiōe hu⁹ materiæ quæro de quibusdā: primò quis vult ædificare mœniana in muro suo versus domū vicini priuatā, vel versus ædificiū publicū, quantū spatiū debeat dimittere. Dic aut ædificat versus ædificium priuatū: & x. pedes debet dimittere liberi aëris. aut versus ædificiū publicū, & tunc debet dimittere interuallū xv. pedū: vt est tex. in d. l. mœniana. & ibi hoc tenet gl. & in l. imperatores. de ser. vr. præ. & facit ad hoc tex. cū glos. in ver. xv. pedibus. in l. j. C. de aquæduct. li. xj. & plus vult illa l. mœniana, ꝙ si qs vult ædificare ædē vel domū versus solū publicū, debet dimittere spatiū x. pedū: vt patet ibi, quē intercapedinis modū ædificaturis, &c. & si cōtrà fiat, illud quod ędificatū est, debet detruncari: & fabrica dono fisco asignāda est. quę l. est intelligenda, quando tale ædificium fieret vicino nesciēte vel cōtradicēte, secus eo sciēte & patiēte: qa tunc destruere nō cōpelleretur. ar. l. pri⁹. de mor. inferen. l. qui bona. §. si quis iussu. de dam. infec. & ita tenet gl. ij. in d. l. mœniana. facit ad hoc l. Sabinus. cōmuni diui. Item l. mœniana. est intelligenda secūdū Ang. ibi, qn̄ ex obiectu alicuius ædificij laboratur, secus si à latere: quia tunc illud interuallū nō requiritur, & ideo dicit, ꝙ videmus habitatores domorū habere ædes cōes à latere. Sed dicit

cit gl.pe.in ver.xv.quòd illa l.nō ser
uatur.& verum dicit,ꝙ nō obserua-
tur,inquantū loquitur de mœniano
vel alio ędificio facto iuxta aliud pri
uatū.sed seruatur dispositio.l.fi.fini.
reg.licet gl.dixerit ī d.l.mœniana.ꝙ
illa l.loqtur quādo ædificatur iuxta
agrū vel sepē,quā ego nō teneo: vt
dixi suprà d̄ pariete siue muro,circa
prin.Sed īquātū loqtur d.l. mœnia-
na.qn̄ ædificat iuxta ædificiū publi-
cū,puta muros ciuitatis, vel horrea
publica,tūc debet dimitti spatiū xv.
pedū:vt est ēt tex.in l.si cui.& ibi gl.
iij.C.de ædifi.pri.& dicit Ang.ꝙ ita
obseruatur,qa iuxta muros ciuitatis
vel castri non permittitur ædificari,
nisi tanta latitudine intermissa, ad
hoc vt nihil mali vel sinistri excogi-
tari possit,vt propter periculū incē
dij & ruinæ,aut proditionis:quia ha
bens ædificium suum iuxta muros,
ex parte sui posset clā murū suū per
forare, & ingressum dare hostib⁹.&
ita dicit se pluries vidisse & audiuis
se.subdit tn̄, ꝙ in qbusdā locis hoc
nō seruatur.tu dic sicut est in ciuita
te Nea.sed hoc in ciuitate Paduę bn̄
seruatur. stādū est itaq; ī hoc cōsue.
vt in l.j.& in l.an in totū. C. de ædi.
4 pri. *Vbi autē nō sit aliqua cōsue-
tudo,an sit standū illi l.mœniana.vi
detur ꝙ nō:quia sicut q̄stio gl.dicit,
ita seruatur de cōsuetudine:quia ha
betur pro lege, vt habetur in auten.
hoc locū.C.si secūdo nup.mu.& per
Bar.ī l. Titia cū testamēto. §.fi.de le.
ij.ita videtur seruari ecōtra,qn̄ gl.di
cit,ꝙ nō seruatur de cōsuetudine.&
maximè,qa videt̄,ꝙ lex tollat̄ p con
suetudinē:vt tenet gl.in si. in princ.
procemij.in §.igitur.ver.de cōsue-
tudine.& in l.de qbus.de legi. & gl.

in ca.si terra.extrà de pri. & vide ī
hoc gl.optimā.xv.q.si.c.cū multa.in
ver.cū dubio.in fi.Ego aūt teneo in
hoc cōtrariū,quia lex per cōsuetudi
nē nō tollitur.l.fi.in prin.& ibi not.
Cyn.C.de iu.do.impe. sed per con-
trariā cōsuetudinē bn̄ tollit̄:& ideo
ego ī hoc sic cōcluderē. Aut q̄rimus
de ædificio,qđ fit iuxta ædificia pu-
blica,vbi nō sit aliqua cōsuetudo cer
ta: & tūc puto esse standū d.l.si cui.
C.de ædifi.pri.ex quo variè,vt dixi,
obseruat̄ de cōsuetudine.Aut quæri
mus,de ædi.pri.qđ fit iuxta ædificiū
priuatū:& tūc nō est standū d.l. mœ
niana.siue ædificiū fiat ex obiectu a-
lterius,siue ex latere,quia nullo cas.
hoc seruatur:& ideo standū est deci
sioni.l.fi.fini.regū.de quo dic,vt di-
xi s̄.de pariete siue muro. Cōclud.
ergo ex p̄dictis, si quæritur quantū
debeat distare mœnianū, seu aliud
ædificiū ab alio ędificio priuato uel
publico. Aut cōstat ex statuto uel cō
suetudine sup hoc disponēte, & illi
standū est: vt l.j.& l.an in totū.C.de
ędi.pri.& no.per gl.in rub.in fi.C.q.
sit lon.cōsu.q̄ loquitur de porticib⁹.
Aut non constat de cōsuetudine vel
statuto: & tunc quæritur, quando
ædificatur iuxta ædificiū publicum,
& stādum est decisioni dictæ l.mœ
niana.& l.is cui.C.de ædi.priua.aut
de ædificio quod fit iuxta aliud ædi
ficiū priuatū:& tūc seruatur l.fi.fini.
5 reg. *Secūdò principaliter q̄ritur,
an quis possit sub mœniano siue so
lario aut pōticello extēdere pannos
seu linteamina,aut alia per q̄ aufera
tur lumē vicinis.In hoc sic distigu.
Aut vult ponere in suo tātū,ita ꝙ
nō ꝓtēdit extrà: vt puta, qa vult ex-
tendere in altū, vt faciūt illi q habēt

pon

pōticellū supra tectū:vt ē Venetijs, & maxime ꝑpter emptores, & sicut cōiter inuenitur in ciuitate Neapo. & potēst: quia quatenus durat solū suū,pōt ædificare,& ponere, & facere regulariter quod vult vsq; ad cœlū.l.fi.in prin.de ser.& l.si vitem. in §.pe.quod ui aut clā.& probatur in l.j.§.pe.& ibi gl.eo.tit.etiā si ex hoc tolleretur lumen vicino,nisi hoc faceret in despectū vicini,vel ad eius æmulationē:vt l.opus.cū gl.de ope. pub.in dubio nō ꝓsumitur malꝰ animus,vt est gl.notab. in l.fluminū.§. fi.de dā.infe.circa quod vide quę dicam in sequē.ti.ver.ij.fallit,si vellet. Aut qs vult ponere supra suū,& extēdere vltra suū:sicut quando quis super vno ligno extendit linteamina, vel similia q̄ ꝓtendūtur extra mœnianū,vel solariū,vel fenestrā: & tūc aut vult extendere supra solū vicini: & nō potest:per d.l.fi.in prin.de ser. cū alijs simil.suprà alle.aut vult extēdere supra solū publicū : & tunc aut non fit damnum aliquod vicinis vel trāseūtibꝰ:& tūc potest: quia ita seruatur,vt ibi de cōsuetudine. Aut fit damnū vicino,puta quia aufertur sibi lumen.exēplum,quis vult extēdere pānos à latere mœniani seu pōticelli versus fenestrā vicini ex obiecto,ita ꝙ eius lumen obscuret,vel ingressum solis auferat.vel q̄s vult extendere pānos per directū vltra mœnianū vel fenestrā,ab alio latere est fenestra vicini,quæ per hoc obscuraretur.vel si quis habet solarium superius,& pars inferior est alterius,& superior vult extendere pannos super pōticello ab extra super longitudine,qui panni pendētes descendūt extra pōticellū, ita ꝙ auferrent lumen, vel solem fenestris partis inferioris:& istis casibus nō potest:vt est tex.qui in omnibus istis casibus potest exēplificari, in l.ij.§. cū quidā.
6 ne quid in lo.pu. *Tertiò principaliter quæritur, quæ actio cōpetat cōtra protēdentes huiusmodi pannos. Dic utile interdictū,ne quid in loco pub.immittas:vt est tex.in d.§.cùm quidā.& ideo cōpetit vtile & directum,quia in suo,nō in publico facit,licet in publico ꝓtēdatur:vt not. ibi glo.in ver.vtile. Vltimò circa istam materiam adde quæ dixi in ti. præcedenti, & suprà de pariete siue muro,post principium, & de seruit. tigni immittendi.in vj.quæstione.

De fenestra. CAP. LXII.

1 *Fenestram in suo an quis facere possit. etiam si per eam in uicini fundum inspiceret.*

2 *Regula,quòd quis in suo inuito uicino murum facere possit, quas fallentias patiatur.*

3 *Fenestrā in muro cōmuni,ignorāte uel inuito socio,an quis facere possit.*

4 *Fenestram in muro communi eleuato pro sua utilitate tantùm,an quispiam facere possit.*

5 *Domū si quispiā uicinus eleuare uelit iuxta murū socij eleuatum,& ponere culmē æqualiter cum culmine domus uicini,uel etiā suprà,obscurando fenestras uicini,ipso inuito,an possit.*

6 *Fenestram in alieno,domino inuito,an quis facere possit.*

7 *Fenestram de ligno, quod dicitur balconus,an facere licitum sit, & ipsam aperire in publico supra solum uicini.*

8 *Promiserim si uicino sub certa pœna non facere fenestram in muro domus mea:& postea illam domū uendam, an emptor fenestram facere poterit.*

9 *Domus dominus an possit obscurare lumina domus locata alteri: uel in quo alius de domo locata usumfructum habeat.*

10 *Fenestras uitreas, ligneas, et papyreas, quæ uulgò speræ dicuntur, an quis domui sua apponere possit.*

11 *Fenestras uitreas, ligneas, et papyreas, an quis imponere cogatur, & in fenestris sui parietis tenere.*

12 *Fenestrarū uitrea, uel tela si fracta essent, adeo quòd in alterius domo uideri possit, an debēs seruitutem suis sumptibus reficere teneatur.*

13 *Fenestrarum & balconorum materia ubi nam sit remißiuè.*

1 VIDEAMVS* primò, an quis in suo posit fenestram facere, etiā si per eā inspiceret in fundū vicini. Et dicendū est, ꝙ sic regulariter: vt ꝓbatur in l. alti⁹. in prin. C. de ser. & aqua. & ibi hoc no. Bald. Et Doct. Et est ratio, qa in sua re qs pōt ædificare, dūmodo nō mittat in alienū, ēt si noceat uicino. l. fluminū. §. fi. cum duabus seq. de dam. infe. in re enim sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re mādata, C. man. Et intellige etiā, si quis haberet murum iuxta fundū vicini factū iam c. annis, & in eo nūquā fuerunt fenestrę, quia pōt dñs fenestrā facere. arg. glo. in l. qui luminibus. de ser. vrb. prædi. quia licet murus ille steterit longißimo tēpore sine fenestris, non propter hoc tollitur dño facultas ipsas faciendi, nisi quando voluisset facere, & per vicinū fuisset impeditus, & propter hoc destitisset, per l. hęc autem iura. cum ibi no. de seru. vrb. præd. *Sed
2 ista regula, quòd quis posit in suo murum facere inuito vicino, fallit in quibusdam casibus. Primò, quando esset imposita seruitus, vt in tali muro nō posset fieri fenestra. Nam possum ibi constituere seruitutē, vt nō posim in meo facere fenestram, per quā in domo tua prospicere posim: vt est casus in d. l. altius. secūdū vnā lect. in ver. pariete. C. de serui. & ibi no. Bal. qui dicit se hoc vidisse de facto in ciuitate Perusij, in domibus quæ nūc sunt comitis, aliàs dñi Iulij, & idē tenet Paul. de Ca. in l. quoties. de ser. tit. generali, vbi dicit, ꝙ talis conuētio valet, si tua interest ꝓpter honestatē, quoniā non posses viuere in domo tua liberè, cū homines nolint ab omnibus videri. & iste casus potest cōtingere quotidie inter fratres diuidētes inter se domos. pro hoc etiam facit l. venditor. in prin. cōia præd. & quod ibi no. Bart. per illū tex. qui dicit, ꝙ si ego vēdo tibi aliquam domū cū pacto, ꝙ nō posis exercere talē artē, valet ista conuētio, vt obligeris tu & hæredes tui, licet ista non sit seruitus, cū nō sit prædiū dominans, de quo dic, vt dixi suprà, de ser. pro. ijciēdi. in iij. q. Secūdò fallit, si vellē in meo facere vnā fenestra in loco, in quo esse non consueuit, quia facerē hoc ad ęmulationē uel in despectum vicini: puta quia vellem videre omnia secreta sua: per l. opus. cū ibi not. de oper. pu. & ita tenet Pe. Cy. 3
& Pau. de Cast. in d. l. altius. In dubio tamen non est præsumendum, quod faciat ad æmulationem vel despectū, vt est glo. not. in l. fluminum. § fina. de dam. infe. nisi quando per eam possent videri secreta vicini, & nulla ex hoc faciens fenestram perciperet vtilitatem: quia tūc crederem, quod hoc faceret in despectum: & ita sentit Paul. de Cast. in dicta l. altius.

to tamen, quòd hoc sit remittēdum arbitrio iudicis, qui cōsiderabit qualitatē uicinorū, si sint amici uel nō: & maximè qualitatē faciētis fenestrā & si verisimiliter fecisset eam, etiā si essent amici: arg. l. j. §. j. de iure delib. & c. de causis. de offi. deleg. & l. iij. §. j. de testi. cū simi. & si faciēs fenestram, est solitus facere in despectum uicini: tūc cōtra eū est præsumēdū. arg. l. nō omnis. §. à barbaris. de re milit. Quibus adde omnino, quæ dixi suprà, de solo siue area, ut in v. fal. uer. sed dubiū est. Tertiò fallit, quādo qs habet parietē iuxta domū uel hortū cuiusdā puellæ, vel religiosarū, uel monialiū, ut possit uidere illā puellā, aut moniales aut religiosas: qa si hoc faciat ad inhonestatem vel æmulationē, hoc nō pōt. arg. d. l. opus. de oper. pub. & in l. in fundo. de rei vēd. vbi dicitur, q malicijs hominū obuiādū est. & ita tenet Cyn. secūdùm Pet. quē sequitur Bal. & cōmuniter Doct. ī d. l. altius. C. de ser. quod bene not. cōtra uicinos ædificātes ad despectū alterius vicini: quia si hoc faciūt, vt noceāt, nō possunt etiā in suo: secus si faciūt principaliter ad suā utilitatem, licet noceāt: qa tūc possunt, vt not. in d. l. fluminū. §. fi. de dāno infect. & hoc vult etiā Pau. de Cast. in d. l. altius.

3 *Nūc dicam*, an qs possit facere fenestrā in muro cōi ignorante uel inuito socio. Et dicas regulariter, q nō: vt probatur in l. quidā Iberus. de serui. urba. prę. & ibi hoc no. Ang. & Docto. & idem not. Ange. in l. inter quos. in iiij. col. uer. ex his infertur, q in pariete. de dā. infe. dicens, q ratio est, quia p eā, puta fenestrā, mutatur facies, puta parietis, & debilitatur paries, & per consequēs nocet socio. & idē in effectu tenet Bald. in d. l. altius. in ij. no. C. de serui. & Pau. de Cast. in l. quoties. de serui. & in l. parietē. in fi. de serui. urba. præd. & ī l. pe. quæ incipit, eos. eo. tit. Dixit tñ no. Paul. de Cast. in d. l. eos. q socius pōt in re cōi facere fenestrā, vel aliquid aliud, qđ alterat rē, nisi aliqđ afferat nocumentū. p d. l. quidā Iber⁹. & l. fi. in prin. de seru. vrb. præd. Qđ nō credo esse uerū indistinctè, quia vix pōt esse, quin afferat damnū vicino, si alterat parietē, vt dixi suprà, secūdùm Ange. vnde in hoc puto sic esse distinguendū: Aut murus est cōmunis, quo ad omnia, quia sic actū fuit inter eos, & pōt. aut īter eos est cōmunis, quo ad certū usum tantū: puta pro diuidēdo hortū cōmunē, & tūc non poterit facere fenestrā in muro vnius ex socijs: p ea, quę dixi s. de pariete siue muro. in pe. q. ver. occurrit mihi. Aut est cōis simpliciter, & tūc aut faciēdo fenestrā facit damnū muro cōi, & nō pōt. d. l. qdā Iberus. in princ. aut nō facit damnū muro, sed pōt respicere in domū uicini de pręsenti vel futuro, si in area vicini posteà ædificaretur domus, & nō potest, eadē ratione, vt per regulam l. Sabinus. cōmuni di. Aut nullo modo facit damnū, nec facere potest, qa murus est fortissimus, & sic propter fenestrā alterari nō potest, nec etiā propter dictā fenestrā pōt fieri in terra seu fundo vicini, nec de præsenti nec in futurū, ita vt socij nullo modo intersit, nec īteresse potest, & tūc æquū est dicere vt possit. argu. d. l. quidā Iberus. §. fi. & l. fistulā. §. pe. & ar. gl. in l. Sabinus. in prin. præalle. aut sumus in dubio, si

nocet uel nocere pōt. & tūc stādum est regulæ d.l. Sabinus. quæ dicit, ꝙ in re cōmuni melior est cōditio prohibentis. Et prædictis adde, quę plenè dixi s̄. de scalis. versi. qd aūt dicē 5 dum. & quæ dicā j. de camino. & de necessario, & de solario.

4 *Sed circa prędicta vidi dubitari, qa vnus ex socijs pōt murū cōmunē altius tollere: vt s̄. dixi de pariete siue muro, ver. tertiò principaliter est vidēdū, a &c. an ille, q alti⁹ tollit murū cōem, posit in muro eleuato fenestrā facere & pro sua tantū vtilitate? Et ista questio depēdet à prędijs. nā murus cōmunis altius eleuatus p vnū tātū ex socijs, efficitur cōmunis: vt est casus in l. hoc qđ dictū. §. si ex trib⁹. secundū vnā lect. gl. de ser. vrb. præ. & tenet Bar. Ang. & Flo. in d.l. qdā Iberus. & dixi plenè suprà de pariete siue muro. versi. tertiò principaliter est videndū. Ergo in casib. in qb⁹ in muro cōmuni pōt fieri fenestra per vnū ex socijs tātùm: ī illis casib⁹ poterit murū eleuās in eo fenestrā facere, & nō alius: vt patet ex pdictis: qa sæpe cōtingit, ꝙ vnus vicinus eleuat murū cōmunē, & facit fenestrā versus vicinū à latere supra culmen ipsius vicini. Cōmuniter tamē vidi obseruari cōtrariū in facto, quia indistinctè dictæ fenestræ fiunt, & maximè in ciuitate Veronæ, vbi infinitis domibus eleuatis hæ fenestræ reperiuntur: & ita fuit aliàs iudicatū, & vbi esset consuetudo, in hoc illi standū esset, vt dictū est. l. de mœnianis. & prędicta intellige in muro cōmuni pro indiuiso: secus si esset pro diuiso cōmunis: qa tūc quilibet posset partē suā eleuare, & in parte sua fenestrā facere, sicut quis pōt in muro proprio ædificare regulariter: vt est dictū suprà, in prin. & hoc quādo grossities muri pateret: vt no. Bar. in l. dāni. §. cū parietē. de dam. infec. & dixi s̄. de parie. siue muro.

5 *Secū posito ,p cōstanti, ꝙ dictæ fenestræ in muro altius eleuato fieri possint p vnū tātùm de socijs, siue de iure, siue de cōsuetudine: vt qa tanto tēpore ibi fuerint à parte, ꝙ inducta sit præscriptio[a], ꝙ ibi stare possint, an si alter vicin⁹ socius vult eleuare domū suā iuxta dictū murū pri⁹ eleuatū, & ponere culmē domus suæ æqualiter cū culmine domus vicini, vl' etiā suprà, an possit obscurādo dictas fenestras vicini ipo inuito? & videt ꝙ sic. l. cū eo. de ser. & l. eos. e. ti. & p l. altius. C. eo. ti. licet illa l. altius loquat' in ædificāte in suo tātū: tñ d. l. cū eo. & d. l. eos. loquūtur gn̄aliter in quocunq; ædificāte, siue in muro ,pprio, siue in cōi. l. j. §. & gn̄aliter de le. pstā. cū si. maximè cū videatur esse eadē ratio: qa qđ cōe est, ,p eo iure, qđ ad me spectat, meū est. l. pupill⁹. §. si. de ver. sig. & audio, ꝙ ita de facto seruat' Veronæ. 6 In cōtrar. videt', ꝙ nō possit: nā cū ille murus primò eleuat⁹, ī quo sunt fenestræ sit cōis: videt' ꝙ alter soci⁹ nō possit ædificare domū suā, quæ est à latere claudēdo, vel obscurādo dictas fenestras: q regula est, ꝙ soci⁹ inuito socio nō pōt aliqd ædificare ī muro cōmuni, ,ppt qđ fiat dānū aut īcōmodū alij socio. l. Sabinus. cōi. diuid. An. & Doc. ī d. l. qdā Iber⁹. & ,p hoc vide q̄ dixi s̄. de ser. ne luminib⁹ officiat. in vij. q. Ego aūt teneo primā partē, videlicet ꝙ possit maxīe ,p ratione. Nā cū ille mur⁹ sit principaliter destinat⁹ ad recipiēdū tigna

culmē dom⁹: poterit eleuari domus sua depressa, etiā obscurādo lumina alterius vicini, p l. si cōes ædes. & qđ ibi no. cōi diui. & qđ no. in l. Sabinus. p gl. eo. ti. & ideo si esset iā ædificata dom⁹ vtriusq; vicini sup dicto muro, & vnus ipm prius eleuasset: & alter posset eū iterū eleuare, etiā obscurādo lumina vicini, q pri⁹ eleuauit, & ī muro eleuato fenestras fecit. Nā si aliter dicerem⁹, tolleret̄ sibi p directū potestas altius tollendi domū suā, & vtēdi re sua & cōmuni, ad vsum destinatū: quę essent cōtra pdicta iura. Sed vbi murus nō esset destinat⁹ ad ædificiū dom⁹, sed fortè ad diuidēdū tātùm: & vni pmissū est, vt in muro eleuato supædificet domū: tūc alter nō poterit nō tantū reficere fenestras, sed etiā qa nō poterit vti re cōi ad vsum nō destinatū, maximè nocēdo vicino: p no. per gl. in d. l. Sabinus. & qa cōcessio ibi facta prius, nō debet tolli sibi sine facto suo, per regulā l. id qđ nostrū. de re. iur. qđ bene no. qa quotidie de facto cōtingit.

6 *Supest nūc, vt dicam⁹ si qs pōt facere ī alieno fenestrā dño inuito. Et dicas breuiter, ꝙ nō, nisi esset imposita seruitus, ꝙ fieri pōt: vt est casus secūdùm vnam lect. glo. in l. altius. C. de ser. de qua vide quæ dixi suprà. de serui. luminum, versic. item est alia differentia, &c.

7 *Vltra prædicta potest quæri, an sit licitū facere fenestrā de ligno, qđ dicit̄ balconus, & ipsum aperire in publico supra solū vicini. Et dic breuiter ꝙ sic: vt dicitur de ianua: quia quatenus se protēdit stillicidiū pōt, vltrà nō: vt pbatur in l. fi. §. fi. & ibi no. p glo. de ianua. de ser. vrb. prę. de quo dic, vt dixi suprà, de ostio siue

8 porta. *Itē quæri pōt, si promisi vicino sub certa pœna nō facere fenestrā in muro dom⁹ mæ, & postea illā domū vēdo, an emptor poterit facere fenestrā. Videtur ꝙ sic: qa ista non fuit seruitus, sed obligatio qđā psonalis, qđ apparet ex forma obligatiōis, in qua nō cōtinet̄ causa, quare pmisit. Si em̄ causa aliqua exprimeret̄, puta ne aliqs vsus vicini ipediret̄, tūc seruitus pręsumeret̄. ita dicit Spe. in tit. de emp. & ven. ver. sed pone cauit. & Flo. refert in l. pomū. in princ. de ser. & vide no. in l. iij. §. opus. & ibi Bart. de alie. iudi. mu. cā fac. & in l. fi. de no. ope. nū. & in l. fi. đ cōtrahē. em. Et vide oīno dictū Pau. de Cast. in l. pe. q̄ incipit, Lucius Titius. de ser. ru. prę. & in l. ij. §. itē si in facto. circa mediū. de verb. ob. adde qđ dixit Spec. vbi idē tenet, & vide oīno q̄ dixi s. in princ. huius l. in illa q̄stiōe, quomō cognoscat̄ an sint seruitutes reales, vel psonales, vbi plenè hoc examinaui.

9 *Itē queri pōt, an dñs dom⁹ pōt obscurare lumina dom⁹ locatæ alteri, vł in quo ali⁹ habet vsumf. de domo locata[b]. Dic ꝙ nō licet domino obscurare, & si obscuraret̄, etiā ab extraneo, etiā dñs teneretur. l. si merces. §. fi. ff. loca. & ibi vide no. & idē tenet gl. ī l. si is q binas. & ibi no. Doc. de vsuf. De domo verò, in qua alius habet vsumfr. dic aut domin⁹ pleno iure vult ædificare in sua domo propria, & pōt, licet obscuraretur domus vsufr. d. l. si is q binas ædes. aut vult ædificare in domo, in qua alius habet vsumfr. & nō pōt: vt no. ibi Flo. & vide l. Scaurus. alias incipit, binas. de ser. vr. prę. & qđ no. in l. j. §. fi. si vsusfr. pe. Et ad de quod vsufr. potest bene fenestras

aperire fundi fructuarij.tex. est in l. æquissimũ. §.sed si ædiũ.de vsufr. Sed nõ põt claudere:vt eadẽ l. §.Nerua. & ibi hoc no.glo.ĩ ver.obscurare. &
10 no.gl.ĩ d. §.sed si ędiũ. *Quid aũt est dicẽdũ de fenestris vitreis,ligneis,& papyreis,q̃ vulgo sperę dicunt, an qs põt eas fenestras domui suę apponere?Et dic regulariter q̃ sic,qa ĩ suo põt qs ædificare:ut dixi s̃.in pri. nisi esset seruitus imposita, q̃ fenestra stet aperta,ut vicinus ex ea possit lumẽ habere & recipere.l. lumẽ. de seru.vr.præ.vel nisi talis fenestra ptẽderetur extra parietẽ, & stillicidiũ supra solũ uicini, qđ debet esse liberũ.l.fi.in prin.eo.tit. circa quod vide quę dicã in tit.seq.de specularibus.ver.circa ista specularia.
11 *Sed an qs cogat̃ dictas fenestras imponere, & tenere in fenestris sui parietis? Et dic regulariter q̃ nõ, nisi seruit⁹ esset imposita: vt probat̃ in d.l.alti⁹. secũdùm vnã lect.C.de seru. qđ no. qa sæpe cõtingit inter fratres diuidentes inter se domũ:qa qñ vni obuenit pars domus, quæ habet fenestras respiciẽtes ĩ hortũ uel partẽ alterius,fratres cõueniunt, q̃ ipse debeat tenere clausas fenestras cũ fenestris, puta vitreis : quoniam valet
12 ista conuentio,vt dixi. *Sed qđ si aliqua vitrea esset fracta,vel tela,vel papyrea,ita q̃ in domo alterius fratris possit videri,an debens seruitutẽ,teneatur reficere suis sumptibus? Dic q̃ sic, p l.eũ debere col.in fi.de ser.vr.præ.cõiũcta l.& si fortè.si ser.
13 ẽ.qđ no.qa est quotidianũ. *Vltimò circa istã materiã de fenestra & balcono, vide s̃. de ser. stillicidij auertẽdi,in ix.q.in fi.de ser. ne prospectui officiat,cũ trib⁹ tit.seq. & de pariete siue muro,ver.scẽdò princ...liter est vidẽdũ.& de stillicidio... tecto,in ij.q.& de pen.in prin.... Saly.in l.altius.C.de ser.& ibi... per omnes Doct.

a Præscript. *Sed qd dicem⁹ de fundo dotali, q iã ĩcœperat p̃scribi, antequam daret in dotẽ? Respõ.q̃ præscriptio nihilomin⁹ curret.licet nõ potentia... ari,postq̃ est fact⁹ dotalis: sec⁹ ... pupillo alteri succedẽti, cõtra quẽ non currit præscriptio durãte pupillaritate:licet anteà fuisset ĩcœpta,sed ... fert̃ usq; post pupillarẽ ætatẽ.l.fin.C. de anna. præscript.*

b Domo loc. *Aduerte,q̃ cõtract⁹ locationis & cõductionis, est cõtract⁹ bonæ fidei:ut instit. de ac. §.actionũ.& ideo merces debet conuenire arbitrio boni uiri.l.si in lege locationis.in pr. ff.loca. aliter restituere obligat̃. Et ... locatio facta alicui artifici ĩ dubio ĩtelligat̃ facta ppter artificiũ suũ... Alex.ĩ iij.uol.cõsi.cxxxj.in ul col...*

De specularibus. CAP. LXIII.

1 *Specularia sunt, quæ uulgo gelosię dicuntur.*

2 *Dom⁹ usumfructũ si qs habeat,an ... sibi specularia tanquã domus instrumẽta ueniãt,ita q̃ proprietari⁹ nõ possit prohibere usufructuariũ illi...*

3 *Specularia an indistinctè fenestris...poni possint.*

1 SPECVLARIA*sunt,quę vulgò gelosię dicũtur,ab inspiciẽdo dicta:vt est tex.cũ gl.in l.sed si quis. §.ppriętatis.in verũ. specularia. de vsuf.& in l. q̃situ. §.specularia... fun. inst. & instrumẽta sunt domus ...gnea, quæ in fenestris poni solẽt, ibi stãtes maximè mulieres videre & nõ videri possint:& si sunt ad ... fenestris,pars domus sunt,& de... vel...

vẽdita cõtinentur, etiã si sint in ædificio posita, & ad tps detracta reponãtur: vt est tex. in d. §. specularia. & ibi gl. & ꝑ hoc l. fundi. §. si. cũ l. se. & l. granaria. de ac. emp. Sed si sunt de nouo facta, & nõdũ imposita: sed ad hoc facta, vt imponãtur, & suppleãtur, si q̃ desunt: tunc nõ sunt pars domus, sed instrumẽto dom⁹ cõtinẽt: vt est tex. in d. §. specularia. ver. sed si non sint. *Et ideo si quis habet vsumf. domus, veniunt etiã specularia tanquã domus instrumẽta: ꝑprietarius nõ põt ꝑhibere fructuariũ illis vti: vt est tex. in d. l. sed & si quis. §. ꝑprietatis. de vsuf. & ꝑpterea videt̃ esse legata vel vẽdita dom⁹ sine instrumẽto: ideo nõ veniũt dicta specularia, q̃ nũquã fuerũt apposita fenestris, qa illa sunt instrumẽta domus, vt dixi, sed specularia affixa vel ad tps detracta vt reponant̃, bñ cõphẽderẽt̃, qa vt dixi, ista pars dom⁹ nõ sunt instrumenta, vt probat̃ in d. l. q̃situ. §. specularia. de fun. istru. *Circa ista specularia posset dubitari, an indistinctè posint poni in fenestris. Distingue breuiter. Aut quis vult ea ponere in fenestris suis, & tũc regulariter põt: nisi esset seruit⁹ cõstituta: vt dixi suprà de fenestris, ver. supest nũc vt dicam⁹. & ver. sed an qs cogat̃. Aut vult ponere in cõi fenestra socio inuito, & nõ põt, per l. Sabin⁹. cõi di. & per ea q̃ dixi suprà tit. ꝑxi. versi. nũc dicamus. Aut qs vult ea ponere in fenestris alienis, & nõ potest regulariter, nisi esset seruitus constituta, vt dixi suprà de fenestris, versi. supest nũc vt dicamus. & ver. an qs cogatur. Aut vult quis ponere in sua fenestra ꝑpria: & tũc aut specularia nõ excedũt parietẽ suũ proprium: & breuiter potest, sicut etiã in suo fenestrã facere: vt l. altius. C. de ser. nisi esset sibi seruitus imposita, vt nõ possit ibi tenere specularia, ad hoc fortè, vt ex illis fenestris posit haberi lumen in domo vicini: vt habetur in l. lumẽ. de ser. vrb. prędi. & dixi suprà de ser. lumi. ver. itẽ est alia differẽtia. & in ti. præce. in prin. in ver. superest nũc. & in ver. quid autẽ. Aut specularia excedũt parietẽ: & tũc aut sunt super solũ publicũ, & de consuetudine seruatur vbiq; quòd posint fieri: ergo dicendum est quòd posint. l. j. & l. an in totũ. C. de ædi. priua. cum si. Aut sunt supra solum vicini priuatũ: & tunc sub suo stillicidio, quatenus protendit stillicidium, vel circà fieri possunt, sed non vltrà: per l. fi. §. fin. cum ibi no. per gl. & Doct. de ser. vr. præ. & per idem quod dixi de fenestra, de ligno, suprà ti. præce. ver. vltra prædicta potest quęri.

De camino. CAP. LXIIII.

1 *In camino quot principaliter consideranda sint.*

2 *Ignis super solario facientis fieri potest, nisi uicinus incendij periculum timeat.*

3 *Solarium si cõmune sit, & ille qui est inferior, incẽdij periculum timeat, cautio damni infecli peti potest.*

4 *Murum sub solario uicinus inferior occasione incendij euitandi, quibus expẽsis facere posit.*

5 *Caminum faciens an uicino inuito murum in solario communi facere posit.*

6 *Ignem iuxta parietem communẽ etiã maximũ, sicuti solet nuptiarũ tempore fieri, quo casu socius facere posit.*

7 *Cappa camini an & quo casu à socio fieri posit.*

8 *Socius quilibet muri communis in qualibet ipsius particula portionẽ habet.*

9 *Caminum quãdocũq; aliquis in pariete communi ædificare uelit, & murus ita debilis existat, ut pro faciẽdo ignem tẽperatũ etiã pro usu suo torreretur: an poßit facere unum murum paruum à parte sua unius pedis altitudine, ut communiter ipsa flamma ascendere poßit.*

10 *Murum iuxta alienum etiã nõ dimißo spatio unius pedis, quisquam alium murum sine fundamento, uel etiam modico facere potest.*

11 *Camini tubus an, ubi, & quomodo fieri debeat.*

12 *Fumus qui de tubo camini exit, quomodo manifestet, an murus proprius communis existat.*

1 IN camino * quinq; pricipaliter cõsiderari possũt: primũ camini locus, in quo ignis fit: alterũ ipse ignis q fit in eo: tertiũ cappa ei⁹: quartum tub⁹: qntũ fum⁹, q exit de camino.
2 de singulis videam⁹. *Et primò de loco vbi fit ignis, dicas si fiat super solario, & solariũ est ignẽ faciẽtis: & põt facere qñ vult: qa quis põt vti re sua pro volũtate, nisi vicinus timeat
3 periculũ incẽdij. *Itẽ qñ solariũ est cõe: & ille qui est inferior timeret periculũ incẽdij: qa solariũ nõ haberet sub se murũ: & tũc põt peti cautio dá. infe. l. fluminũ. §. ptereà. & ibi no. Bar. & Doct. de dã. infec. & l. si seruus seruũ. §. si fornacarius. ad l. Aql. cũ gl. & p ea q̃ dixi suprà de furno: imò pl⁹ posset facere vicinus inferior murũ sub solario. ar. l. j. in fi. de
4 aqua plu. ar. *Sed cui⁹ expẽsis? videtur q faciẽtis: ar. d. l. j. in fi. nisi esset seruit⁹ apposita illius oneris ferẽdi: qa tũc deberet fieri expẽsis cõibus. ar. l. & si fortè. §. etiã. si ser. vẽ. Aduerte tñ quia nec hæc seruitus oneris fe

rẽdi esse potest hîc in re cõmu[ni] indiuiso. l. in re cõmuni. de ser. v[rb.] præ. & ideo nõ potest dici, quòd [fie]ri debeat expẽsis cõmunibus: [er]go murus sub solario per ędifica[ntem] caminũ expẽsis suis, & nõ domi[ni in]ferioris, qui solũmodo pati tene[tur.]
5 ar. l. quoties. la j. §. j. de ser. *Sed quid faciẽs caminũ põt facere m[urum] in solario communi inuito vici[no?] Credo quòd sic: qa vt dixi, nedũ vtile, sed etiã necessariũ, ppter [peri-]
6 culũ incẽdij. *De secũdo verò [di]cet de igne, qui fit in camino: [aut] murus à latere est ita grossus, qui cõis, q ex igne non põt recipere [de-]trimẽtũ: & tũc alter ex socijs põt [fa]cere ignẽ iuxta parietẽ cõmunẽ, [etiam] maximũ, sicut fit tẽpore nuptiar[um] ita tenet Ang. & Pau. de Ca. in l. [quãdã] Iberus. de ser. vr. præ. aut paries [non] est ita grossus: & tunc aut vult fa[cere] ignẽ familiarẽ & tẽperatũ, & po[test] etiã si aliquod dãnũ faciat: ex qu[o] tur ad vsum destinatũ. ar. l. fistul[as] pri. e. ti. & l. sicuti. §. fi. si ser. vẽ. & tenet Ange. in d. l. qdã Iberus. ... prin. etiã p hoc allego optimũ t[ex.] l. arborib⁹. §. si nauis. de vsufr. & ibi no. p gl. & Do. & maximè Flo... quia vtit re ad vsum destinatũ: ... in d. l. si cões ędes. & l. Sabinus. c... ui. aut vult facere ignẽ nõ famili[arem] nec tẽperatũ, propter quòd fit d[ãnum] parieti cõmuni, & nẽ potest: per qdã Iberus. p gl. in ver. adijciat hoc tenet ibi Bar. Bal. & cõiter D[oc.]
7 Ang. in l. inter quos. de dã. infe. ... tertio, scilicet cappa camini: ... ædificium fit in muro proprio ... cantis, aut in alieno, aut in cõ[muni.] Primo casu, quãdo fit in propri[o nõ] habet dubium: quia potest, nisi

cõtrariũ seruit⁹ cõstituta:per ea quę
dixi suprà de fenestra,in prin.Secun
do casu,quando fit in alieno:& bre-
uiter non potest.l.sed si inter me.in
prin.de ser.vr.præ.& l.quemadmo-
dum.§.fi.ad l.Aquil.cum si.nisi esset
seruitus imposita:per ea quæ dixi su
prà de fenestra,ver.nũc supest.Ter-
tio casu,quando fit ędificiũ in cõmu
ni pariete:& tũc subdistinguẽ:Aut pa
ries est cõmunis ad vnũ vsum tãtũ,
puta ad hortũ diuidendum,& in eo
nõ potest fieri caminus:per id quod
dixi suprà de pariete siue muro,ĩ pe.
q.& suprà de fenestra,in versi.nũc di
camus.Aut nõ est communis ad vnũ
vsum tãtũ,sed ad oĩa vel simpliciter:
& tunc si queritur an possit cauare
murũ,& tũc aut mur⁹ est pro diuiso,
& potest vsq; ad dimidiã,& vsq; quò
durat pars sua:quia tũc dicitur facere
in suo,& pro hoc gl.in l.hoc quod di
ctũ.§.j.in ver.paries.in prin.de ser.
vr.prę.Aut est cõmunis pro indiui-
so:& tũc etiã potest vltrà:quia in om
ni parte muri dicitur laborare in re
cõmuni. *Habet eñ qlibet portio 9
nẽ in qualibet particula ꝓ indiuiso:
vt no.gl.in l.q Romę.§.duo fratres.
de ver.ob.& in l.si familię.C.fa.er.&
in §.quidã.Insti.de act.Fallit hoc in
tribus casibus.Primò quando paries
nõ potest cauaturã pati:per l.cui ædi
ficiũ.de ser.vr.prę.Secũdò fallit,quã
do alter socius velit ab altera parte
sua facere caminũ:quia vnus plus iu
ris nõ habet,q̃ alius,vt dixi,& habe
tur in d.l.quidã Iberus.maximè per
Ang.q dicit circa prĩ.ꝙ ita seruat cõ
suetudo:quoniã videmus in pariete
cõmuni quẽlibet sociorũ caminũ ha
bere in parte sua.Tertiò fallit,quan
do mur⁹ esset ita debilis,ꝙ etiã faciẽ
do ignẽ itatẽperatũ pro vsu suo tor
reretur,& sibi dãnũ fieret:ꝑ d.l.qdã
Iberus.in prin.cũ ibi no.per glo.&
Doc.in ver.nõ licet.Et adde omni-
no quæ dicam ĩ.in ver.sed hic potest
dubitari.Aut q̃ritur de ipsa cappa ca
mini tãtũ:& tunc aut vult mittere ti
36 *Secũdo no.ꝙ in istis seruitut-
corporalibus, q habẽt causam di-
tinuã, dicitur quis esse in quasi p-
sessione, si nullo modo vsus esset
pore sufficienti: puta xxx. dieb-
dixi in q.præc.in fi.adeo ꝙ si tu
me, possum contra te resistere
cto. Sed si essent quædã iura, quæ
requirunt vsum, nisi interpol-
magno interuallo, tunc dicit ibi
to.ꝙ putat sufficere me possed-
semel lõgo tẽpore retro. Exemp
in l.fi.C.de ser.& intelligitur
qđ dicitur in hoc interdicto, hoc
no, hoc est, vno tẽpore, quo requi-
tur iste vsus: vt isto quinquennio
decẽnio, vel simili in electione
scopi, vel abbatis: si aliqs xxx.
circà, eligit vnũ episcopum
modò deberet eligere, imped-
sufficit enim docere, ꝙ fuit in
possessione iuris eligẽdi, in p-
ꝑcedẽnti electione, qđ est no-
ista materia, qñ quis dicatur e-
quasi possessiõe iuriũ incorp-
vide per Inno.& Doc.in c.j.

eau.pos.& ꝓp. Sũt etiã aliæ vtilitates,
esse in quasi possessione iuris, quæ
ponũtur in l.sicut.§.sed si quęrat.ff.
si ser.ven.& ibi no.& vide p Cy.in l.
37 ij.in iiij.q.C.de ser.& aqua. *Et pro
declaratione prædictorũ q̃ro, qũo
dominus poterit expellere eũ q est
in quasi pos.iuris eũdi per fundum
suũ.& gl.in l.j.§.ij.in j.gl.magna, an
te fi.ff.de iti.actuq; pri.dicit ꝙ opor
tet ꝗ agat dominus negatoria,& ꝓ
bet illi seruitutẽ nõ competere.aliàs
nõ posset eum expellere. Sed dicit
Bar.quòd hoc nõ est verũ.Nõ enim
habet necesse probare dominus ser
uitutem nõ competentẽ,sed sufficit
probare se dominum.& tũc vtẽti ne
gabitur facultas vtẽdi seruitute,nisi
probet eã sibi cõpetere:vt ff.si vsus-
fru.pet.l.vti frui.& ibi notat.& l.sicu
ti.§.sed si quęrat.ff.si serui.vend.&
habetur plenè per Bart.in l.si prius.
ff.de no.ope.nũ.Sed tenendo opin.
gl.ꝙ dominus haberet necesse ꝓba
re illi vtendi seruitutẽ nõ cõpetere,
qualiter ꝓbabitur? Dicit gl.singulari
ter in d.l.j.§.ij.in gl.magna,in fi.ꝙ
probabitur per testes, qui stabunt ibi
propè,qui dicent,quòd nõ fuit visus
ire,nec potuisset ire,quin videret.
quæ gl.est multùm notabilis:qa do-
1 cet ꝓbare negatiuam. [1]& idem no.
alia glo.similis,in authẽ.de hære.&
fal.§.si verò absunt.in ver.& vidis-
se.in fi.col.j.& vide de hoc do.Ant.
de But.in cap.ex tenore.ante fin.j.
col.extrà de testi.& Angel.in §.
hinc nobis.in iiij.col.in prin.in aut.
de hære.& falc.Vel põt probari di-
cta negatiua per testes alio modo,se
cũdũ gl.in dicto §.ij.si quis dicit,se
vidisse tali die vel mense:& probat
per testes,quòd sciuerit alibi fuisse
illo tempore:vt l.optimã.C.de con-
trahen.& cõmitten.stipula.facit qđ
no.in l.Pantonius.§.rei perduellio
nis.ff.de acqui.hære.& de ista pro-
batione negatiua habet in l.actor.C.
de proba.& in c.bonæ memoriæ.ex
trà,de elect.dicit tamen Dy.quẽ se-
quit Bar.in d.l.j.§.ij ff.de iti.actuq;
pri.ꝙ ista videtur esse dura ꝓbatio.
Quid enim si portatur in caruca vel
curru corpus,ita quòd videri nõ po
tuit,vel si iuit tempore quo illi te-
stes erãt in domo ad comedendum,
vel,&c.Certè nõ video,dicit Dyn.
qualiter ista probatiò,de qua dixi,
concludat.Pręterea ista probatio nõ
concludit illi seruitutem nõ compe
tere:licet concludat illum non esse
vsum seruitute, nisi vellet probare,
tanto tempore non esse vsum,quòd
38 seruitutem perdiderit. *Hactenus
visum est de interdicto de itin.act.
pri.quod cõpetit illi qui iuit per fun
dũ alienum,annũ & per xxx.dies,si
impeditur vel prohibetur ire.Nunc
videamus de alio interdicto,de itin,
actuque priu.refi.quod competit il-
li qui habuit seruitutem itineris vel
actus vel viæ,& vult reficere,& im-
peditur ab aliquo reficere locum il-
lum,in quo iter vel actus,aut via sibi
debetur:ne quis impediat,vel ꝓhi-
beat te volentem reficere iter vel a-
ctum aut viam:vt l.iij.§.ait prætor.
ff.de iti.act.pri.& ad hoc,vt istud in-
terdictum competat,multa sunt ne-
cessaria. In primis enim requiri-
tur,quòd aliquis sit vsus hoc anno:
vt l.iij.§.ait prætor.& §.ius autem.
ff.de iti.actuque.pri.& intelligo,sci-
licet xxx.diebus,sicut dicitur in in-
terdicto præcedenti.arg.l.j.§.ij.eo.
titu.& ita no.gl.in d.l.iij.in ver.hoc

autem vsi sunt. Ros. tamē in libellis suis in titu. si tu habes seruitutē viæ, vel itineris, vel actus, & vis reficere locum, &c. ver. sed quæritur, an istud interdictum tenet contrariū, videlicet ꝙ in primo interdicto necesse habeo ꝓbare tātū viȩ vsum hoc anno ad minus per xxx. dies, vt superi⁹ dixi, sed ī isto interdict. de iti. actuq; pri. reficiendo, debeo probare viæ vsum hoc anno. Secūdū requiritur, ꝙ quis sit vsus, nō vi, nō clā, nō precario: vt d. §. ait ꝑtor. qđ declara, vt dixi s̄. ver. iiij. principaliter reqritur.

Tertiū, scilicet ꝙ sit vsus iure seruitutis, vel ꝓ iure suo: vt l. fi. ff. de iti. actuq; pri. & ibi Bar. hoc tenet, q dicit, ꝙ etiā putat si qs diceret habere ius eūdi coherens ꝑsonȩ, nō ꝙ esset prædialis seruitutis, haberet locum hoc interdictū: vt l. j. §. illud. ver. ꝓcedet. ibi etiā hoc no. Bar. ff. de aqua quoti. & æsti. Quartū, ꝙ ꝓbet sibi seruitutē competere: vt d. l. iij. §. hoc autē. & ibi omnino vide gl. in versi. & ei seruitutē cōpetere. & ibi etiam Bar. Et in hoc differt à præcedēti interdicto, in quo nō requiritur, ꝙ seruitus debeat, vel cōstituta fuerit illi, qui vsus est itinere vel actu, vt dixi s̄. ver. tertium principaliter. queȩ & dicā ī. Item verò in hoc interdicto cū duob. seq. requirit, ꝙ habeat vsum illius itineris, vel actus, aut viȩ tāto tēpore, cuius nō extat memoria. vt l. apparet. §. si qs seruitutē. ff. de iti. actuq; pri. Nā dū dicit ibi tex. lōgeuæ possessionis, expone etiā lōgissimȩ, & talis, cuius nō extat memoria: qa cùm seruitus itineris, actus, aut viæ, nō habet causam cōtinuam: vt no. in l. seruitutes. ff. de ser. ideo tale tempus lōgissimū necessarium est, vt illa seruitus acquiratur. vt ff. de aqu. plu. arc. l. j. in fi. & l. ij. & iij. & no. p gl. & Doct. in d. l. seruitute. Et ideo vult gl. in d. §. si qs seruitutē. & Ros. in d. ti. si tu habes seruitutē viȩ, &c. nisi allegaret titulū: qa tūc sufficeret longū tp̄s x. vel xx. an. vt no. glo. mag in fi. in d. l. seruitutes. & in d. §. si quis seruitutē. in ver. lōgeuȩ. in fi. de quo dic vt plenè dixi in præce. li. in viij. q. prin. Si autē esset seruitus, q̄ haberet causam cōtinuā, tūc quæreretur longo tēpore: vt l. si quis diuturno. ff. si serui. ven. & no. in d. l. seruitute. Quintū requirit, ꝙ volens reficere, debeat cauere nomine dāni infecti, propter opus qđ vult facere in refectione. vt d. l. iij. §. qui hoc interdicto. Sextū, ꝙ reficiat aliquid vsq; ad modū cōsuetū impositæ seruitutis: vt l. iij. §. hoc aūt. ver. fieri. tē pōt. ff. de iti. act. pri. Septimū, ꝙ impediatur ille, qui vult reficere, ne reficiat vel apponat ea, quæ sunt necessaria ad reficiēdū: vt l. veteres. eo ti. Octauū, quòd si aliquid vult reficere, non ponat ea quæ sunt necessaria ad reficiendum lōgiore itinere vel si deteriorem causam fundi faceret: tunc enim impunè poterit prohiberi: vt d. l. veteres. §. fi. qđ no. secundum Barto. ibi, contra nuncios communis, quibus debet solui pro itinere tantùm pro quolibet milliari: quia si ipsi fecerunt viam longiorem, sibi imputent cur fecerunt, vt ibi. & l. non tantùm. §. annus. ff. de exc. tu. & hoc verum, nisi via breuior non esset secura, vel sibi suspecta. l. eos. §. fin. & ibi gloss. ff. de fal. vide etiam de hoc per Bar. in l. j. C. de cursu publico. li. xii. & no. in l. imperator. ff. de app. & vide quæ ple

dixi,in l.iij.in prin. ff.de verb. sign. Nonũ,& vltimũ oportet, ꝙ ille qui m vult reficere [m], portet ea quæ sunt necessaria ad reficiendũ,per eã partem agri,per quã sine maiori incommodo domini fundi portari possũt: alioquin impunè prohiberi poterit: vt l.apparet.in prin.& §.j.& de prędictis vide per Rof. si tu habes seruitutem viæ vel itineris,&c.in princi.

39 *Sed quæro an istud interdictũ de iti.actuq; pri.reficien.sit aliud à pcedenti,scilicet de iti.act. pri. & sic an sint duo interdicta,vel vnũ tantũ interdictũ,habens duo capita.Et videtur ꝙ duo sint interdicta. Nã verba pretoris separatim ponuntur in primo & secundo interdicto. Itẽ dicit l.vnde.§. hoc autẽ. ff.eo.ꝙ hoc iter dictũ distat à supiori.ergo est aliud. Item qa in primo habeo necesse ꝑbare, viæ tantũ vsum hoc anno, ad minus per xxx.dies,vt dixi in præcedenti q.prin.in fi.In isto autẽ debeo probare viæ vsum hoc anno,& debitam mihi seruitutẽ.de quo dic vt dixi s.ver.iij.& iiij.Item primũ cõpetit pro possessione tantũ retinẽda: istud interdictũ secũdũ cõtinet causam proprietatis, quodãmodo: vt l. iij.§.quędã.de interdic. & Bart.in l. iij.§.hoc autẽ.in prin.eo.ti. & ratio est,qa sicut nõ sufficit in rei vend.ꝑbare me possedisse,nisi vt probẽ dominiũ.l.in rem.in prin.ff. de rei vẽ. ita in hoc interdicto nõ sufficiet ꝑbare me possedisse,nisi etiã probem seruitutẽ cõstitutã mihi:vt d.§. hoc autem,& ex his no.differentiã inter hæc duo interdicta.Alij verò dicũt, ꝙ vnũ est interdictũ tantùm,habens duo capita,& hoc videtur tenere gl. in d.§.hoc autẽ.in ver.& ei seruitutem cõpetere.ante finẽ, ibi, itẽ not. quòd hoc secundũ caput.& hoc põt probari à simili.sicut & aliàs lex Aquilia dicitur vna,habẽs duo capita, primũ & tertiũ: vt Inst. ad l.Aqui.§. capite tertio.ff.ad l.Aqui.l.ij. Itẽ sicut lex Iulia dicitur vna,habet tamẽ quinq; capita.ff.de lib.&post.l. Gallus.& sicut cõditio etiã dicitur vnica,habens duas partes:vt ff.de condit.& de.l.ex scriptura.& hanc partẽ tanquã vltimã videtur sequi Rof. in præalle.ti.ver.quæro an istud.

40 *Itẽ quæro in hoc interdicto secundo,si habet quis necesse probare seruitutẽ sibi constitutã.dic vt dixi s. versi. quartũ, ꝙ ꝓbet.in quo differt à cõfessoria.Et quid prodest istud interdictũ interpretari? Nã in cõfessoria similiter oportet quòd quis probet seruitutẽ sibi constitutã,vel testamẽto,uel pactionibus, aut stipulationibus, vel longo tẽpore,vel longissimo,cuius non extat memoria: vt habetur Instit.de act.§.equè.& de ser. §.fi.ff.si ser.vẽ.d.l.ij.& l.si qs diuturno.habetur in l.seruitutes.ff.de serui.Respõdeo,hæc est differentia,qa hoc interdictũ de iti.actuq;.pri. reficiendo cõpetit tunc tantũ,quãdo qs vult reficere, qui dicit sibi debitam seruitutẽ.Aliàs autẽ si qs prohibeat volentẽ alio modo vti seruitute, nõ habet locũ hoc interdictũ, sed confessoria tantùm.Nam si nolebas vti seruitute,& negabãt te volentẽ vti, tu nõ habes interdictũ hoc,sed confessoriã tantũ,vt dixi.Et ita cõfessoria est genus,quantũ ad hoc interdictũ de itinere actuq; reficiẽdo:quòd vbicunq; cõpetit interdictũ,cõpetit & confessoria.& vbicunq; confessoria datur,interdictum non cõpetit: vt

vt patet ex præmissis. Interdictũ autẽ species est, & ita interdictũ locũ habet tantũ in suo domicilio, scilicet qñ aliàs vult reficere: vt dictũ ẽ. l. loci corpus. §. si quis mihi. ff. si ser. ven. Itẽ est alia differẽtia: q̃a qui ꝓponit cõfessoriam, sufficit si probet seruitutẽ sibi constitutã esse, vt dixi. Sed qui proponit hoc interdictum, duo probare oportet, se vsum hoc anno, & seruitutẽ sibi constitutã: vt l. iij. §. hoc autẽ. ff. de itin. actuq; pri. Vnde dicit Rof. in præalle. tit. si tu habes seruitutẽ viæ &c. ꝙ credit nõ esse vtile proponere interdictũ de itinere actuq; pri. nisi quando specialiter vellet reficere: quia tunc proponere debet hoc interdictum. de quo tamen dic, vt dicã in seq. q. in fi. Itẽ est tertia differẽtia; quia confessoria competit, siue aliquis possideat fundum, siue nõ: vt ff. si vsusfru. pe. l. vti frui. §. fi. Interdictum autem hoc nõ competit, nisi ei qui hoc anno vsus est, vt sæpe diximus. Aliæ etiã differentiæ colligi possunt ex his quæ dixi s. quot requirantur ad hoc, vt istã duo interdicta cõpetant.

41 *Vlteriùs quæro, quare in hoc interdicto est necesse probare ista duo, scilicet se vsum hoc anno fuisse, & seruitutem sibi constitutã esse, vt dixi in præcedenti q. nónne satis est si probet vnum tantùm, scilicet seruitutem sibi constitutã esse? quod videtur per d. l. loci corpus. §. si quis mihi. si serui. ven. & per l. vnde. §. hoc autẽ. & ibi, sin autem. & ibi, ius esse sibi reficiendi. ff. de itin. act. pri. gl. mouet istam q. in d. §. hoc autẽ. & dicit si à primo incipias, scilicet à possessione vel vsu, duo sunt necessaria, probare te vsum hoc anno, & tibi cõpetere seruitutẽ. Secus si ab altero incipias [...] cet à probatione proprietatis [...] licet seruitutem constitutã esse. N[...] tũc illã probare tãtùm sufficit: sicu[t] aliàs dicitur, nulla possessio amit[ti]tur, nisi corpus & animus inter[ue]niant, vt de acqui. pos. l. quẽad. q[uod] est verũ si à corpore incipias, [se]c[us] si ab animo: quia tunc sufficit so[lus] animus, vt l. iij. §. in amittenda [...]ti. Itẽ sicut & alibi lex dicit, doce[re] debet actor suũ interesse in actione ad exhibendũ tẽpore litis cõtestat[æ], & non tẽpore sententiæ, quod est [ve]rum, si à tẽpore litis contestatæ inci[pi]pias. secus si à tẽpore sententiæ, qu[ia] tunc illud sufficit: vt ff. ad exhib. l. [re]gni. §. vlti. Simile etiã habetur in [l.] potuit. C. de iure delib. & l. si liqu[e]at. C. de inoffi. don. & dicit Bar. in d. §. hoc autẽ. q̃d istã opi. videntur te[]nere omnes Doct. tamen secundu[m] glo. ibi, huic opinio. obstat quod di[]citur in d. §. hoc autẽ. ibi, cæterũ si desit alterutrũ, deficit interdictum. Sed expone secundum glo. Alterutrum, ꝓ altero: sicut & aliàs. ff. de le[]ga. j. l. si ex toto. §. j. Vel aliter potest dici. & ista est secunda opin. secundum gl. in dicto §. hoc autem. videli[]cet si in cõfessoria prohibetur quis reficere, satis est si probetur seruitutem competere agenti confessori[a]: sed in hoc interdicto duo proba[ri] debent, vt dictum est. & istud pla[cet] Bar. in d. §. hoc autẽ. & videtur tenere glo. ibi, & Rof. in loco præal[]leg. qui dicit, ꝙ nihil prodest in [...]cio agere hoc interdicto, sed [...] in cõfessoria, quæ minori onere [pro]bandi grauatur. q̃d intelligendu[m] secũdo interdicto seu secũdo [...]te, de itin. actuq; refic. secus i[...]

quia in illo nō requiritur, ꝙ probetur, ꝙ sit seruitus cōstituta, vt s. dixi. Vnde tu sis cautus, vt si impediaris reficere iter aut actū vel viā, potius non intentes confessoriā, quàm interdictum de itine. actuq; refic. *Vltimò quęro, quare in hoc interdicto si ꝓbo me esse in quasi possessione viæ, itineris, vel actus, habeo necesse probare, ꝙ sit mihi inuito seruitus cōstituta, & quare non sufficit sola quasi possessio, cū & hoc aliàs in reb. corporalib. sufficit. qa si probo me possidere, non habeo necesse aliud ꝓbare. & nisi actor probet qđ intēdit, possessio remanet apud me: vt l. fin. ff. de rei vendica. & l. ij. C. de probatio. cū simi. Itē quia hoc est in liberali causa, quę est res fauorabilis. l. libertas. ff. de reg. iur. & prætor fauet libertatib⁹. vt l. iij. ff. de alie. iud. mu. cau. fac. & §. fi. Insti. de dona. tamē si possideo aliquē seruum, & ille dicat se liberū, nō habet necesse probare se liberū, nec ego habeo probare illum esse seruū, cū sufficiat mihi sola possessio. C. de prob. l. & si possessione. & l. vis eius. cum fauorabilior fit causa personarū, quàm rerū: vt l. sancimus. C. de sa. san. eccle. Respōdeo secundū Rof. in dicto suo libello, si tu habes seruitutē viæ &c. quæ non est in promptu. Nā qui seruitutē sibi deberi cōtēdit, semper in alieno molitur, & in re aliena intendit illā sibi deberi: alioquin si res esset propria, seruitus peti nō posset. l. vti frui. ff. si vsusfr. pet. Vnde ex quo certū est, ꝙ seruitutem mihi assero in alieno, necesse est, ꝙ debeam probare, ꝙ mihi debeatur per stipulationē, vel testamentū, vel longo tēpore, aut lōgissimo, vt dixi in præcedenti li. in vij. q. prin. nam quodlibet prædiū præsumitur liberū, nisi probetur seruitus imposita: vt l. alti⁹. C. de ser. & aqua. At in reb. corporalibus [n] sufficit mihi sola possessio. Nā si possideo, non habeo necesse aliquid probare, cùm de intentione actoris non constet: vt d. l. fi. C. de rei vē. & l. qui accusare. C. de edē. Sed si constaret de intētione actoris, tūc prior haberet necesse probare, qualiter illa esset sua. ff. de rei. ven. l. officiū. Sed qñ dico seruitutē me quasi possidere, qa cōstat de intētiōe aduersarij, id est, ꝙ prædiū est suū, necesse habeo ꝓbare seruitutē mihi constitutā esse, vel alio modo mihi debitam: & hic est casus vbi quis possidens, supprimeret partē actoris. vt Insti. de act. in §. æquè. Item ire per fundū alienum, cuilibet liberum est: prohibere tamē ingredi volentem possum: & si ingrediatur, iniuriarū tenetur: postquam tamen ingressus est, illum prohibere nō possum prohibitione non interueniente: vt l. iniuriarū. §. fi. ff. de iniu. & Insti. de re. di. §. planè. de quo dic, vt dixi s. in ver. quæro pe. Nec ob. quod dixi de seruo ꝓclamante, quia ex hoc seruus est in possessione seruitutis, & proclamat in libertatem, dicit se liberū, & affirmatiuam proponit. vnde meritò debet se probare liberum. In seruitutibus autem cōtrà. Si enim possideo, & dominus prædij seruientis intentet negatoriam contra me: ego ei cōtradicam, ius esse mihi eundi agēdi, quia affirmatiuam propono, illā probare debeo. Idem est in seruo: cùm enim seruus proclamat in libertatē, & ego nego ipsum esse liberū: quia simpliciter factum nego, non debeo

proba

probare, nec sufficit mihi sola possessio. Ille autē qui dicit se liberum, cū affirmatiuā ponit, tenetur ipsam ꝓbare: & habetur in l. scriptus. ff. de no. ope. nun. & in §. æque. Instit. de act. Cætera circa istā materiā vide in superiori lib. in ti. de serui. itine. seu actus. & in ti. de aditu seu itinere, & quæ dicam in sequenti titulo.

a Cōceditur. *Qñ aliqd alicui conceditr, licet ad aliquē usū, an cēseat cōcessa ꝓprietas, uide Cor. iiij. uol. cōsi. ccxcv. et cōs. lxxxiij. Vtrū cōcedēs cōcedat necessaria oīa q̄ sequūtur ex illo? Respō. quòd sic. viij. dis. quo iure. & de offi. dele. cū sup. de dolo et cōtu. cū dilect⁹.*

b Factū. *Vtrum plus sit facto cōsentire quàm uerbo. Respōd. ꝙ sic. gl. est ī c. in causis. de elect. uide gl. in c. dilecti filij. el ij. de ap. ubi plus factis loquimur. factū ubi promittitur uenit qđ interest in obligationem. ff. si quis in ius uoca. non ier. l. cū qui.*

c Res legata. *Quilibet in traditiōe suæ rei pōt pactū apponere, dūmodo sit legibus approbatū. l. in traditionib⁹. ff. de pact. de cōdi. c. uerū. in gl. rē habere uidetur q̄ fruitur pretio ei⁹. ff. de usuf. l. qa qui pretio. & uide Cor. ij. uol. cōsi. lxxxiiij. & cōsi. ccxix. inci. in præsēti.*

d Vēditione. *Aduerte ꝙ si uēdēs intendit uēdere unā rē, & emens intēdit emere aliā in substantia, nō ualet uēditio: ut uēdens intēdit unū agrū uēdere, & emēs aliū emere. l. in uēditionibus. ff. de contrahen. emp.*

e Emphyteo. *Emphyteota, & uasall⁹ ad tēpus cōstituti nō tenētur cauere de restituēda re uel saluanda. gl. est sin. ff. de usuf. l. j. Sed cōtrà uidetur casus. C. de leg. l. ij. Bald.*

f Fundū. *Petēdo simpliciter, nūquid uideatur petere seruitutē? gl est no. quòd sic. in l. rei appellatione ff. de u[…]*

g Damnū. *Dānū præsumitur in[…] datū à proximioribus & uicin[…] tex. est no. in l. j in prin ff. ad S[…] fundo instructo. le. si ita testam[…] ff. loc. l. dominus horreorū. & [...]rēte malefactore tenētur ipsi ff. de cen. rui. & naufrag. l. nequid[…] de Iaco. de Are. in aut. nulli iudi[…] quia uerò.*

h Possessio. *Possessio uiolēta non [...]uat possessorē ab onere probādi[…] probat. l. si uis. & ibi per Bar. [...] Inno. in c. ij. extrà de ser. non c[…]*

i. Negator. *Si ī iudicio deducatu[r …] habeat necesse probare, uide gl[…] ope. no. nun. l. si prius. ff. de iti. a[…] pri. l. j. §. hoc interdictū. Ray[…] liter ī negatoria probatur de iur[…] in rub. co. ꝙ ꝑ uicinos. qui ibi ꝓp[…] ut dicit gl. i d. l. j §. hoc iterdictū[…]*

k De negatoria. *Dic ut ꝑ Ber. in [...] ecclesia Sutrina. de causa pos. & [...]prie. & ꝑ Dy. Instit. de Acti. §. a[…]*

l Negatiua. *Negatiua quō sit pro[…] uide Cor j. uol. cōsi. cx. Et proba[…] gatiuæ uidetur impossibilis, si ne[…] arctata loco et tēpore. ī ij. uol. c[…] Et negatiua est probāda per […] fundat in ea, uide ī iiij uo cō. lxx[…] & uide Alex. ij. uōl. con. cxxxvj.*

m Reficere. *Quid sit reficere, tex[…] lior, quàm sit in iure. ff. de riu. l. [...] inde ait prætor reficere. Bal.*

n In rebus corporalibus. *Anim[…] ralibus requirat animus & co[…] est, uolūtas & factū. nā incor[…] facto possident ff. de ser. urb. p[…] uitutes q̄ in superficie. in fin p[…] in acquirēda possessione. Ita […] in c. literis. de restit. spo. unde c[…] poralia iuris intellectū habē[…] ra sunt. Sed quædam inhæ[…]*

poralibus, ut iurisdictio, quæ adhæret territorio: ut C. ubi & apud quos. l. fi.

De seruitutibus actus.

CAP. II.

1 *Actus est ius agendi uel iumentum, uel uehiculum.*
2 *Actum qui habet, an iter quoque habere dicatur.*
3 *Actus & iter in quo differant, & conueniant.*
4 *Iter, qui habet, instrumenta agrorum ducere nequit: sed qui actũ habet sic.*
5 *Actus & uia in quo differant.*
6 *Actus latitudo quanta esse debeat.*
7 *Seruitus actus si tam angusto loco cõcessa fuerit, ut neq; uehiculum, neq; iumentum per locum perduci possit, an actus, uel iter esse dicatur.*
8 *Actus seruitutem in fundo habens an per quamlibet eius partem seruitute actus uti possit, et aliquando per unã, aliquando per aliam.*
9 *Actus electio ad quem spectat, quando sine ulla loci determinatione constituitur, an scilicet ad constituentem, & eius hæredem, an illi, cui actus seruitus constituta fuerit.*
10 *Actum per certum locum si quispiam alicui cesserit, an possit posteà plurib. per eundem locum actum cedere.*
11 *Actus uni si deberetur, ut uehiculis trium generum uteretur, & alio genere usus fuerit, uel quid superfluum egerit, an per hoc ipsam seruitutem amiserit.*
12 *Actus seruitutem si fundus debeat, & fluminis pons occupatus sit, & posteà alluuione restitutus, an seruitus amissa in pristinum statum restituatur.*
13 *Actus seruitutem locus debens si quis inũdatus fuerit: an dominus fundi pati teneatur, quòd possit ille, cui seruitus debetur, in alia parte fundi agere.*

1 DE SECVNDA* seruitute rustica, quæ actus dicitur, nũc est uidendum. Actus est ius agẽdi, vel iumentũ, vel vehiculũ. l. j. §. Actus. ff. de ser. rust. præ. & §. actus. inst. eo. & intellige agendi, ducendi ad manus, vel ante se, vel subtus se. & not. gl. in dictis iuribus, ita ꝙ qui iter habet, actũ nõ habet: qui actũ habet, & iter habet: eaq; vti potest sine iumẽto, vt ibidem dicitur. Sed cõtra hoc vltimũ opponitur, & videtur, ꝙ imò ille qui actũ habet, iter nõ habet: qa iter & actus sunt diuersæ & separatę seruitutes, vt patet ex earum diffinitione, vt l. loci corpus. §. j. ff. si seru. vẽ. & vna potest esse sine alia, vt ibi: nec vna inest in alia: vt l. j. ff. de adi. leg. & adeo sunt diuersæ istæ seruitutes, iter, & actus, vt si primò petij iter, & succubui, nihilominus actum petere potero: vt l. si iure. §. si quis iter. ff. de exce. rei iu. & no. glo. in d. §. j. Nec etiam ille, qui habet actũ, potest habere seruitutẽ itineris: qa tunc haberet duas seruitutes: & vna adempta, altera maneret. l. si ædes meæ. in prin. ff. de ser. vr. præ. Quod tamẽ lex negat, quia adempto itinere, vbi debetur act⁹, nihil amittitur. ff. de adi. leg. l. j. ad hoc respõdeo secundũ gl. in d. l. j. ꝙ iter vnũ est seruitus, aliud quod nõ est seruitus, sed quędã cõmoditas, quæ inest in seruitute actus.
2 *Si quæritur de isto secundo itinere, scilicet quantũ ad cõmoditatem, & nõ quantũ ad seruitutẽ: & tunc qui actũ habet, iter habet: vt no. gl. in l. j. §. actus. ff. de ser. rust. præ. & inst. eo. §. actus. & in d. l. loci corpus. §. j. si ser. ven. & in d. l. j. ff. de adi. le. & non potest, secundũ gl. ibi, ista commoditas separari ab actu. &

pōt esse ratio, quia ista commoditas
itineris dicitur esse pars ĩtegralis ad
actũ: quia ex cõmoditate itineris &
agẽdi cõstituitur act⁹: vt l. si pupilli.
§. qui actus. ff. de ope. no. nũ. secũdũ
gl. in l. si nũc. §. si quis iterũ. ff. de ex
ce. rei iu. & ita no. Bar. in l. q vsumfr.
ad fi. ff. de ver. ob. dicit tñ not. glo. in
d. l. loci corpus. ꝙ etiã quo ad cõmo
dũ, pōt esse vnũ indubitãter sine a-
lio, vt qa sic in constituẽda seruitute
sit actũ, vel sol⁹ tñ iret, vel cũ socio,
vel cũ equo, vel vehiculo tãtũ. Pro
hoc tex. ĩ l. ser. §. modũ. in prin. ff. de
ser. Si verò loqmur de primo itine-
re, qđ est seruitus, & istud nõ cõtine
tur sub seruitute actus; imò tũc sunt
duæ diuersæ seruitutes, & partes se-
paratæ. & ita loquuntur contraria.
3 *Vidimus diuisionẽ seruitutis a-
ctus. nũc secũdo loco declaremus, in
quo differãt, & cõueniãt act⁹ & iter.
Et breuiter in hoc differunt. Nã iter
est, quò qs pedes vel eques cõmeare
pōt. Actus verò, vbi etiã armẽta tra-
here, & vehiculũ ducere liceat; vt l. ĩ
ter. ff. de ser. ru. præ. & expone armẽ
ta, vt sunt boues: vt l. boues. in prin.
de ver. sig. & l. seruus legatus. §. ar-
mẽto. ff. de leg. iij. Sed aliàs habetur
in litera armamẽta, & glo. ibi expo-
4 nit, id est, instrumenta agrorũ. *Vn
de ex hoc nota, ꝙ qui habet iter, nõ
pōt ducere instrumẽta agrorũ. sed si
habet actum sic, & intelligo trahẽdo
ipsa instrumẽta p terrã. als nõ habe-
ret dubiũ. imò dũ loquitur ibi de a-
ctu, dicit & armenta, nihil operaret:
cõtra l. si quãdo. de leg. cũ sim. Item,
est alia differentia, qa qui habet iter,
nõ pōt plaustrũ seu vehiculũ ducere
vel iumentũ ante se vel post se. Sed
ille q habet actũ, bene pōt. l. q sella. ĩ
prin. ff. de ser. ru. & probat in l. j. §
eo. ti. & inst. eo. §. j. & ĩtelligē
mẽtis & armẽtis. imò ille q habet
ctũ, nedũ pōt secũ ducere bou
etiã equos & equas, aut mulos
ratos, secundũ Do. Paul. in d. l.
actũ. in fi. Conueniũt aũt in hoc it
& actus, quia qui habet iter vel a
nõ pōt trahere lapidẽ aut tignũ p
terrã, nec in eis hastã rectam ferre
cet: quia neque eũdi neq; agẽ
tia id facerẽt, & possent fructus
vt d. l. qui sella. in princ. & ideo l.
possibile sit, ꝙ frumẽta nõ lædã
inferre tñ hastam rectã nõ poss
quia inspicitur quod euenire pōt
no. gl. Secus est in illo, qui habet
uitutem viæ, quia & trahendi lapi
aut tignum, & rectam hastam fer
di ius habet, si modo fructus nõ l
dat: vt d. l. qui sella. §. j. Potest tam
modus adijci in seruitute act⁹, p
quo genere vehiculi agatur, vel
agatur, veluti cum equo dũtaxat,
certũ pondus vehatur, vel certa
portetur: vt l. seruitutes. §. modũ
ff. de ser. & l. si cui. in princ. ff. quē
5 ser. amit. *Quæ aũt sit differẽti
ter actũ & viã, vide p glo. inst. de
§. via. & in l. j. §. j. ff. de ser. rust. p
& dicetur in tit. sequenti circa pr.
6 *Tertiò videamus, quanta lati
do actus esse debeat. & dicendũ
Aut latitudo non est demonstra
quia de ea nihil est dictum: & tũc
bitrio iudicis statuenda est: vt l.
to gene: i. §. latitudo. ff. de ser.
præd. ex quo patet, quòd si lati
actus non designata, designatur
iudicem, non per l. quod secus
via: vt l. viæ latitudo. eo. ti. de
çam in sequenti tit. cir. prin. Q
adde quæ dixi s. ti. proxi. vers.

ro quanta debet esse latitudo itine-
7 ris.& ver.præcedenti. *Sed quid si
tam angusti loci demonstratione fa
cta seruitus actus concessa est, vt ne
que vehiculum, neq; iumentum per
illũ locum perducere possit: an erit
actus vel iter? & videtur quòd non
sit iter: quia illud nõ fuit cõcessum.
Itẽ nec actus, quia est contra naturã
illius seruitutis, vt l. iter actus. ff. de
ser.rust.præ. Vñ dicitur illud, Quod
potui, nolui: quod volui adimplere
nequiui. vt l. multũ interest. C. si qs
alte. vel si. & in ca. cũ super Abbatia.
extrà, de offi. de leg. cũ si. dic q̃ debe
tur iter, & nõ actus: vt est casus in l. si
tam angusti. ff. de ser. de quo dic vt
ibi per Docto. & plenius in ti. de ser.
viæ. & in ti. seq. *Quartò principa-
liter quæro, an habẽs seruitutẽ actus
in fundo, possit agere, id est, vti ser-
uitute actus, per quãlibet eius partẽ,
& aliqñ per vnã, aliquando per aliã?
dic vt habetur in l. si certo generi. §.
si totus. ff. de ser. rust. prę. & vt plenè
dixi in ti. præcedenti. ver. quęro nũ
quid habens seruitutẽ itineris. *Itẽ
ad quẽ spectet electio actus, quando
sine vlla loci determinatione cõsti-
tuitur, an ad cõstituentẽ & eius hæ-
redem, an illi cui seruitus actus est
constituta? Vide quæ dixi in præce-
denti li. in ix. q. princi. & in ti. præce
denti. ver. quæro etiam quid si lega-
10 tum. *Quæro quintò, quid si per
certum locum quis actum alicui ces
serit, an possit posteà vel plurib. per
eundem locum actum cedere? Dic
regulariter q̃ sic: per l. qui per certũ.
ff. cõm. præ. & per l. ij. §. j. ff. de serui.
rust. præ. per l. Lucio. ff. de aqua quo
ti. & æsti. quod declara vt dixi in tit.
pręcedẽti, ver. quæro circa prędicta.
11 *Quæro sextò, circa amissionem
seruitutis actus: vni actus debebatur
vt vehiculis trium generũ vteretur,
& alio genere fuit vsus, vł si ampli⁹
quàm licuerit, vexerit: vel si latiore
actu vsus sit: aut si plura iumenta ege
rit, quàm licuerit: an per hoc seruitu
tem amiserit? Dicas quòd nõ. & idẽ
in similibus, in quibus quis plus fa-
cit, quàm ei licuit: non tamen pro-
pter hoc ei plus cõceditur, quàm pa
ctum est in seruitute habere: vt l. si
cui. in princ. ff. quemadmo. ser. amit
12 ta. *Item si fundus debet seruitu-
tem actus, & pons fluminis occupa-
tus est, & posteà alluuione restitut⁹:
an seruitus amissa in pristinum sta-
tum restituatur? Vide l. locus. in
princip. ff. quemad. ser. vẽ. & quod la
tè scripsi in ti. præce. versi. item not.
13 q̃ si fundus. *Item locus debens
seruitutem actus, est aquis inunda-
tus: an teneatur dominus fundi pati,
q̃ possit ille cui seruitus debetur,
agere in alia parte fundi? Vide quod
plenè scripsi in seruitute præceden-
ti, ver. sed quid si locus debens serui
tutem. Cætera circa istam materiã
vide quæ dixi in ti. præcedenti. quia
multa cõtraria sunt ĩter iter & actũ,
vt ibi patere potest. & vide etiã quæ
dicentur in ti. se. vbi plura quæ dicẽ
tur de via, conueniẽt huic seruituti.

De seruitute uię. CAP. III.

1 *Via est ius eundi, agendi, & ambulandi.*
2 *Via & actus an inter se differant.*
3 *Strata quid propriè sit.*
4 *Viæ latitudo quænam sit, quando uia seruitus promißa fuerit.*
5 *Pedis mensura quænam sit.*
6 *Via uel stratæ latitudo, in qua seruitus non debetur, quænam sit.*

7 Seruitus una uel plures quando dicatur, & quomodo cognoscatur.

8 Fundorum dominantium ad pluralitatem plures seruitutes resultant, etiã si unus tantũ fundus pluribus seruiat.

9 Seruitus una uel plures si cognoscãtur, quæ utilitas resultet.

10 Viæ caput, & finis, & medium, & latera quo in loco esse dicantur.

11 Aedificium iuxta plateam autoritate publica si destruatur, an platea ampletur, & utrum uia iuxta illud ædificium destructum desinat esse, & incipiat esse platea, an uia remaneat, sicut erat primò.

12 Statutum si dictauerit, ꝙ in platea pœna duplicetur: ubi platea sit, et ĩcipiat.

13 Via media quæ dicatur.

14 Viæ caput quantũ spatiũ occupet, quãtum pes, seu finis, & quantũ medium.

15 Viæ mensuratio unde incipere debeat.

16 Via quotuplex esse dicatur.

17 Regalia quæ propriè dicantur.

18 Viam esse publicam ad probandum quid requiratur.

19 Via publica an unicuique ire licitum sit, & ducere currum, uel plaustrum, aut lapides.

20 Ius eundi per uiam publicam an præscribi possit.

21 Via publica cuius sit.

22 Loca publica an uendi uel alienari possint, & per quem, & quomodò.

23 Ciuitas Paduæ non posset facere aliquod statutum, nec aliquid alienare sine Venetorum licentia, apud quos omnis administratio existit.

24 Via publica an priuato licitũ sit aquã simpliciter ducere, uel per conductum ligneum, uel lapideum.

25 Ponticellos seu pontes facere an supra uiam publicam licitum sit.

26 Via publica an per priuatum aliquo modo occupari possit.

27 Via publica an claudi possit.

28 Domus uel fundus, qui undiq; ... unius tantùm essent, an ille ... publicam claudere posset.

29 Viam publicam si quispiam ... uel claudat, an contra claudent... impedientem agi possit.

30 Viam si aliquis clauserit, an ... autoritate clausuram frangere ...

31 Via publica, quæ est in una co... si claudatur, an alius de alia ... cuius parum aut nihil interest, ... possit, ut dicta clausura destrua...

32 Via publica duarum communita... sit, per quam eant currus commu... tis utriusq;, cui ex dominis terr... applicanda sit.

33 Statuto si caueatur, quòd uulne... in uia publica magis puniatur, ... si alibi uulneret, & aliquis per... in uia priuata, per quam tamẽ ... blicè fiebat, an puniatur, ac si ... publica uulnerasset.

34 Statutũ si sit, ꝙ si quis fundũ ... rit, cohærens seu confinis aut colla... lis idẽ pretiũ præsentare possit, ... dũ uenditum ab emptore uendic... aliquis fundũ uendat, & uicin... habet aliũ fundũ propinquũ ... publica interueniente, uigore dic... tuti preciũ præsentare uelit, an ...

35 Federicus imperator condidit ... legem Græcam, quæ ius protho... uocatur.

36 Via communis si ad castrorum ... existat, ad cuius iurisdictione... dia pertinere præsumantur.

37 Fundum uel domum si quispia... uerit, uel uendiderit, an conces... deatur, quòd ex fundo extern... uendentis uiam habere debea... duo fratres sint, aut socij, et ...

diuidat, an i dubio actu uideat, q̃ un⁹ per alterius parte uiã habere debeat.

38 Via publica si aquis inundata, aut aliter destructa fuerit, an per uicini fundum iri possit.

39 Viam publicam si quispiam in uicini agrum reiecerit, an is, per cuius fundum uia publica facta sit, cõtra ipsum agere possit.

40 Viæ reiectæ actio quæ cõpetit, & quæ etiam necessaria sunt ad hoc ut cõpetere habeat.

41 Viæ reiectæ actio propter quid competere dicatur.

42 Via reiecta ut moueatur, si agatur, quid iuris.

43 Egerit si quispiã contra uicinũ suum, qui uiam publicã in fundum suum reiecerit, & per uiæ reiectæ actionẽ interesse suum consecutus fuerit, an postea uiam claudere poterit.

44 Viam priuatam si quispiam per uicini sui fundum reiecerit, nunquid actione priuata agetur.

45 Viæ reiectæ in actione quomodo libellus formari debeat.

46 Viæ reiectæ in actione quomodo actor & reus positiones formare debeant.

47 Viam munire uel reficere an quilibet teneatur.

48 Clerici ad uiarum reparationem an teneantur.

49 Gabella pro plaustris & curribus, quæ pro uiæ refectione ad portam soluitur, si imponatur, an ecclesia teneatur.

50 Ciuitas uel uilla si de nouo unã uiam facere uelit, & onus rebus pro uiæ uel pontium expensa imponere uoluerit, an etiam ipsis ecclesiis imponi possit.

51 Viæ ad refectionem an scholaris, uel qui domum conduxit teneatur.

52 Emphyteota seu liuellarius an uiam publicam ante domũ emphyteoticam reficere teneatur.

53 Vsufructuarius an ad uiæ refectionem teneatur.

54 Maritus, qui fundum dotalem iuxta uiam publicã habet, quæ refici debet, an ad ipsam refectionem teneatur.

55 In domo aliqua si quispiã gratis habitet, nũquid ad uiæ refectionẽ teneatur.

56 Viã an quis reficere teneatur, si prius domus cedere uoluerit, quam iuxta uiam habet.

57 Via publica si destructa non fuerit ex antiquitate uel casu, sed aliquis ipsam exarauit, seu aliter destruxit, an ipsi uicini teneantur.

58 Viam si quispiam destruxerit, & non habeat unde soluat, an uicini ipsam reficere cogantur.

59 Viam publicam si quispiam reficere uoluerit, an possit & quomodo.

60 Statuta de refectione uiæ loquẽtia, an purgationem cõprehendunt, & quid purgare dicatur, & quomodo etiam libramentum capiatur.

61 Viam publicam qui purgare tenetur, quid facere debeat.

62 Viam publicã si quispiam reficere uoluerit, & ab alio impediatur, qua actione in impedientem agetur.

63 Interdictum de uia publica ad hoc, ut contra impedientem reficere competat, quæ necessaria sint.

64 In interdicto de uia publica quomodo libellus formari debeat.

65 In interdicto de uia publica quõ actoris & rei positiones formare debeat.

66 Via in publica si quispiam aliquid ponat, uel ædificet uel immutat eo casu, quo non potest, quo iure contra ipsum agetur.

67 Interdictũ de uia publica siue sit unũ, siue duo, quæ necessaria sint ad hoc, ut

ista interdicta dentur.

68 *Via qualiter publica, uel priuata, aut uicinalis dicatur.*

69 *Libellus in interdicto, quādo quis ædificabit in uiā publicā, uel aliquid immisit, aut ædificare uel immittere uelit, quomodo formabitur.*

70 *Positiones actoris & rei in tali interdicto qua forma formari debeant.*

71 *Via publica ire, & agere, & plaustrū ducere, cùm regulariter cōceßum sit, si quis ab aliquo, q prohibere nō pōt, impediat̃, quo remedio ei succurret̃.*

72 *Libellus in interdicto ut liceat ire, agere, &c. quomodo formari debeat.*

73 *Positiones in interdicto, ut liceat, &c. quomodo formari debeat.*

74 *Pedagia qui colligunt ab his, qui per uiā publicā uadunt, an de iure poßint prohiberi exigere, & colligere.*

75 *Via de publica in actione, an procurator constitui poßit.*

76 *Actione de uia publica, an fideiußor accedere poßit.*

77 *Libellus quomodo super uia priuata formari debeat, quando dicitur, quòd uiæ seruitus debetur.*

1 VIA* est tertia seruitus rustica: quæ sic diffinitur, Via est ius eundi, agendi, & ambulādi: vt l.j. §. via. ff. de ser. rust. pręd. & Inst. de ser. §. via. quæ verba declara, vt dixi in duobus titulis pcedētibus, in princ. & iter & actū via in se cōtinet, vt dicitur ī dictis iurib⁹. Et licet sint tres seruitutes diuersæ separatæ, tñ via cōtinet in se iter & actum cū cōmoditate. quod declara, vt dixi, de actu cōtinente in se iter, in ti. præcedēti. circa prin.

2 *Et ex hoc videtur inferri, quòd nihil plus inueniatur in via, quàm ī actu, & sic nulla sit inter istas seruitutes differentia. Tu tamē dicas cōtrariū, videlicet q imò ... aliquæ differētiæ, & q plus inue... in via, q̄ in actu. Prima differētia ... qa qui habet viā, pōt trahere ... & lapides, & rectā ferre hastā, q... permittūtur habēti actū, vt l. q... §. j. & §. q viā. ff. de ser. ru. præ. & ... de quæ dixi in tit. pręce. in ij q. p... ante fin. Secūda differētia est, si ... latitudo nō fuit designata per p... tes, tūc tāquā incerta nō est in ... vt l. viæ latitudo. & l. via cōstitu... prin. & l. certo generi. §. latitudo ... de ser. ru. præ. & voluit gl. ī l. j. §. ... eo. tit. & Insti. eo. §. via.

3 *Propria declaratiōe aūt huius materię, ... vidimus qd sit via, quæro primò q... sit strata. & dic q est via mato... lapidib⁹ viuis vł coppis: vt l. j. §. ... ff. de via pub. & iti. pub. re. & ibi ... no. Bar. q. dicit, q in ciuitate Pe... appellat̃ via regalis vel cōsularis. ... sic differētia inter viā & stratā: ... bat̃ in l. absit. C. de priui. dom⁹ A... lib. xj. & ibi hoc etiā no. Bar. q di... istud esse vtile ad statutū, dicēs, q... mittēs maleficiū in strata, pœna ... pli puniat̃. Nā si accusator dicit ... leficiū esse cōmissum ei in via, ... cōcludit pœnā debere duplica... l. j. §. docere. ff. vi. bo. rapt. quod ...

4 *Quæro secūdò, quę sit viæ la... do, qñ seruitus viæ pmissa est ... aut cōstituens seruitutē design... eius latitudinē: & illa erit, & po... cōstituere, q sit latior viij. pedib⁹ ... angustior, dūmodo eā latitudi... beat, qua vehiculū ire possit: al... quin iter erit, non via: vt l. via co... tui. in prin. ff. de serui. rust. pręd. ... certo generi. §. latitudo. ver. in ... aliud. eo. ti. & l. si tā angusti. C. de ... ui. & vide quę dixi in tit. pręce...

ver.sed qd si tā angusti. Aut nulla latitudo p constituentē seruitutē designata est: & tunc per l.designatur, quoniā viæ latitudo ex l.xij. Tab.in porrectū,id est,directū viij.pedes habet:in anfractū,id est,vbi flexū est in angulis.xvj. vt l. viæ latitudo. ff. de serui.rust.pręd.& not.gl.Insti.eo. §. via. *Pes verò est mēsura, secūdū Isidorū, quæ debet intelligi ī dubio spatio quinq; digitorū: vt est gl. no. in xvij.q.iij. sicut antiquitus. & not. Bal.in l.j.ff.si qs cau.& ibi p Doct.& Albe.de Ros. in l.ij.circa prin.C.de his q ad eccl.cōfu.& Saly.in l.j.in antepe.q.C.de interd.& dixi in l.iij.in prin.ff.de interdi.vbi posui de multis generib⁹ mēsurarū & pōderū, & ibi dixi, ꝙ digitus est minima pars agrestiū mēsurarū, & ꝙ vncia habet
6 tres digitos: dic vt ibi. *Quæro tertiò, q̃ sit aut esse debeat latitudo viæ vel stratæ,ī qua seruit⁹ nō debetur? dic aut est via priuata vnius, qd. pōt esse, vt l.ij. §. via pu.ff. ne qd in loco pub. & ista erit p volūtatē dñi: qa in re sua quilibet est moderator & arbiter.l.in re mādata.C.mā. aut est publica:& tūc debet esse secūdū cōsuetudinē vel statuta loci,vt l.j. cum gl.& l.an in totū.C.de ædi.priua.& l.ij.in prin.cū gl. in ver.lege.neqd ī lo.pu.facit gl.in l. q luminib⁹.ff. de seru.vrb.pręd.aut nulla apparet cōsuetudo, & tūc aut dñs ciuitatis, vel populus, vel eā agētes volūt statuere latitudinē viarū,& possunt: vt l.phibere.§.planè.ff. qd vi aut clā.aliàs in dubio standū est determinationi actoris.l.viæ latitudo.ff. de ser.rust. pręd.Et adde prædictis,ꝙ licet pertineat ad decorē ciuitatis, vt viæ & stratæ sint latiores & amplæ:tn̄ quādoq; deterius est: vt probat̃ in l.j. §. viā.ibi,latiorē.ff.de via pu.& iti.pu.ref.& ibi hoc vult Bar.& subdit,ꝙ ipse vidit ī ciuitate Cali,cū ibi essent multæ viæ amplæ, imposita fuit necessitas omnibus circūhabitātibus occupādi & restringēdi eas. Ratio, quia quando transitus erat in ciuitate propter nimiā latitudinē, ciuitas reddebatur debilior ad defendēdū eā:& propterea dico, ꝙ ciuitas Iānuæ reputat̃ fortior ex eo, ꝙ habet
7 vias & stratas valde strictas. *Quærò quartò qñ dicat̃ vna seruitus vel plures,& quomodo cognoscat̃. hoc ordinariè examinat̃ plenè in l.nā satis.§.j.in gl.mag.ff.quēad.ser.amit. Tu aūt in hoc sic distingue,p tres casus principales, qñq; debet̃ seruitus ab vno vni, qñq; ab vno pluribus, quādoq; à plurib⁹ vni. Primo casu, quādo debetur seruitus ab vno fundo vni alteri tātùm fundo,tūc subdistingue:aut isti fundi remanēt diuersi indiuisi,& nō habet dubiū,ꝙ sit vnica seruitus actiuè & passiuè, vt patebit ex his quæ ibi dicētur. aut fundus debēs seruitutē est diuisus p dominū,& tūc vbi prius erat vna tantū seruitus viæ,tūc erūt duæ.vt l.viç.ff. de ser.& no.p glo.in d.l. nā satis. §. j.in ver.debita:facit l.via cōstitui.§. quęcūq;.ff. de ser.rust.pręd.licet in cōtrariū faciat d.l.vna est via. cuius intelligentiā dicā in tertio casu principali.Aut fundus ille,cui seruit⁹ debetur,diuidit̃ in duas,puta regiōes: vel qa domin⁹ vēdit vnā eius partē: & idē,quia illa quæ erat prius ab initio via tantū seruitutis, nunc spargitur in duas: vt l. via cōstitui. §. quæcunq;.nec pōt quæri qui prius vnā, nūc autem plures seruitutes debet,

quia in alio releuatur. Nã ante diui
ſionē vel conditionē partis, etiã per
vnã partē ſeruitus retinebaẽ: vt d.l.
nã ſatis. §. j. in prin. & d. l. eſt vna via.
qđ nõ eſt poſt diuiſionē vel vēditio
nē partis fundi dominãtis, ꝙ nõ vtē
do parte vna diuiſa vel alia, vltimò
tēpore illa amittitur: nec ꝑ aliã par-
tē qua vſus eſt, ſeruitus retinetur, ex
quo ſunt effectæ plures ſeruitutes
viæ, & ꝓ hoc allego glo. in d. l. nã ſa
tis. §. j. in glo. ma. circa prin. ver. ſi au
tem diuiſerũt & fundũ dominãtem.

Secundo caſu principali, quãdo
debetur ſeruitus ab vno pluribus,
tunc ſubdiſtingue: Aut hi plures di-
uiſerunt omnem fundũ, dominantē
nõ diuiſerũt: vna eſt ſeruitus, cũ vni
tãtùm prædio, & ab vno tantũ debi
ta ſit: vt dixi ſ. ĩ primo caſu, in prin.
& licet fundus dominãtis ſit pluriũ
dominorũ, tñ ex quo eſt indiuiſus,
diceẽ vnus, & nõ plures: & magis cõ
ſideratur cõditio fundi, q̃ vnicus eſt,
q̃ pluralitas dominorũ: qa ſeruitus
nõ debeẽ pſonis dominorũ, ſed ipi
fundo: vt eſt tex. in l. ij. §. j. ſi ſer. ven.
& in l. vnus ex ſocijs. ff. de ſer. ru. p̃d.
Si verò diuiſerũt fundũ dominãtē,
tũc illa ſeruit⁹, q̃ erat prius vna ab
initio, ſpargitur in duas: vt d. l. via
cõſtitui. §. quæcũq;. de ſer. ruſt. præ.
& l. pe. ff. de ſer. & ita gl. mag. circa
prin. quę ſubdit, ꝙ dñs prædij ſeruiē
tis nõ poterit hoc cõqueri: qa ĩ alio
releuatur: iuxta l. eũ q. in princ. ff. de
iureiu. nã ante diuiſionē etiã p vnũ
ſociũ ſeruitus retinebaẽ, vt d. l. nã ſa-
tis. §. j. in princ. in verſi. amiſeris. ſed
poſt diuiſionē nõ retineẽ: ſed vnuſ-
quiſq; ſibi vſurpat & depdit. & hoc
vult etiã glo. in d. verſi. amiſeris. &
idē multò magis dicendũ eſt, quãdo
debeẽ ſeruit⁹ ab vno fundo pl[illegible]
ab initio diuiſis tēpore cõſti[illegible]
uitutis: vt l. ſi ædes meæ. in p[illegible]
de ſerui. vrba. pręd. & idē [illegible]
dominãtes erũt diuiſi & eiu[illegible]
8 mini. ea. ratiõe. * Ex quo no[illegible]
pluralitatē fundorũ domina[illegible]
plures reſultãt ſeruitutes, etiã [illegible]
tãtùm fundus plurib⁹ ſeruiat[illegible]
& hoc etiã no. do. Pau. ĩ l. vna e[illegible]
de ſerui. ruſtic. præd. Terti[illegible]
principali, quãdo debeẽ ſeru[illegible]
pluribus vni, tũc etiã ſubdiſtin[illegible]
Aut plures domini fundi ſeru[illegible]
nõ diuiſerunt ſuum fundũ ſer[illegible]
tem, & erit vna tantùm ſeruit[illegible]
dixi in c. præcedēti. not. glo. ma[illegible]
dicta l. nam ſatis. §. j. Aut diuiſe[illegible]
& tunc aut diuiſerũt per longi[illegible]
nem, aut per latitudinē, ſecun[illegible]
glo. in d. l. nã ſatis. §. j. per long[illegible]
nem, quãdo totius longitudinis [illegible]
vnuſquiſq; dominorũ fundi ſer[illegible]
tis partē habeat in princ. vſq; ad [illegible]
ita quòd veniat vſque ad fundũ [illegible]
minantis per latitudinem, tunc [illegible]
tur fieri diuiſio, quando vnus [illegible]
viam ſolidam habet paſsiuè, vſ[illegible]
certum terminum æqualiter ve[illegible]
æqualiter poſitũ, & alter ab eo [illegible]
ad finem, ita quòd per vnũ tan[illegible]
ex eis ſic dimiſit, immediatè per[illegible]
ri ad fundum dominãtis. & iſta[illegible]
neas: licet glo. in dicta l. nam ſat[illegible]
j. ponat etiam aliã opinionem, [illegible]
in effectu eſt eadem, ſed non ita[illegible]
ra. Primo caſu, quãdo plures [illegible]
ni eiuſdē fundi ſeruientis di[illegible]
fundum ſeruientem per longi[illegible]
nem, & tunc ſubdiſtingue, qu[illegible]
ſeruitus debebatur ab illo fund[illegible]
muni nunc diuiſo, & certa & d[illegible]
minata parte illius fundi, aut [illegible]

terminata, ita ꝙ per quãlibet partẽ fundi ire posſit, & eã partẽ vertere: quia actũ ſit, vt poſsit ire, modò per vnã partẽ, modò ꝑ aliã, ſi ſeruitus debebatur in certa & determinata parte fundi. Et tũc dic ſecũdũ gl. in d.l. nã ſatis. §.j. Quòd ſi tãtũ ſpatij eſt in cuiuſlibet ꝑdio, quod ſufficiebat ad viã, & erũt duæ ſeruitutes, ꝑinde ac ſi in duobus fundis cõſtitutæ eſſent ab initio. Aut nõ eſt tantũ ſpatij, & tunc vna tantũ ſeruitus remanebit. Sed mihi videt, ꝙ hoc nõ ſit bene dictũ, qñ tantũ ſpatij relinquit in cuiuſlibet ꝑdio, qđ ſufficiat ad viã. nã tũc nõ poſſunt eſſe duæ ſeruitutes viæ, ſed vna tantũ: qa ſi ſeruit⁹ eſt cõſtituta in certa determinata parte fundi cõmunis duorũ & pluriũ, & poſteà diuidit ille fund⁹: ſi illa pars in qua eſt conſtituta ſeruitus, remanet in vna parte fundi aſsignata vni ex dominis, illa pars fundi ſola debet ſeruitutẽ, & cæteræ partes debẽt eſſe liberæ, cũ ꝑ illas partes fundi, etiã dũ eſſet cõis, nõ poſsit ire, quia liberæ erãt: vt eſt tex. in l. certo generi. §. ſi totus. ver. ac ſi iter. ff. de ſer. vr. pred. Aut ſeruitus debebat muro cõi, ita vt ꝑ quãlibet partẽ fundi viã haberet: & vt etiã vertere poſſet, nõ facta diuiſione, eũdo per vnã partẽ, retinet ſeruitutẽ in omnibus partibus. Cũ facta fuit diuiſio, ſunt duæ. & perinde obſeruat, ac ſi in duobus fundis à prin. duæ ſeruitutes eſſent cõſtitutę: ideoq; põt altera amitti tempore, altera vſurpari: nec lugeat ruſticus cui ſeruitus debebat, ꝙ facto duorũ fundi ſeruiẽtis cõditio ſua ſit facta deterior, cũ prius, id eſt ante diuiſionẽ, vna parte vtẽdo, toti⁹ fundi retinet ſeruitutẽ: qã hoc ei cõmodũ deuenit, vt duas nũc habeat vias, & earũ cõmoditatẽ. ita dicit gl. mag. in d.l. nã ſatis. §.j. in fi. Pro hoc facit ille §.j. circa prin. ibi, nec fit illa iniuria: vt l. cũ qui. in princ. ff. de iureiur. & qđ dixi etiã in j. & ij. caſu principali. Secũdò caſu. qñ plures domini eiuſdẽ fundi ſeruientis diuiſerunt ipſum ꝑ latitudinem: & tũc remanet vna tm̃ ſeruitus: ſicut ſi à principio conſtituta eſſet ſeruitus vni fundo ꝑ plures fundos cõtinuos, ita vt vn⁹ tãtum eorũ ſit contiguus dominãti: & alij ſint ad inuicẽ cõtigui: iuxta l. tria prędia. ff. de ſerui. ruſti. præd. Nã hoc caſu vna tantũ eſſet ſeruitus, q̃ debetur vni fundo, licet ꝑ plures fundos eo modo, vt dictũ eſt, debeat. & iſte eſt caſus quẽ ita intelligo in l. vna eſt via. eo. ti. & hoc intelligo ſiue ſeruitus ſit conſtituta in his duobus caſibus proximis, in vna certa parte, ſiue indeterminata, ita ꝙ poſsit variari. Et ratio diuerſitatis q̃rit: quãdo fit diuiſio per latitudinẽ, eſt vna tãtũ via: & quando fit per longitudinẽ, ſunt plures. eſt qa qñ per latitudinẽ fit diuiſio in certa parte, quæ proxima eſſet fundo, cui ſeruitus debebat, non põt eſſe ſeruitus niſi eſſet etiã in ſequẽti. nam in ruſticis prædijs mediũ prædiũ impedit ſeruitutẽ. l. qui ſella. §. fi. ff. de ſer. vrb. pręd. ideoq; vnum ius ſine altero eſſe nõ põt, meritò in vnum corpus & animã creant. ¶Vbi verò per lõgitudinem facta eſt diuiſio, nullũ mediũ prædiũ impedit ſeruitutẽ: & in vna ꝑte põt cõſiſtere ſeruitus etiã ſi nõ ſit in altera. ideo duę meritò appellari poſſunt, ſecundũ glo. in d.l. nã ſatis. §.j. poſt medium. ff. quẽad. ſer. amit. Et per hoc habet clarè, quomodo poſsit cognoſci an

vna tantū sit via seu seruitus viæ: an verò duæ vel plures. qđ bene not. qa
9 est multū vtile hoc scire. * Vtilitas aūt huius inuestigationis est multiplex. Prima, quia si est vnica tātū seruitus, potest pro parte vtēdo tota retineri, & nō pōt in vna tātū parte pscribi. Sed si duę sunt, & vna nō vtimur: illā perdim⁹, & nō aliam: & sic vna tantū pōt pscribi sine altera: vt l. vna est via. ff. de serui. rusti. præd. & d. l. nā satis. §. j. in princ. & ibi etiam no. per gl. Aliquādo tamē fallit ista regula. ꝙ per partē tota seruitus retineat: quia in qbusdā iuribus episcopalibus pōt pscribi ita, ꝙ nō pscribatur in alijs: vt in c. dilectis. in fi. extrà de capel. mo. & vide gl. in ver. & historia. & quod ibi no. in c. auditis. extrà de præscriptio. Itē est vtile ꝓpter interruptionē: quia si sunt duæ
a viæ, interruptio ᵃ facta in vna, nō extēditur ad aliā. Itē pōt esse vtile, si ex forma statuti deberet solui certa gabella pro qualibet seruitute viæ acquisita: quia si essent duę, duplicaretur gabella. Itē pōt esse alia vtilitas, quia si statutū disponit, quòd quicūq; ierit per fundū alterius cū plaustro vel curru debeat ꝓ qualibet vice cōdēnari in x. libris. Nā si quis iuerit cū plaustro p plura pdia cōtinua per latitudinē, primò ex transuerso: dicetur tantū semel fuisse, & vna tantùm pœna x. librarū debet cōdēnari: quia vna tantū est via, quā semp ad hoc cōsueui allegare: secus si iuisset per plura pdia, nō ex transuerso, sed incipiēdo à capite eorū sic per lōgitudinē: quia tūc quot prædia, toties reputat͂ fuisse, & debet pœna multiplicari secundū numerū prædiorū. quod singulariter no. & tene menti.

10 *Quæro quintò, in quo loco [...] esse caput viæ, & finis, & mediū[...] tera, de capite dic, ꝙ dicit ille lo[...] per quē in illā viā ingrediamu[r ...] xta illud, In capite libri scriptu[m ...] de me. Appellat eñ caput libri [...] partē, per quā ad ipsum librū leg[en]dū ingredimur: adde quod no. [...] mat. super rub. vbi no. ꝙ nō est ca[...] libri: vt ff. ad l. Falc. l. quærebatur [...] per illo verbo, tres partes. facit [...] l. prædijs. §. balneas. ff. de fun. i[...] & l. quod cōclaue. ff. de dā. inf. [...] si cōtingeret vt per oēs partes [...] esset ingressus: tū caput illud & [...] cipiū deberet dici, qđ est versus [me]ridiē: pes verò, qui est versus [sep]trionem, secundùm Barto. in tra[ct.] de insula, ver. quod mediam par[tem] fluminis tenet. vbi plenè exam[inat] quando dicatur caput & finis [...] nis, & ecclesiæ, & aulæ, scholæ, [...] uinciæ, & similium. vbi omnino [...] de. & vide omnino plenè per B[...] in ru. ff. de re. di. in xj. col. in ver[...] est notandum ꝙ agri. Vel etiam quòd si est vna superior, ibi d[...] caput: pars inferior dicitur pes [...] nis, secundū Bar. in dicto trac. [...] si vno latere. vbi declarat quæ [...] tur pars superior, & inferior. Et [...] dicta sunt vera, nisi ex consuet[udine] loquēdi & intelligēdi aliter i[...] geretur. arg. l. j. §. j. ff. ne quid [...] pu. cōiūcta l. librorū. §. quod [...] Cassius. de leg. iij. & l. Labeo. [...] ibi voluit Bart. ff. de supp. leg. [...] viæ, dic ꝙ ille locus dicitur [...] per quē eximus, vel qui est in[...] vel versus septētrionē, vel [...] cōsuetudinē prędictā. Itē dic[...] viæ, quādo intrat in aliū lo[...] plateam vel aliū similē: vt p[...]

in l. fi. ff. de locis & iti. pub. ibi, exitũ ad mare aut in vrbem aut in flumina pub. aut ad aliam viam militarem habent, &c. & ibi hoc voluit Bar. in l. fi. ff. de ser. ru. præd. & ibi etiã Barto.
12 *Et ideo dixit Bar. in dicta l. fin. de itine. pu. ꝙ habuit quæstionẽ de facto, videlicet iuxta plateã destruitur aliquod ędificiũ autoritate publica, an platea amplietᷓ, & vtrũ via, quę est iuxta illud ædificiũ destructum, desinat esse, & incipiat esse platea, an remaneat via, sicut erat primò. *Et hoc quæritur propter statuta, quę dicunt, quòd in platea pœna duplicetur. dicit Barto. quòd illa incipit esse platea, nã statim, ꝙ illa via intrat plateã, finitᷓ: & dicit ꝙ ita bis de facto iudicauit. Item dicit in dicta l. fin. ff. de serui. rusti. prædio. quòd ista quæstio fuit Tuderti tẽpore Papę Benedicti, quando fuit destructa q̃dã ecclesia, quæ habebatur iuxta secundam stratam. De ista ecclesia facta est platea: cõmissum fuit maleficiũ in illa strata: quærebatur an deberet puniri tanquam commissum in strata, an tanquam cõmissũ in platea. Et dicit, ꝙ allegauit dictã l fi. ff. de itine. publi. l. fina. & dicebat per illa iura, quòd statim cùm strata intrat plateam, finitur, & non appellatur amplius strata, sed confunditur cum platea. & ita
13 etiam occurrit ipsis. *De media via dic, quòd medium viæ potest considerari duobus modis. Vno modo ꝑ longitudinem viæ, & tunc medium dicitur vna linea diuisibilis, quæ ducatur à medio capitis vię vsque ad medium finis eiusdem viæ, ducendo lineam semper, ita quòd æqualiter distet tantũ ab vno latere vię, quantùm ab alio. vel etiam si ducatur vna chordula similiter à capite vsq; ad finem. argu. §. insula. cum ibi no. per gl. quę incipit, quod poterit sciri. de rerum diui. & l. nõ solũ. §. sed probari. cùm gl. ff. de no. ope. nũ. Alio modo potest considerari mediũ vię per latitudinem ex transuerso viæ, & tũc medium dicitur propriè ille pũctus, siue linea indiuisibilis, quę est in medio per transuersum viæ, distans tantùm ab vna extremitate capitis, quantùm ab alia extremitate finis, per dicta iura: vt si diceretur, à capite vsq; ad medium agri liceat Titio ire, intelligitur à linea indiuisibili, quę est in capite vsque ad lineam indiuisibilem, quæ est in medio, secundũ Bar. de insula. versi. videamus ergo quã-
14 tum spatium. *Sed pro declaratione prædictorum quæro quãtum spatium occupet caput viæ, quantum pes seu finis, quantum medium. Bar. format istam questionem in præallegato ver. & dicit quòd punctus siue linea indiuisibilis, quę est in capite, potest dici caput. l. j. §. caput. ff. de aqua quotidiana: & æsti. eodem modo potest dici pes siue finis. medium autem dicitur ille punctus, siue linea indiuisibilis, quæ est in medio distans tãtùm ab vna extremitate, quantùm ab alia. Et intelligit hoc glo. Institu. de rerum diuisio. §. insula. dũ dicit, hoc scilicet esse in medio potest apparere, accepta chordula, & facto puncto in medio. quod dicit satis sibi placere, si materia, de qua tractaretur, hanc interpretationem pateretur: vt si dicatur, à capite vsque ad medium agri liceat Titio agere, intelligam à linea indiuisibili, quæ est in capite vsque ad lineam diuisibilem, quæ est in

in medio:per dicta iura. Sed sępe ser mo nõ patitur hanc interptationẽ. Si enĩ dicat,si quis inuenit per caput plateæ cũ curru vel vehiculo,do x. stadia terræ à capite fundi.certè de puncto vel linea indiuisibili non potest intelligi.per illam enĩ nõ potest iri,nec in ea possunt x.stadia terrę esse. Aliter enĩ intelligẽdũ est,& ideo dic,quandoq; extremitates sunt distinctæ & limitatæ,& tũc vna dicit caput seu principiũ:alia dicitur pes seu finis,& qcqd est inter illas duas extremitates dicitur medium:vt l.si ædes.ff.de serui.rusti.præd.l.tria prę dia.ibi,per mediũq; fundũ.vt l.more Romano.ibi,luce media.ff.de ferijs.& C.de iudi.aut.ad hæc.cũ simi. Quandoq; extremitates nõ sunt distinctæ:& tũc dic,ꝙ totus ille locus debet diuidi in tres partes:vna dicit caput,secunda dicitur mediũ, tertia dicitur finis. Quãdoq; tñ cõtingit, quòd locus de quo agit,habet multas distinctas partes,& distinctio accipitur vt totum:vt ecce planũ Tyberis est distinctum per ꝑdia multorũ: & in statutis dicitur,si aliquid factũ fuerit in capite plani Tyberis,vel in medio,aut in fine:tũc enĩ cõsideratur per statuta illud planũ,vt totum vnũ integrum:ideo esset facienda diuisio in tres partes,vt suprà dixi. Et de ista materia,quando dicatur principium,mediũ,& finis,vide per tex.gl. & Doc.in l.j.§.j.ff.si quis ius di.non ob.in gl.mag.& per Barto.in trac.de insula,in ver.& quid si ex vno latere. cũ iiij.col.seq.ver.ad primã figurã q̃ hic non refero breuitatis causa.

15 *Quæro sextò,vnde debet incipi mẽsuratio viæ. Dic nõ à porta ciuitatis,seu municipij,sed à cõtinẽtibus ædificiis:vt in l.mille.ff.de ver.s. voluit Bar.& Docto.in l.j.ff.si cau.vbi etiam ponunt per quẽ debeat fieri mensuratio:dic

16 *Quæro septimò principaliter tuplex est via. Dic ꝙ triplex. Nã quædã sunt viæ publicæ,quędã pr. quædã vicinales:vt est tex.in viarũ.ff.ne quid in loco pu.& l. de lo.& iti.pu.de singulis viis. Publicas vias dicimus quas Græci silicas,nostri aũt ꝑtorias,alij cõs. res vias appellãt.vt §.viarum.& no.secũdũ gl.ibi,ꝙ via ꝑtoria, laris,& militaris ꝓ via pu.pon. vt ibi,& d.l.fi.& istæ viæ pu.sunt

17 galia,in vsi.feu. *Et dicunt re. quæ nõ spectãt nisi ad regẽ vel cipẽ loci,& nõ ad aliũ nisi ex seu principis cõcessione seu l. te pertineant,vt dicit Bal.in d. prin.& propterea viæ publicę lant vię regales. Viã aũt pu.dic eã,cuius etiã solũ publicũ est: §.viã pu.ff.de via pu. Itẽ dic, pub.dicitur certũ solũ limitatũ directũ certis finibus latitudi publicat per principẽ ꝓ vsu pu meãdi,vel eũdi,q habet ius p di,secũdũ do.Iaco.de Alua.in prin.in ti.q̃ sint regalia. Itẽ vi nales q̃ in vicis sunt,vel quæ in ducũt,publicæ sunt.quod ita est,si nõ ex collatione priuatorum hoc iter cõstitutũ est ij. Vicinales q̃ ex agris priuat latione factæ sunt,quarum m ria non existat,publicarum numero sunt:vt l.fi.in prin.ff. & iti.pub.& no.glo.in l.ij.§. les.in fi.in ver.publicas.ff.ne loco pub.& adde quod stat

18 de vicinali. *Et no.singu

probandũ viã esse publicã, nõ sufficit probare per testes, ꝙ publicè seu vulgò per omnes itũ fuerit per longũ tẽpus: vt ꝓbatur in l. ij. §. summa cũ vtilitate. ff. de his q deie. vel effu. & ita etiã tenet per illũ text. excellẽs Doc. do. Matthæ. de Mathesi. de Bononia, in suis notabilib. notabili xciij. quod incipit, no. vnũ dictũ singulare. & idẽ vult ibi Bar. qui dicit per illũ tex. nõ seqtur, publicè itur p talẽ locũ, ergo via publi. Priuatæ viæ dupliciter accipi possunt, vel hæ q̃ sunt in agris, quibus imposita est seruitus, vt ad agrũ alterius ducant: vel hæ quæ ad agros ducũt: per quas omnibus cõmeare licet, inter quas est via consularis: & sic post illã excipit euntẽ via, iter, vel actus ad villã ducens. hæ etiã quæ post cõsularẽ excipiunt euntes ad villas vel alios colonias ducẽntes, etiã publicæ dicũtur, id est, publicã naturã habent. l. ij. §. priuatæ. ne qd in loc. pu. Puto etiã ꝙ via priuata dici debeat illa quæ fit p dominũ vnius fundi, vel plurium, si ex suo fundo eã facit, & de hoc extet memoria: vt not. glo. in l. j. ff. de lo. pub. Itẽ viæ vicinales etiã priuatæ sunt: vt probatur in dicta l. ij. §. vicinales. dũmodo extet memoria, ꝙ sint factę ex agris priuatorũ collatione: vt dicta l. fi. & ibi hoc not. Barto. Vicinales verò vię sunt, quę ex agris priuatorũ collatione factę sunt. hæ dupliciter accipi possunt. Nã quędã sunt vię vicinales, quæ publicarũ numero sunt: & illæ quæ ex agris priuatis collatione factæ sunt, quarũ memoria non existat: vel etiã vbi à publico eius solũ relictũ est: qa tũc cõstat eã esse publicã: vt est tex. cũ glo. in d. l. fin. in princ. & adde quod voluit Dyn. Instit. de act. §. pręiudiciales. & qđ dixi de via publica. Quędã sunt vię vicinales, q ex agris priuatorũ collatione factę sunt, quarũ extat memoria: istæ priuatæ etiã dicũtur: vt est tex. cũ gl. in d. l. fi. cõiũcta l. ij. §. vicinales. ff. ne quid in loco pu. & etiã vulgò cõsortiuę seu cõsortium appellãtur. Et est differẽtia inter has vias vicinales, & militares publicas. Nã viæ militares, exeũt ad mare, aut in vrbẽ, aut ĩ flumina publica, aut ad aliã viã militarẽ, exitũ habẽt. Sed viarum vicinaliũ pars in militares vias, pars sine ullo exitu intermoritur: vt est tex. in l. fi. ff. de lo. & iti. pu. Ex prædictis notari põt qualiter cognoscatur via publica à vicinali priuata, & qualiter sup hoc debeat capitulari, & ꝓbari. & adde quæ dicã in tribus sequẽtibus q.

19 *Quæro octauô circa viã publicã, an sit vnicuiq; licitũ ire p viã publicã, & ducere currũ, vel plaustrũ, vel trabẽ, aut lapides. & dic ꝙ sic: vt l. ij. §. j. ff. ne qd in loco pub. vbi dicit, ꝙ loca publica priuatorũ vsibus deseruiunt, iure scilicet ciuitatis, & nõ quasi ꝓprio cuiusq;. Et ꝓptereà dixi in q. præcedẽti viã publi. esse, cuius solũ est publicũ. Vñ quidã aduocatus hîc male libellauit in quadã causa vię, quæ nũc pendet. dixit enim viã illam esse publicam, & proprietatẽ ad se spectare, qđ none erres. Et quòd dixi, ꝙ licitum est cuiq; ire per viã publicã, fallit, quãdo est prohibitũ per dominum vię, puta per principẽ: quia tunc nõ liceret. Nã domini terrarũ possunt prohibere, nedũ suis, sed etiã forẽsibus, venire ad loca sua. arg. l. diuus. ff. de seru. rust. præ. & l. hæres. ff. de vsufr. lega. & l. sicuti. §. Aristo. ff. si serui. ven.

ven.secundũ Bald.qui ita notat sin-
gulariter in c.j. de no. for. fi. in vsi.
feu.qui subdit postquã forenses ve-
nerũt in territoriũ alicuius, sunt si-
cut reliquus populus. & esset contra
naturalẽ æquitatẽ, & bonũ publicũ,
si expellãtur.facit text. in aut. de quæ
storibus. ĩ prin. & ita etiã tenet do.
Iaco.de Alua.sequẽdo Bal.in c. j. ad
fi.in ti.qualiter iu.de.va.fide.qđ ppe
20 tuò tene mẽti. *Quæro nonò, an
ius eundi per viã publicã posſit præ
scribi. Et breuiter dic ꝙ nõ: vt l. viã
publicã.ff.de via pu.vnde secũdũ gl.
ibi no.ꝙ si esset aliqua via publica,
per quã nõ fuisset itũ per aliquẽ, ꝓ-
pter hoc tolleremus ius eundi:p illũ
tex.& ideo dicit ibi glo.notabilis,ꝙ
nõ põt præscribi via seu ius eũdi ad
sanctũ Iacobũ.& si diceremus aliter,
multis ire nõ liceret. & dicit ꝙ hoc
est speciale contra regulã C.de præ-
scri.xxx.anno. l. oẽs. Vel dicit ꝙ est
ideo qđ videtur excipere, si alius im
pedit,quòd ius excipiẽdi nõ tollitur
tẽpore.l.purè.ff.de doli exce.Et sub
dit ibi gl.notabiliter,ꝙ etiã si per cẽ
tum annos nõ itũ fuerit fauore pu-
21 blicæ vtilitatis nõ præscribit. *Quæ
ro decimò,cuius sit via publica. Dic
quantũ ad vsum,est priuatorum, nõ
quantũ ad proprietatẽ:vt l.ij. §.j.ibi,
priuatorũ vsibus deseruiũt,iure sci-
licet ciuitatis,nõ proprio cuiusq;.ff.
ne quid in loco pub.facit quod dixi
in viij. q. Sed quãtũ ad alios est du-
biũ:an scilicet sit illius tantũ ciuita-
tis vel loci in quo est, vel sub cuius
territorio existat:an verò sit ciuita-
tis Romanæ olim & hodie prĩcipis,
vel domini illi⁹ ciuitatis,vel loci.Et
videt̃ ꝙ sit illius ciuitatis vel loci tan
tũ,p d. §.j.ibi,iure scilicet ciuitatis.

& ita tenet ibi gl.in ver. ciuitati
prin. & videt̃ probari in d.l.ij.ꝑ
cũ gl.in ver.j.quæ exponit l. mu
pali. & sic præsupponit,ꝙ ciuita
sit super hoc disponere.& est glo.
hoc in terminis,in d.l.ij. §.viã.q
incipit, vt princeps.in fi.quę dic
quælibet ciuitas habet iurisdictio
faciendi viam publicã. In contra
videtur tantùm ciuitatis Roman
quæ hodie domini aut princip
illius ciuitatis vel loci maximè n
est recognoscẽs superiorẽ, sicut
dominiũ Venetiarũ:quia si via p
blica est,ergo nõ videtur posse s
ctare ad ciuitatẽ:quia bona ciuita
alterius,quàm Romanæ,abusiuè
cuntur publica:sola enim ea publ
sunt quæ populi Romani sunt:v
bona ciuitatis.cum l.seq.ff. de ve
signifi. Itẽ qa tex.in d.l.ij. §.j.dic
tacitè videtur,ꝙ in dubio per ex
lentiã intelligatur de ciuitate Ro
na,per §.sed quoties.ĩ Instit. de i
na.& ita videtur tenere glo.in d
j.in versi.ciuitatis.in fi.Sed Barto.
d.l.ij. §.j.cõcordat istas opin.di.
ꝙ ista non repugnãt.nã verũ est
quælibet via publica principali
spectat ad ciuitatẽ Romanã per
ad hoc allegata.& pro hoc est te
c.j.in prin.in versi. viæ publi.i
quæ sunt regalia,& spectant ad
vel principem, vt dixi suprà in v
sed quælibet ciuitas habet ius i
publica ex permisſiõe ciuitatis
man.vt probatur in d.l.ij. in pri
ne qd in loc.pub.ibi, ꝑter quàm
l.cõiuncta gl.quæ exponit l. mu
pali.& probatur in l.ꝓhibere.§.
nè.ff.quod vi aut clam.facit quo
citur de iure ciuitatis,quod est
batũ regulariter à iure canonic

quantū non contradicat: vt x.di.si in adiutoriū.& in c.se.notant Cano.in cap.ecclesia sanctæ Mariæ.extrà, de constit.ex quo not.ꝙ quælibet ciuitas videtur habere iurisdictionē faciendi viā publi.& eadē ratione reducendi viā publ.in locis priuatis:vt no.Bar.in d.l.ij.§.j.ꝑ gl.ibi, quę incipit,scilicet priuati.& idē no. eadē l.ij.in prin.& ex hoc Bar.in l.ij.ī prin. ff.ne quid ī loc.publ.dicit,ꝙ fuit de facto de quadā platea, quā cōmune vendere volebat.& videbatur ꝙ nō posset,nisi per principem:vt l.continuus.§.cū quis. de ver. obli. datū fuit consilium tale,ꝙ de hoc fieret statutum,scilicet quod vendatur. per illū tex.& per l.ꝓhibere.§. planè. ff. qd vi aut clam.& hoc etiā voluit Barto. in d.§.cū quis.& ibi ꝑ omnes Doct.

2 *Sed vt quæstio ista melius intelligatur,subijcio aliā,videlicet an loca publica possint vēdi,vel alienari, & per quē,& quomodo.Et videtur primò,quòd nullo modo possint alienari:quia non sunt in cōmercio nostro:vt l.sed & Celsus.in princi.ff.de contrahen.emp. & d.§. cū quis,nisi per principē.& voluit gl. in d. §. cū quis.& habetur in l.apud Iulianū.§. fi.ff.de leg.j.vel per regē.vt in c.j. in prin.in tit.quæ sunt regalia.In cōtrariū videtur l.ij.in prin.ne quid in lo. publ.& in d.§.planè. Ego in hoc sic puto esse dicendū: Aut est princeps qui nō recognoscit superiorē: & nō est dubiū,ꝙ per ipsum loca publica alienari possunt:per gl.in d. §. cum quis.per d.l.apud Iulianū.§.fi.& per l.ij.in prin. ibi, decretóue principū tibi cōcessum est.ff.ne qd in lo.pub. & ita dixi in l.inter publica.in iij. q. ff.de ver.sig. Quod fallit,quādo alienātur per metū,puta alicui tyranno potenti.ar.l.j. §. quæ onerandæ. ff. quarū rerū ac.non da.& tenet Bart. ī d.§.planè. Secūdò fallit,qn̄ alienaretur res aliqua, quorū donator esset in magna diminutione iurisdictionis regni sui:& tunc nō posset:per c. intellecto.extrà de iureiu.Sed si donaret aliqua,quę nō diminuūt iurisdictionē,valeret,& donatio facta à rege ꝑiudicaret successori in regno: vt in c.Abbate.de re iudi.in vj.& ita tenet Bar.ī d.§.planè. Aut iste princeps recognoscit supiorē,& istū æquparo ciuitati.& idē dicēdū est de eo quod dicā de ciuitate excepta Romana.aut ergo est ciuitas q̄ recognoscit superiorē,& tunc subdistingue: aut sunt bona publica quæ sunt in patrimonio ciuitatis,& nō in vsu publico.exemplū, sicut sunt molēdina Bononiæ:& de istis pōt ciuitas disponere pro libito voluntatis, sicut pōt quilibet priuatus de re sua:vt est tex.cū gl.no.in d.l.sed & Celsus. in prin.& voluit etiā gl.in d.l.inter publica. vt ibi dixi in ij. q. & idē dicas de quacunq; re quę esset ciuitatis in vsu ciuitatis tantū:puta,si ciuitas haberet fundū,vel apothecas,quorum redditus venirēt in cōi: qa possent vēdi liberè ꝑ ciuitatē. Aut sunt bona publica,q̄ publico vsui sint destinata,sicut sunt viæ publicę, forum, theatrū,cāpus Martius, & pratū, vallis.& tūc aut vult alienare ista bona simpliciter,nō cōdendo aliquā legē vel statutū: & videtur ꝙ possit cōdēdo legē:vt suprà dixi. ergo videtur quòd etiā possit alienādo:qa contractus factus ab illo,qui habet potestatem legis condendæ,habet vim legis:vt habetur in l.Cęsar.ff.de publica.&

ca.& in l.donationes.C.de do.inter vi.& vxo.& voluit Bart.in l. ciuitas. ff.si cer.pe.& istā opinionē, ꝙ possit ciuitas sine statuto alienare bona publica, tenet Rapha.Cu.ī d.l.cōtinu⁹. §.cū quis.de ver.obl. Sed Bartol.ibi tenet contrariū, & cōmuniter Doc. & Bal.in l.ij.in prin.ff. ne quid ī loc. pub.& in l.prohibere. §.planè.ff.qđ vi aut clam.& do.Paul.in d.§.cū qs. vbi dicit, ꝙ imò aliquando necesse est prius statutū tollere, vel suspendere, antequā perueniatur ad actum cōtrariū statuto.& hoc videmus cōtinuè obseruari, quandò vniuersitas 2 aliquid facere voluit cōtra formam statutorū: quia imò suspendit statutum, & posteà facit actū contrariū. a de quo vide omnino per Bald.in l.j. b C.ne fi.pro pa.& per Canonistas in c.delicto.extrà, de præben.& ita feci hoc anno obseruari ī collegio Doc. Paduæ quod perpetuò tene menti: q̄a est optima cautela ad contrauenien dū statutis etiam iuratis per illos qui sunt vniuersitatis, vel cōtra illos qui sunt de vniuersitate. per hoc tn̄ nō respondetur ad ar.Rapha.dū dicit, ꝙ talis contractus habet vim legis, & sic perinde est, ac si per l.statutum esset. & ista est cōis.ego autem teneo opi. Bar.p text.in l.ij.in prin. ff.ne quid in lo.publi.vbi vult, ꝙ nō sit licitū aliquid in loco pub.immittere, vel damnū dare, nisi lege, hoc est statuto, vt gl.ibi exponit, cōcessum sit.nec obstat, qđ dicit Rapha.ꝙ contractus qui fit per illū qui habet potestatē legis cōdendæ, habetur ꝓ lege: q̄a illud procedit, quādo cōtractus fit super res cōtrahentis: vel q̄n fit per eū qui pōt cōtrahere. sed res pub.de q̄bus dixi, non sunt ciuitatis, sed principis.nec ciuitas habet potestatem contrahendi vel disponendi de eis: quia sibi hoc nō est permissū à principe, nisi per viā statuti seu legis: vt dicta leg.ij.in prin.ibi, præter quā ꝙ leg. Aut ciuitas vult alienare per viā statuti: q̄a vult facere primò statutū, ꝙ locus publicus efficiatur priuat⁹, & posteà ipsū vēdere. Bart. in d.l.ij.in prin.tenet ꝙ possit: vt supra dixi. Dominus Pau.de Ca.in l.cōtinu⁹. §.cū qs.ff.de ver.ob. tenet cōtrariū, dicēs ꝙ si ciuitas recognosceret superiorē, non posset hoc facere 3 sine licētia superioris. *Vnde dicit, ꝙ ciuitas Paduę nō posset tale statutū facere, nec alienare sine licentia dominorū Venetiarū, apud quos est oīs administratio b.l.j. ff. de consti. prin. ego autē firmiter teneo cōtrariū, videlicet opi. Bar.p tex.cū gl. in d.l.ij.in prin.ne qđ in loc.pu.& p l.prohibere. §.planè.ff. quod vi aut clàm.q̄ iura loquūtur nō solū de ciuitate Romana, sed etiā de alijs ciuitatibus: vt dixi in q.ꝓcedēti, & ideò nō debem⁹ iura restringere ad ciuitatē, q̄ nō recognoscit supiorē: quia tūc perinde esset ac si loqueret de ciuitate Romana tātū: qđ nō est dicendū. Et ex ꝓdictis infero aliquas conclusiones. Prima est, ꝙ loca pu.vniu. ciuitatis, q̄ sunt in vsu publico, vt campus Martius, plateę, & similia, possunt vēdi vel aliter alienari p ciuitatē, in qua sunt, si nō recognoscit superiorē: vel p eius dominū similiter superiorē nō recognoscentē. Secūda conclusio, princeps, vel ciuitas, vel recognoscēs superiorē, pōt statuere q lo cus publicus efficiatur priuatus, & vēdatur, vel ad aliū vsum deputetur vt d.l.ij. ī prin.ibi, decretóue principis

pũ. Tertia cõclusio, per ciuitatem vel dominũ recognoscentẽ superiorẽ, nõ possunt vendi dicta loca publica sine licẽtia superioris. Quarta cõclusio, per ciuitatẽ vel dominũ superiorem recognoscentem, põt fieri statutũ sine licẽtia vel autoritate superioris, ꝙ bona publica suæ ciuitatis efficiantur priuata, & postea vendantur tanquã priuata. Quinta cõclusio, si concurrit ciuitas, vel dñs cũ superiore in alienãdo bona publica vel in disponendo aut statuendo de eis, præfertur princeps superior, cuius hæc bona sunt, p c.j. in prin. quæ sint regalia. Sexta & vlt. cõclusio, potest princeps superior, q nõ recognoscit superiorẽ aliũ, tollere ciuitati vel dño inferiori potestatẽ statuẽdi sup reb⁹ publicis. Et est ratio, qa ex quo illa potestas, quã habet ciuitas disponẽdi de rebus publicis, leges condẽdo, procedit aliàs, vt d.l. ij. in prin. ff. ne quid in lo. pu. põt per principẽ reuocari: quoniã nedũ lex põt reuocari per principẽ, sed etiam priuilegiũ cõcessum etiã per pdecessorẽ suũ, ac ẽt postquã est alijs ius q̃situ: vt l. qui fundos. C. de omni agro deser. li. xi. vt singulariter no. Bal. secũdũ Nic. de Mat. in l. fi. pe. co. C. vnde li. vbi omnino de hoc videas. Ad tollẽdũ tñ istud priuilegiũ requiritur clausula, nõ ob. tali l. puta. §. ij. ff. ne quid in lo. pu. ex quo tale priuilegiũ est in corpore iuris clausum. arg. gl. no. in aut. qua in puincia. C. vbi de cri. agi oportet. & glo. in l. hæres absens. in prin. ff. de iud. quod est not.

Põt addi septima cõclusio ex pdictis, videlicet ꝙ ciuitas q̃ etiã nõ recognoscit superiorẽ, põt bona quæ sunt ĩ patrimonio suo, nõ in vsu cõi, vt sunt molẽdina Bononiæ, alienare ẽt sine autoritate supioris: p text. cũ gl. in l. sed & Celsus. in prin. ff. de cõtrahẽ. emp. & in l. inter publica. ff. de

24 ver. sig. *Quæro vndecimò principaliter, an p viã publicã sit licitũ priuato ducere aquã simpliciter, vel p cõductũ ligneũ vł lapideũ. Et dicas, ꝙ nõ, nisi licẽtia principis vel ciuitatis, ĩ l. seruitutes. §. publico. ff. de ser. & ibi no. Bar. ĩ l. quominus. ff. de flu.

25 *Quero duodecimò, an suprà viã publicã sit licitũ facere põtes seu põticellos. Et dicas, ꝙ non per priuatũ: vt l. ij. §. tractatus. ff. ne qd in loc. pu. & ita tenet ibi gl. & Bar. & probatur in l. fi. ff. ne quid in flu. pu. Sed pmissu prĩcipis vł ciuitatis hoc fieri põt: vel qñ esset cõsuetudo in cõtrariũ: vt d. §. publico. & no. in l. nõ solũ. in prin. ff. de no. ope. nũ. vt not. Bart. in d. l. quominus. in xiij. q. & per Bal. in l. itẽ lapilli. ff. de re. di. & in l. iurisgẽtiũ. §. si paciscar. s. de pac. & p Ang. ĩ l. fi. ff. de ser. de quo dic, vt dixi ple-

26 nè in lib. supe. *Quero decimotertiò, an via publi. possit per priuatum occupari aliquo mõ. Dicas regulariter ꝙ nõ, etiã si hoc nemini sit nociuũ: vt l. ij. in princ. ff. ne quid in lo. pu. & ideo nõ est licitũ facere scalas in via publ. nec etiã primũ vel secũdũ gradũ scalę, vt no. Ang. in d. l. fin. ff. de ser. vt dixi in libr. pce. de scalis. Eodẽ modo nõ licet hortulũ facere vel vineam plãtare, vel aliquid aliud imponere: nisi per principẽ aut ciuitatẽ, vel cõsuetudinẽ hoc permitteretur. ꝙ no. Et pdicta q̃ dixi in his tribus quæstionibus proximis de concess. principis vel ciuitatis, intelligo qñ talis concessio esset vicinorũ aut alicuius priuati: quia tunc talis con-

cessio non valeret: arg. l. quoties. C. de preci. imp. off. & l. nec auus. C. de emã. li. & ita tenet gl. in l. seruitutes. §. publi. in ver. incõmodo. de ser. & gl. in l. ij. §. si qs à principe. in ver. impetrauerit. ff. ne quid in lo. pu. Circa quod vide omnino q̃ plenissimè dixi suprà de põticellis, versi. sed circa prædicta dubitari posset. & in ti. de ingressu. ver. prædicta aũt intellige. & suprà de curia. in vj. fal.

27 *Quæro decimo quartò, an via pu. possit claudi. Dic breuiter, aut interuenit autoritas principis, aut ciuitatis, aut illius cui reipublicæ administratio concessa est, vt possit claudere. l. seruitutes. §. publico. ff. de ser. & l. ij. in prin. ff. ne quid in lo. pu. & l. quod principis. ff. de aq. plu. arc. & in l. prohibere. §. planè. ff. quod ui aut clàm. Aut nõ interuenit talis autoritas: & tũc aut talis via habet exitũ in aliã viã pu. vel ad vrbẽ, vel ad mare, vel flumina: iuxta l. fi. ff. de lo. & iti. pub. & tũc sine dubio per priuatos claudi nõ põt: vt d. l. jj. §. ait p̃tor. & §. p̃tor ait. & est tex. cũ gl. in l. j. ff. de lo. & iti. pu. q dicit ꝙ si aliqs viã publ. clauserit, cuilibet permittitur agere interdicto, vt restituatur in pristinũ statũ: vt d. §. prætor ait. Aut talis via nõ habet exitũ: qa per eã fortè itur ad certas domos: & tũc videtur ꝙ possit claudi, quia illa via videtur esse vicinalis, & vicinis tantũ seruit: & sic q̃dã priuatorum vicinorũ esse videntur, per l. ij. §. vicinales. ff. ne quid in lo. pub.

28 *Ex quo potest inferri, si domus vel fundus, q sunt vndiq;, esset vnius tantũ, ille solus posset dictã viã claudere. & vidi multos esse in hac opinione. Sed contrariũ est verius, præsupponẽdo ꝙ sit via publica, vel vicinalis, ita tamẽ, ꝙ nõ extet memoria, ꝙ sit facta ex collatione fundorũ vicinorũ: quia talis via videtur publica, licet appelletur vicinalis: ex eo quia principaliter vicinis deseruit, vt dixi suprà in vij. q. Vñ cũ sit via pub. & in vsu publico, & publicè omnibus pateat, claudi nõ põt: per d. l. ij. ff. ne quid in lo. pub. & per l. j. §. si quis in specie. & l. fi. ff. de via pub. & l. j. cum glo. ff. de lo. & iti. public. & ita tenet Ang. in cõsi. suo xviij. quod incipit reperit ista reformatio infrascripti tenoris. qui subdit, ꝙ quis põt dicere hanc viam nõ esse publicam, quia exitũ non habeat: non enim hæc attẽdimus, sed hoc tantũ, an solum sit publicũ, pro quo tu allega d. l. ij. §. viã publicã. Nec obst. ꝙ dicatur vicinalis vel consortiua: quia nõ ex eo ꝙ sit vicinorũ vel cõsortiũ ritu proprietatis, sed eò, quia principaliter deseruit vicinis & cõsortibus: tñ in vsu publico non est, nisi probetur ꝙ extet memoria, ꝙ sit facta ex collatione fundorũ, quia tũc esset priuata eorũ, & per eos posset claudi, & nõ aliter: per d. l. ij. §. vicinales. & per l. j. ff. de lo. & iti. pub. & per ea quę dixi in vij. q. & suprà de ingressu vel introitu, versi. prędicta autem procedunt. quã perpetuò tene mẽti, qa sępe de facto cõtingit.

29 *Quæro decimoquintò, quid si aliquis claudit vel taliter impedit, quòd per eam iri nõ possit, an possit agi contra claudentem vel impedientem. Dic quòd sic, vt l. quibus diebus. in prin. ff. de condi. & demon. & l. j. ff. de lo. & iti. pub. & dicit glo. in d. l. quibus diebus. quòd possum agere actiõe iniuriarũ vel negatoria. Bald. ibi tenet contrariũ, quia quis non prosequitur interesse proprium

niatũ vel patrimoniale pro quo dantur:& ideo dicit cõpetere dũtaxat iudicis officiũ.arg l.denũciamus.C.de his qui ad eccl.cõfu.& l.si seruus. ff. quod cũ eo.& ff.de offi.pc.l.fi.& ita tenet do.Pau.de Cast.in d. l. quibus d ebus.in fi.prin.Ego plus dico,ꝙ si aliquis clauderet viã publicã, cuilibet permittitur agere interdicto, vt restituatur in pristinũ statũ:vt l.ij.§. prætor ait.ff.ne quid in lo.pub.& dixi in q.præce. Quod tñ intellige,nisi esset clausa autoritate principis vl' eius qui haberet potestatẽ alienãdi: vt dixi s.in viij.& x.q.

30 *Quæro decimosextò,aliquis clausit viã,nunqd possum propria autoritate clausurã frãgere.dic,aut loquimur de via priuata.aut est clausa per dñm viæ, aut per aliũ, Si est clausa per dñm viæ, nullus põt eã clausurã rũpere:qa in nostro licitũ est pro libito facere.vt l.ĩ re mãdata.C.mã.nisi illa via iure seruitutis esset alteri obligata:& qa qñ aliqs ædificat ẽt cõtra debitã seruitutẽ, dũmõ nõ ædificat in alieno, sed ĩ suo tm̃, nõ põt ppria autoritate ẽt p illũ cui seruit⁹ deberetur destruere,vt l.quẽad.§.si ptectũ.ff.ad le.Aq.& l.si vitẽ.§.si ad ian.ff.qđ vi aut clã.Si võ alius q̃ dñs claudit viã, põt indistinctè dñs propria autoritate destruere:vt pbatur in d.§.si protectũ.& in d.§.si ad ianuã. Si aũt est via publica,tũc dic ꝙ nõ licet ppria autoritate destruere,sed debet agi ĩterdicto,ne qd in lo,pu.vt l.ij.ĩ prin. & §.ait ptor. & §. ptor ait.ff. ne qd in lo.pub.& de hac q.dic vt dixi s.in pce.l.i.de ser.ti.immit.in vij.q.princ. vbi plenissimè examinaui istũ arti.

31 *Quæro xvij.qd si claudit͛ via pu. quæ est in vna contrata, an alius de alia cõtrata,cuius parũ aut nihil interest,possit agere vt destruatur dicta clausura. dicas ꝙ sic: vt d.l. ij ff. ne qd in lo.pub.Et hoc tenet gl.no. in d.l.ij.§.pe.in ver.actiõis. & ita tenet Ang.in l.in prouinciali.§.fin.ff. de no.ope.nũ.qui dicit illã gl.nõ esse alibi.& Io.de Ana.in c.qualiter & qñ.in ij.col.extrà de accu. qui dicit, ꝙ illa gl.cõiter tenẽ per Doct.imò dicit plus,ꝙ etiã forẽses possent agere.per d.l.ij.& ita no.Barto.Ange.& Doct.in d.l.in prouinciali.§.fi. & dixi s.de cloacis, in vij.qõ.

32 *Quæro xviij.de quadã quęstione quę fuit inter duas cõmunitates,quã ponit Bal. in l.plures.C.de cõd.inser.de quadã via publica,per quã ibãt curr⁹ vtriusq; cõmunitatis:cui ex dominis territorij debet hæc via applicari.& dicẽdũ est ꝙ dicta via est in promiscuo vsu,nec diuidi põt:qa quælibet pars diuisa esset inutilis ad exercitiũ vię: & cuius effectus indiuiduus est,eius quoq; substãtia indiuidua est.arg.ff. de re.iu.l.cuius effectus. & ff.cõi di. l.arbor.§.de vestibulo. Et maleficia ibi cõmissa syndic⁹ vtriusq; vniuersitatis põt denunciare:nec est curandum in qua parte villę,vtrum magis versus vnum territorium,siue latera vnius territorij, q̃ versus reliquum: qa tota via est in promiscua iurisdictione.Et istæ cõmunitates rediguntur ad instar duorum sociorum,siue duorũ reorũ credendi: vnde si transeuntes per illam viam debent soluere pedagiũ, erit cõmune:quia ex re promiscua & cõi peruenit.Inquirẽdo tamen de maleficio ibi commisso,videtur melior conditio occupãtis.Et occupare dicitur qui totum usurpat;& tamen hic habetur occupa

tio iurisdictionis, vbi præuentio facit ius. ar. ff. de offi. consu. l. j. Et sicut implere conditionẽ prodest soli implenti, vt d. l. si plures. C. de condi. inser. ita exercere iurisdictionẽ ꝓdest soli exercẽti, & solꝰ prçueniẽs intel
a ligitur iurisdictionẽ[a] exercere. Alij dicũt, ꝙ si in medio duarum ciuitatũ est locus cõis, & ibi fiat maleficium, ꝙ potestas vtriusque ciuitatis habet cognoscere: quia eius territoriũ offenditur. ff. de his qui deiece. vel effu. l. j. in fi. & l. si verò. §. ꝙ si ex mediano. & sic nõ est melior conditio prçueniẽtis, sicut in iniuria facta pluribus, vnusquisq; iniuriam suã prosequitur. & hoc est verius secundùm Albe. de Ceruio. & dicit Bal. in d. l. si plures. Et econuerso, si villa tenetur emẽdare furta in suo districtu, & in via cõmuni duarũ villarũ esset factũ furtũ: quælibet villa tenetur insolidũ: sed vna absoluitur, altera liberatur: vt in dictis iuribus: & sic, ꝙ cõe est priuatũ actiuè & passiuè ĩ istis indiuiduis, secũdũ Bal. ĩ d. l. si plures. & adde ꝑdictis quãtũ ad cõdẽnationẽ. qđ no. Alb. de Ro. in ij. parte statuto
33 rũ. q. clxxvij. & q. xxxviij. *Quæro xix. statuto cauetur, ꝙ vulnerãs ĩ via pub. magis puniat̃ q̃ si alibi vulnerat: aliqs percussit in via priuata, ꝑ quã tñ iter publicè fiebat, an puniet̃, acsi ĩ via publica vulnerasset. Et videtur ꝙ sic, ꝑ l. j. §. summa cũ vtilitate. ibi, dũ nõ per eã vulgò iter fiat. ff. de his qui deie. vel effu. qa mẽs spectari debet: vt l. iij. §. cõditio. ff. de adi. le. ita tenet Ang. ĩ trac. suo de malefi. in ti. de pœ. & percus. & insultu. versic. itẽ po. & eũ sequitur Alb. de Ro. in suo opere statutorum, in secunda parte. q. xxxvij. quæ ĩcipit, statuto cauetur ꝙ vulnerãs. In contrariũ tñ videtur ꝙ illa via in veritate est priuata, vt in q. ꝑsupponitur. & dixi s̃. eo. in vij. ergo statutũ pœnale loquẽs de via publica, nõ debet habere locũ in priuata: quoniã statuta sunt stricti iuris, nec regulariter debẽt extẽdi: vt l. i. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & l. si is qui nauẽ. ff. de exer. cũ si. & maximè statuta pœnalia: vt no. in l. si verò. §. de viro. ff. so. ma. & istã partem puto esse veriorẽ: quia qñ statutũ est pœnale & correctoriũ iuris cõis, sicut præsupponitur in casu isto: tunc nõ debet extẽdi etiã per idẽtitatem rationis, per not. per glo. & Doct. in aut. quas actiones. C. de sac. san. ecc. & per not. elegãter per Bar. in l. j. ff. sol. ma. in ix. q. Secus esset, qñ statutũ declararet aut distingueret ius commune: qa bene tũc fieret extẽsio per identitatẽ rationis, secũdũ Bar. in l. si cõstãte. Nõ obst. l. j. §. summa cũ vtilitate. ff. de his qui deie. vel effu. qa ibi fit extẽsio per l. & in casu nostro fieret per hominẽ, qđ nõ est con-
34 cẽdũ per prædicta. *Quæro xx. alia questiõe quotidiana: scilicet statutũ est hic Paduæ, & ẽt in multis locis: ꝙ si quis vẽdiderit fundũ, possit cohærẽs seu confinis seu collatera-
d lis[d] præsentare idẽ preciũ, & vendicare fundũ venditũ ab emptore: modò aliquis vẽdidit fundũ, & vicinus qui habet alium fundũ propinquum, via tamen publica interueniẽte, vult præsentare precium vigore dicti statuti: quæritur an possit. & dubium est in hoc: an talis vicinus dicatur cohærens & confinis aut collateralis: & quòd possit præsentare. Et videtur quod sic: per l. lacus. ff. de acquir. do. & per text. cum gloss. not. in
ci-

de re.diui.in §.riparũ.& versi.adhærent.vbi habetur, ꝙ ripæ fluminis dicuntur esse illorũ, quorũ prædijs adhærent, etiã si via publ. sit in medio. Itẽ ꝑ hoc, qa via publica media nõ impedit seruitutem, licet alius locus priuatus sit: vt l.seruitutes. §.public. ff.de ser.& l.qui sella. §.fin.de serui. ru.& casus videtur ad literã in l.ij.§. fi.cũ l.seq.ff.fi.reg.vbi dicitur, quòd si via publ. sit in medio inter fundũ tuum & meũ, confiniũ nõ intelligitur: quia via in confinio meo est via publi. magis q̃ ager vicini: & ideo vult ibi, quòd nõ poßit agi iudicio fini.reg. quod inter confines cõpetit. & istam vltimã partẽ, puto veriorem esse. Et idẽ etiã dicas, si flumen publicũ esset in medio: quia nõ dicerentur esse cõfines seu collaterales: vt est tex.in l.v.quę incipit, quia vias. ff.fin.reg. Secus si riuus priuat⁹ interueniret: vt est casus in l.sequẽ.
35 quæ incipit, sed si riuus. *Et hanc partem etiam tenet Bald.in quadam lege Græca Federici imperatoris, quæ vocatur, ius prothomisios, in glo.ij. Nec obstat l.marit⁹.de acqui. rer.do.vbi tex. in fin. videtur velle, quod si inter fundũ vicini, & meum est via pub.& flumen destruxit fundum vicini, & viã pub. & posteà retrocedit flumen, quòd fundus vicini efficitur meus, nõ obstante quòd via quæ remanet, sit in medio: quia ille text. fundat se in hac ratione in fin. quia etiã ipsa via est fundi mei. & glo. intelligitur quãtũ ad emolumẽtum, nõ quantũ ad proprietatẽ, vel quantũ ad cõmodũ meũ: quia si via destrueretur ex fundo meo, deberet reparari, ꝑ l.si loc⁹. §.fi.ff.queãd. ser.amit.sed quo ad alios effectus, se cus. Et ideo quantũ ad hoc vt fund⁹ q est vltra viã, sit cohærẽs, quãtũ ad hoc vt cõtra ius cõmune posit vẽdicari, dicẽdũ est, ꝙ ipsa via impediat ne fundi dicãtur coherẽtes. & eodẽ modo respõdeo ad gl.in §.riparũ. q̃ poti⁹ probat cõtrariũ, relata ad tex. qui tex.dicit, ꝙ ripæ sunt eius, cuius prædio adhæret. & gloß.addit etiã, quasi dicat, si via vel flumẽ sit etiã in medio: licet tũc nõ adhereat prędio quãdo via est in medio, tamen ripa
36 sua est. *Quæro xxj. quid si via cõmunis est ad fontes agrorũ vel castrorũ, ad cuius iurisdictionẽ præsumãtur prædia pertinere. Respõdeo secũdũ Bal. in l. si plures. C. de cõdi. inser. ꝙ via cõmunis diffinit loca secũdũ vicinitatẽ aspectus. Insti.de re. diui. §.insula. & vide qđ no. Azo in summa. C.vti pos.in §.ĩ his. Itẽ mediũ est extremitatib⁹ oppositũ secũdũ Arist.ideo nulla extremitas ꝑdicatur de medio. Itẽ qđ participat de cõtrarijs, nõ est simpliciter tale: vt ff.
37 de leg.ij.l.hoc legatũ. *Quæro xxij.
e aliqs legat.ᵉ vel vẽdit fundũ vel domum, an videat̃ cõcessum ꝙ debeat habere viã ex fundo exterioris vel vẽdẽtis, vel sunt duo fratres aut socij, diuidũt vnũ fundũ, an in dubio videatur actũ, ꝙ vnus debeat habere viã per partẽ alterius. Vide quæ plenißimè dixi in li.præce.in ti.de ser. iti.seu adi. vbi etiã dixi de iti.& act. vbi omnino vide. & adde ꝙ si aliqs vẽdit fundũ, in quo habet capellã, ꝙ capella nõ cedit, si habet aditũ ex publico. Sed Bar. ita dicit in l. si mercedẽ. §.j.ff.actio.em.ꝑ illũ tex.cui adde no.ꝑ Inn.& Doct.in c.ex literis.
38 extrà, de iure pa. *Quæro xxiij.qd si via publi.est aqs inũdata vel aliter

destructa, an possit iri p fundũ vicini. dic q̃ sic, p l. si locus. §. fin. ff. quẽadmo. ser. amit. & nũqd debeat vicinus de hoc habere pretiũ, glo. ibi tãgit. ego dixi in loco precedẽ. in x. q. prin. in fi. & s̃. de ser. & antep. q. ver. sed qd si loc⁹ debẽs seruitutẽ itineris, est inũdat⁹. & in pe. q. ver. vij. qñ via pub. & adde qđ isto casu si aliqs duceret pecudes vel animalia p fundum vicini, qñ via pub. est destructa: nõ põt accusari per vicinũ de dãno dato: vt no. Bal. in l. p agrũ. C. de ser. & aqua. & vide ad hoc gl. j. dist. oẽs ll. in gl. ma. in fi. & gl. fi. in prin. l. marit⁹. ff. de acqui. rer. do. & hoc intellige, dũmodò ciuiliter ducat animalia: ita q̃ à dãno inquantũm põt, custodiat. l. si cui. ff. de ser. secũdùm
39 Bal. in d. l. p agrũ. * Quæro xxiiij. qd si aliquis in agrũ vicini viã pub. reiecerit: an is p cuius fundũ via pu. facta est, possit agere contra eũ. Dic q̃ sic: qa põt agere actione viæ reiectæ ad suũ interesse. s. quanti sua interest, q̃ via pu. p suũ fundũ facta nõ sit. vt est tex. in l. si in agrũ. ff. de via pu. quã actionẽ qdã dicũt eẽ ꝓpriũ nomẽ actiõis: & ita est in arbore actionũ Io. in spũali circulo: & ita bñ sonat actio viæ reiectæ, sicut & nomen alterius actionis. & ita tenuit Azo, vt not. glo. j. in fi. in d. l. si in agrum. Alij dicũt, q̃ nõ est proprium nomẽ actionis, sed est quædã adiectio, sicut est actio de peculio. & qđ dicitur ĩ d. l. si in agrũ: q̃ datur actio viæ reiectæ, debet exponi, id est, propter viã reiectã datur actio vtilis l. Aquil. vel in factũ: vt no. gl. in d. l. si in agrũ. sicut & aliàs datˀ actio de dolo. i. ꝓpter dolũ datur actio, scilicet mãdati. C. de do. l. j. & istã partẽ tanquã vltimã, videtur sequi Rof. in libellis suis iuris ciuilis, in ti. si vicin⁹ per fundũ viã reiecerit, &c. aliàs de rubri. de actio. vię reiectæ. & ita eu[m] tenet Bart. in d. l. si in agrũ. qui dicit q̃ ista non est actio de per se, sed est actio in factũ ex hoc edicto, vel p l. Aql. & intellige Bar. dũ dicit ex hoc edicto; de edicto posito in l. j. de via
40 pu. & iti. pu. re. * Sed circa istã actionẽ vię reiectę querã de qbusdã pro eius declaratiõe, qa est materia incognita. Primò quot sint necessaria ad hoc vt cõpetat ista actio. Ro. in d. rub. de act. vię reiectæ, dicit tria sunt necessaria. Primũ, q̃ viam pub. quis fecerit per fundũ. Secundum, q̃ iste fundus sit vicini sui: idẽst esset alteri⁹ priuati. Tertiũ, q̃ ꝓpter hoc damnũ sit illatũ illi vicino vel domino, p cuius fundum via pub. facta est. & hec oĩa colliguntur
41 in d. l. si in agrũ. ff. de via pu. * Secundò q̃ro ad qđ cõpetat ista actio. & videtur q̃ cõpetat ad hoc, vt via pub. reiecta in agrũ vicini, remoueatur de fundo illo. sed dic cõtrà: qa im cõpetit ad interesse tãtũ: vt est casus in d. l. si in agrũ. & hoc tenet Rof. in d. tit. de act. vi. re. & adde qđ dicã infra seq. Hoc tamen fallit in casu, quando via pub. esset destructa, per l. si locus. §. fi. ff. quemad. ser. amit. secundùm glo. in d. l. si in agrum. quã declara, vt dixi s̃. in xxiij. q. & in aliis
42 locis ibi remissis. * Tertiò quęro quid si agatur ad hoc, vt illa via remoueatur. Dic quòd non competit actio pdicta, vt statim dixi. sed possum ego, in cuius fundũ via reiecta est, propria autoritate claudere, ita quòd plus inde transire non possit per l. quemad. §. si protectũ. ff. ad

Aqui.

Aquil.arg.l.ij.C. de allu. & ita Rof. in d.tit.de act.viæ re.qui dicit, ꝙ ita de facto sæpe videm⁹:& adde quod
43 dixi s.in vj.q. *Quartò quero, qd si egit quis primò cōtra vicinū, qui viā pub.in fundū suū reiecit, & fuit cōsecutus interesse suū per actionē viç reiectç:an poterit posteà claudere viam? Videtur ꝙ sic.arg.l. Stichū aut Pamphilū:§.de loco.ff. de solu. Contrariū teneas; ꝙ cū ipse pretiū habuit, & pretiū loco rei succedat. ff.de petit.hered.l. si & rē & pretiū. & dixi in l.Labeo.§.Sabin⁹.& §.itē si dominus. de ver.sig.ergo videtur habere fundū,ex quo habet pretiū, vnde viā claudere aut remouere nō poterit.& ita tenet Rof.in loco prç allegato. Itē pro hoc cū competant domino fundi duo remedia,vnū ad interesse, aliud ad rem impetrandā: vnū alteri renūciare videtur: iuxta not. in l.quod in hęrede.§. eligere.
44 ff. de tri. * Quintò quęro, quid si aliquis reiecit viā priuatā per fundum vicini sui, nūqd agetur actiōe priuata? Et videtur quòd nō: quia illa actio est inuenta pro via publica. Rof.tamē in tit.prçallegato, in fi.dicit ꝙ credit, ꝙ vtilē actionē habere possit, & intentare etiā negatoriā: & si est dominus fundi, datur sibi vtilis negatoria vel publiciana: vt l.si ego.ff.de pub.directa actio non datur pro via tātùm publica:quia tunc non concurrunt verba & mens legis.facit quod not. in l.tutori.C. de nego.gest. & in l. si quis id quod.in
45 prin.ff.de iurisd.om.iud. * Sextò quæro,quomodo debet formari libellus in hac actione viç reiectç. Et dic ꝙ debet formari isto modo: Corā vobis,&c.cōpareo ego Philippus Alexāder de Velletro contra & aduersus Antoniū Falsepedatū, & dico & expono,ꝙ dictus Antonius in agrū meū viam publicā reiecit, seu immisit,propter qđ interest mea,nē via illa ita reiecta sit.quare istud interesse meū peto, & ad hoc propono actionē viç reiectç.& hoc tenendo illā opinionē. ꝙ cōpetat dicta actio. sed tenēdo aliā opin.scilicet ꝙ nō sit propriū nomē actionis, sicut dixi in j.q.huius xxiij.q.tūc retineas omnia in libello posita, & adijcias: Et ad hoc propono actionem in factum[f],vel vtilem l.Aquilię. ita dicit Rof.in d.ti.de actio.vię reiectę.Sed tu dicas, ꝙ hodie in vtroq; casu non est necesse, ꝙ exprimatur nomē actionis:vt nota.glo.magna, in l.j.in prin.ff. de eden.& ibi p Doct.& no. per glo.& Docto.in c.dilecti.extrà; de iudi.in c.examinata.eo.tit. & tutius est, ꝙ nō inseratur nomē actionis in libello, vt notatur in dictis iuribus;& maximè in casu isto,in quo sunt opiniones, ꝙ sit propriū nomē
46 actionis exprimendū. * Septimò & vltimò quero, quomodò debeat actor & reus formare positiones in hac actione vię reiectę.dic secūdùm Rof.in tit. sæpius allegato: qa positiones actionis sic fieri debēt. Ego dico, ꝙ via pub. vadit & ire debet p tales partes, vel recta via pub. per illā:tu vicin⁹ reiecisti vel immisisti p fundum meū. Item dico,quòd per talem viā missam per fundum meū damnum mihi illatum est,&c. Positiones verò rei sic fieri possunt: Et dico; quòd via publica est, vel esse debet per tales partes, sicut nūc est: Item dico,ꝙ in partes illas, vel fines est fundus tuus. Item dico quòd per

t 4 talē

talẽ viã publicã ita immissam, cõditio tua facta est melior: modò p viã & stratã publicã potest inde alimoniã vẽdere renũtiantibus, & per viã
47 publi.trãseuntibus. *Quæro xxv. an quilibet teneatur munire vel reficere viã. Dic duplex est via: vna publica, alia priuata: vt dixi s. in vij.q. primo casu: quando via est publica, distingue: aut via est intra ciuitatẽ, & qlibet debet munire iuxta domũ suã: vt l. ædiles. ff. de via publica. aliàs est in ti.ff.de loco pub.fru. Et ita tenet Barto. in l. per Bithyniã. C. de imm.ne.cõce. li.x. & idẽ si via pub. est p burgos ciuitatis: vt est tex. cum glo. in ver. ciuitates. in d.l. ædiles. in tãtùm, q nullũ genus hominũ excusatur ab isto onere: quia nõ numeratur inter sordida munera: vt l. absit. C. de priui.do. Augu. lib. xj. & ibi p Bar. nisi esset cõcessa vacatio mune-
g rũ publicorũ, vel papalis cõcessio g vt nõ teneatur ad istud onus reficiẽdum: vt l. hi q muneris. de vaca.mu. & not.gl. & Bart. in d.l. absit. & ideo non excusantur prædia principis, vt ibi. Et hoc tenet Andr. de Barulo, p illũ tex. & est tex. in l. ad instructiones. C. de sacrosan.ecc. Itẽ nec excũsantur ecclesiæ, vt ibi. & in authẽ. de eccle.tit. §. ad hoc sancim⁹. col. viij. qa est onus reale: vt dicit Bar. in d.l. ad instructionẽ. & sic not. quòd res ecclesiȩ tenentur ad refectionẽ viarum publicarum. Non autem dicas quòd sola ecclesia, id est, ipse locus sacer sine aliqua possessione teneatur ad istã refectionẽ, quia nõ tenetur: sed per possessiones tantùm. Et ideo fratres minores non tenentur ad istud onus, nec etiã ecclesiæ ciuitatis tenentur ad refectionẽ viæ, seu stilizare iura ciuitatis Bon. qa ecclesiæ in nullius bonis sunt: sed parochia reficiet, secũdùm Iac. Bu. & B. in d.l. ad instructionẽ. Et qa istud onus reputatur esse onus fructuũ: si pendẽtes. §. si qd cloacarij. ff. de usufr. & d.l. ædiles. sequitur, q possessiones steriles, quæ nihil reddũt fruct. nõ tenẽtur ad istud onus, secũdùm Bal. in d.l. ad instructiones.
48 *Sed aduerte, quia glo. xvj. q. novarũ. aliàs in §. iuxta. in ver. nouis collationibus. in fin. dicit regulariter, quòd nõ tenetur. l. ad instructiones. C. de sacrosan. eccl. quæ dicit, quòd clerici tenentur ad instructionem itinerũ: & per hoc videtur tex. in c. nõ minus. de immu. ecc. in cle. j. eo. tit. & hoc tenet Host. in summa, de imm. ecc. §. qb⁹. Ego verò credo illã glo. nõ dicere verũ, o
h quoniã ista sunt munera realia h, vt dicit Bar. in l. ad instructiones. & non sunt sordida: ergo tenẽtur ecclesiæ, vt d.l. absit. Nec ob. d. §. nouarũ. vbi dicitur, q ecclesia nõ tenetur ad nouas collationes, & sic ad munera sordida. Et istã partẽ, q ecclesia teneatur ad ista onera refectionis viæ, tenet Anto. de Bu. in d.c. nõ minus. vbi plenè examinat istã materiã. Et ita etiam tenet Cardi. Zaba. in Cle. j. xvij. q. de vita & hone. cler. dicens quòd d.l. ad instructionem. hoc expressè dicit, nec aliquod ius nouum specificè cõtradicit. Vnde quòd nõ mutatur, quare stare prohibetur. l. sancimus. C. de testa. & l. præcipimus. in fi. C. de appel. & allego hanc rationem ad idem: quia leges ciuiles sunt approbatæ per ius canonicum, inquantũ non contradicant expressè canonib⁹: vt probatur x. d. si. &

adiutorium.& in c.se.& notant Cano.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.extrà. de cōsti.& de ista materia an ecclesia & alij teneant ad refectionē viarum & pontiū, vide per do.Pe.de Anch.in repe.c.postulasti.in v.q.extra.de fo.
49 cōpe. *Sed quid si imponatur gabella ꝓ plaustris & curribus, quę soluitur ad portam pro refectione vię: an ecclesia teneat?& dicas ꝙ sic: quia aliquid soluitur ex eo quòd plaustra destruunt vias: & oportet ꝙ cōtinue reficiantur ex illa pecunia: & ideo sicut ecclesia tenetur ad refectionem viarum, secūdùm quod s̄.dixi: ita ad solutionem huius gabellæ, ex qua reficiuntur viæ, secundùm Iac.Bu.& Bal.in d.l.ad instructiones.dicit tamen ibi Bal.quòd ad hoc non possunt cogi per seculares: vt in Cle.j.
50 de immu.ecc. *Itē quid si ciuitas vel villa vult facere vnam viam de nouo, & vult imponere onus ꝓpriè ꝓ rebus, pro dicta expensa vię vel pōtium: an possit imponi ecclesijs? Barto.in d.l.ad instructiōes.dicit ꝙ nō: per aut.item nulla cōmunitas.C.de epis.& cle.nisi prædia essent tributoria.de quo vide per Bar.in l.placet. C.de sac.san.eccl. Secūdo casu, quādo via est extra ciuitatē, benignius tunc debet fieri refectio & iniūctio expensæ cōmunis imponēdo collectam iꝓ quātitate patrimonij, per l. per Bithyniam.C.de immu.ne.conce.lib.x.& ibi hoc tenet Bar.hoc tamē fallit, quādo dominus ciuitatis, vel aliꝰ superior reciperet vectigalia à transeuntibus: & tūc suis sumptibus eā viā deberet dominus vel superior facere purgari & reparari: nō autem sumptibus subditorū, per regulam iuris, qui sentit onus, &c.de reg.iur.in vj.& l.secundū naturā.ff. eo.ti.& ita tenet Io.de Pla.in l.vnica.C.de cad.tol.& pro hoc facit qđ no.dicit Archi.xxiij.q.iij.si qs peregrinus.vbi dicit ꝙ isti Comites & Barones tenentur ciuitates suas, in quibus colligūt pedagia, & stratas tenere securas à latronibꝰ: aliàs tenent emendare damnū de p̄dato.& idem sequitur Bal.in c.j.in pe.col.prin.in ti.de his qui feud.da.pos.& in c.j.§. conuenticulas.in ij.col.de pac.iu.fir. & Flo.in l.j.§.summa.ff.de his qui deie.vel effu.qđ perpetuò tene menti. Secūdo casu prin.quādo via est priuata, & hoc potest esse duobꝰ modis. Vno modo, via, id est, ius eundi, prout est seruitus: & tūc cōuenit ius refectionis ei q habet viā: ille enim qui habet solū, debet pati.vt l.refectionis.ff.cōmu.præ.& dixi plenè s̄. Secūdo modo accipitur via priuata, hoc est facta ex collationibꝰ priuatorū: & tūc idē quo ad illos priuatos: qa ad eos pertinet refectio: vt l.ij.§. viarū.ff.ne quid in lo.publi.& hoc tenet Guil.de Cu.in l.neminē.C.de sa.san.ecc.& sequitur Bar.in d.l.per
64 C. de rei ven. * & quia regulariter possum opponere de iure tertij, q̃n est exclusum ius agentis: vt no. in d. §. cõpetit. & per Cy. & Doct. in l. cũ seruũ quispiam. C. de ser. fugi. & per Bar. plenè in l. ij. ff. de re iudica. & p Bar. & Bal. in authẽ. q rem. C. de sac. sanc. eccle. & per Flo. in l. his cõsequenter. §. j. ff. fami. ercis. & per no. per Bar. Bal. & Doct. in l. si alienã. ff. sol. ma. Aut est seruitus imposita fundo Sempronij per Titiũ dominum superiorẽ nõ limitata, sed simpliciter, videlicet vt posit ducere aquam ad fundũ suũ. & idem multò magis dicendũ est, vt proximè dixi. Aut Sẽpronius recepit aquam in fundo suo ex fundo Titij superioris, non iure seruitutis, sed iure facultatis: & tunc aut Sempronius diuertendo aquam à fundo Caij, nihil sibi prodest, & Caio nocet, & non potest diuertere: quia Caius non recipit aquam ex beneficio Sempronij. ita intelligatur Bal. in d. l. itẽ lapilli. ff. de rerũ diuisi. pro quo facit l. j. §. idẽ ait, aquã ff. de aqua plu. arc. Aut diuertẽdo Sempronius aquam ex fundo Caij, Caio non nocet: quia quod tibi nõ nocet, & mihi prodest, faciliter concedendũ est: vt l. ij. §. nec igitur. & ibi not. ff. solu. matri. & ar. l. flu. §. fi. & l. Proculus. ff. de dam. infect. Aut diuertẽdo prodest sibi Sempronio, & nocet Caio, & in hoc est maior dubitatio. & Bal. videtur sentire d. l. item lapilli. quòd nõ possit. Ego teneo contrariũ. ex quo semper facit in suo, & auferret lucrũ Caio, cui nulla seruitus debetur: vt d. l. fluminum. in fi. & l. Proculus. & per ea quæ dicta sunt s̃. Et inquantùm dixi in tota ista q. quòd Sempronius potest aquã diuertere in damnum Caij inferioris, vel contra voluntatem Titij superioris: intellige, nisi isti tres fundi fuissent prius vnius tantùm, vel nisi fuisset vnus tantùm fundus: & posteà fuerint diuisi, vel diuisus, inter eos, vel eorum autores, puta cohæredes vel legatarios: vel quia simul emissent dictum fundũ, & posteà inter ipsos diuisissent, quia tũc quilibet deberet vti aqua, sicut erat & discurrebat tempore diuisionis dicti fundi: quia sic tacitè videtur actum inter eos, ex quo ita discurrebat tẽpore diuisionis, arg. l. qui binas ędes. cum l. seq. ff. de serui. vrb. prædi. & l. quod conclaue. cum ibi. no. ff. de dã. infect. & argu. eorum quæ dicit Bal. in c. j. §. si quis de manso. in iiij. colũ. in fi. in titu. de controuer. inuesti. & per ea quæ dixi in versi. item prædicta intellige vera. ante versi. ex prædictis sequitur decisio multarũ quæstionum. Facit l. alienatio. & l. si aquęductus. ff. de contrahen. empt. & l. in

v 5 his.

his. §.non debeo.ff.de reg.iur.& ꝑ hoc facit.l.ædiles aiunt.in prin.ff.de
65 ędi.edict. * Vbi dicitur, si venditur equus, qui habet sellam vel ornamẽta tempore quo venditur: videt̃ esse vendita sella, & ornamenta, vt ibi dixi.& no.per Bar.in l.eum qui. §.nõ solùm.ff.de furtis.& per Guil.Bart. & Docto.in l.si vt certo. §.vsque adeò.ff.cõmoda.& habetur per Ang. de Are.Institu.de actio. §.in duplũ. qui dicit plus, quòd non solũ veniũt ornamenta, quæ habebat tẽpore vẽditionis: sed etiã antè per duos dies: vt est casus mirabilis, in dicta l.ædiles aiunt. §.vendidi.& ibi etiam de hoc dixi.& in l.via cõstitui. §.fina.& quod ibi no.Bar.ff.de serui.rustico. prædio.& l.si in vendendo.in princ. ff.de contrahen.emp.cũ simi. In quibus habetur, quòd in dubio res videtur esse vendita vel diuisa liberè, & non cum aliqua seruitute: quia illa iura intelligo de seruitutibus, quæ habent causam momentaneam, puta itineris. Secus si successiuam, sicut est seruitus aquęductus: vt l.foramẽ. in prin. §.j.ff.de seruitu.vrba.prædi. vt plenè dixi suprà in j.lib.in titu.de seruitu.itineris seu aditus.vbi omnino vide pro declaratione huius quęsti. Nec obst.etiam l.si quis ædes.in princ.ff.de serui.vrb.præd.vbi dicitur, quòd si plures fundi qui debent seruitutem, efficiantur vnius tãtùm, seruitus tollitur: quia res sua nemini seruit.l.in re cõmuni.eo. ti.& simil. posteà vnus de illis venditur vel diuiditur, videtur vendi vel diuidi liberè. Pro hoc dicta l.si vendendo.in princ.quia illa iura intelligo nisi tẽpore venditionis vel diuisionis aqua discurreret per fundos ꝑdictos: quia videtur venditio & diuisio [...]cta, vt fundi remaneãt, sicut tunc [...]periebantur. Sed si aqua tempore [...]uisionis nõ discurrebat per ꝑdictos fundos, vel erat prius seruitus habe[...] causam momentaneam: tunc esset [...]liter dicendum: nisi in diuisione [...]ceretur, cũ accessibus & egressib[...] vsq; ad vias publicas: & cũ aquis [...]quarũ: quia decursibus, &c. vt ple[...] dixi in dicto titu.de seruitutib.itiner[...] seu aditus. quæ omnia perpetu[...]
66 ne mẽti, q̃a sunt quotidiana. * Q[...]ta q̃stio principalis põt ex prædic[...] decidi in casu econuerso. Nã [...] dictum est, quãdo dominus super[...] vult pręcidere venas in fundo suo [...]tas, & impedire nę aqua discurra[...] fundũ inferiorẽ, quid econtrà [...] dã habet fundũ superiorẽ, in qu[...] qua nascitur, puta profundè per [...]decim pedes, quæ discurrit sol[...] ad fundũ vicini inferiorem per [...]terraneos meatus.& q̃a nõ trans[...] meatus illi fundũ vicini, aqua a[...]dit in fundo superiori per illos [...] passus, & ducitur à domino super[...]ri per fundũ suũ. dominus infe[...] fodit in fundo suo: & ex eo aqua [...] ita, vt non possit amplius ascen[...] ad superficiẽ fundi superioris, [...]tur nũquid possit. Et videtur q[...] sic, per l.flumina. §.itẽ videamus [...] l.Proculus.ff.de dam.infec.cũ ali[...]milibus suprà ad hoc allegatis [...] teneo contrariũ per text.in d[...]minũ. §.fina.in fin vbi dicit, qu[...] tam altè fodiam in meo, vt pa[...] tuus stare non possit, tibi tene[...] sic ibi probatur: si aufero tibi [...] à me nõ habes, nec à meo pe[...] sed à tuo, & sic infero tibi dam[...] hoc de iure facere nõ possum [...]

alte fodiens q promiserat de damno infe. auferebat lucrũ, quod non proueniebat à re promissionis. Nam firmitas parietis vicini, cui erat facta promissio de dam. infecto, proueniebat à re promissionis. Nã firmitas parietis, & illud fundamentũ est ipsius vicini, nõ autem proueniebat à domo ipsi⁹ fodiẽtis. ideo hoc facere nõ potest, secũdũ Paul. de Castr. qui ibi dicit istũ esse verũ intellectũ illius text. quem glo. & Docto. non viderunt: sed ita est in casu proposito, dominus fundi inferioris fodiendo in suo fundo, & aquam educendo aufert domino fundi superioris aquã quæ peruenit à fundo superiori ad inferiorem, & nõ econtrà. ergo de iure nõ potest. Præterea hoc etiam probari potest: qa sicuti ædificando in meo, non possum mittere in alienum. l. quẽad. §. si protec. in fi. ff. ad l. Aquil. & l. si vitem. §. si ad ianuam. ff. qđ vi aut clam. ita videtur & multò magis, ꝙ ædificando in meo non possum auferre illud quod est alienũ, nec à me habet originem: qa pl⁹ videt esse, auferre alienũ, quàm simpliciter in alieno immittere: iuxta l. id quod nostrũ. ff. de regulis iur. ex quo magis damnum contingit in auferendo rẽ alienam. argumẽto aut. multò magis. C. de sacro. san. eccl. & l. quanto magis. ff. de iureiur. Quod singulariter no. qa põt trahi ad decisionem multarũ quæstionũ similiũ. Puto tamen si vellet dominus inferior in suo fundo fodere, non causa prædictã aquam habendi, similiter fortè vt penũm faceret ad cloacam, nõ impediret, si ita clauderet meat⁹ aquæ subterraneæ, quòd nõ impediretur ascensus eius ad fundũ superiorẽ. arg. dictę l. fluminũ. §. fi. ibi, vt paries stare nõ possit à cõtrario sensu. & arg. d. §. fin. ver. ait Trebatius. ibi neq; enim existimari operis mei initio dãnũ tibi dari in ea re, in qua iure meo vsus sum. ff. de damno infe

67 cto. *Quinta quæstio similiter decidi põt, si aqua discurrat à fundo Titij superiori, & in fundo Sempronij inferiori per venas subterraneas: & quia Sempronius nõ fodit in fundũ suũ, tota aqua fluere consueuit ex superiori fundo Titij, nũc Semproni⁹ fodit in fundo suo, & venas aperuit, ita vt tota aqua tã illa q̃ in venis suis nascitur, quàm illa quæ ex venis Titij fundi superioris, discurrat ad fundũ ipsius Sẽpronij, & desinat ascẽdere ad superficiem fundi Titij, nũqd ita possit fodere Sempronius? Et ex prædictis cõcludendũ est: Aut quæritur nũqd potuerit fodere, & aquã ducere ex venis, quæ ex fundi sui venis ꝓcedit: & sine dubio põt: qa qui fodit in suo, nihil mittit in alienum, nec de alieno aliqd aufert. Aut quæritur de diuisione aquæ, quæ oritur ex venis subterraneis fundi Titij superioris: & dicẽdũ quòd non potest, per dictam l. fluminũ. §. fin. in fin. & per ea quæ dixi in quæstione præce-

68 denti. *Sed est vltima prędicta quęstio, si ille qui habet ius aquæ ducendæ, admiscuit aliã aquã illi quã modo ducere solebat, nũquid possit ꝓhiberi. dic quòd solùm addita aqua, sed etiam pro tota simul mixta poterit prohiberi: vt est tex. in l. j. §. item quæritur. ff. de aqua quoti. & ęstiua. Et est ratio, quia illa aqua mixta est diuisibilis: & propterea vtile per inutile vitiatur. & ita vult gloss. in dicto §. sequẽti. & pro hoc facit ratio: quia

quia in diuisibilibus vtile vitiatur per inutile: vt l. si spõsus. §. generaliter. ff. de do. inter vir. in l. Pedi⁹. in principio. & ibi no. ff. de arbitris. & per Barto. & Doct. in l. j. §. pe. ff. de verb. obli. Quod intellige verũ, quando aqua admixta est facto hominis, secus quãdo aqua crescit nõ facto hominis: sed naturaliter: quia tũc non potest prohiberi ducere totã aquã: vt est tex. notabilis in l. hoc iure. §. aqua, quæ in riuo. ff. de aqua quotidiana. secũdũ Oldr. & Albericum de Ros. l. Rutilia Polla. ff. de cõtrahẽda

69 emptio. *Vlteriùs q̃ro, statutum est in ciuitate, vt quis possit ducere aquam ex fundo superiori per fundũ vicini medium ad aliquem fundum suũ inferiorẽ, soluẽdo dãnũ vicino, quòd cauatio fiat in fundo suo. quod statutum valet propter publicã vtilitatẽ: vt dixi suprà in v. q̃stione principali, per not. in l. fi. C. si contra ius vel vtilita. public. Modò qs vult ducere aquã per fundũ vicini ad suũ, in quo fundo vicini est fons vel sunt venæ aquarũ, & si poterit in eo fodere vel per ipsum aquam ducere, miscetur aqua sua cũ aqua vicini, & vtraq; trãsibit ad fundũ inferiorẽ, nunquid possit? & videtur quòd sic, quia statutum loquitur simpliciter, quòd per fundũ vicini possit aqua duci, satisfaciendo sibi damnũ. ergo simpliciter & indistinctè debet intelligi xix. distin. si Romanorũ. Nec distinguit, an sit damnũ respectu terrę fundi, vel respectu aquæ ipsius: ergo nec nos distinguere debemus. l. de ꝓtio. de publi. Pręterea huiusmodi statutũ est fauorabile, & factum ꝓpter publicã vtilitatem: ergo videtur esse in dubio intelligendũ latè, & amplian-

dum, vbi subesset eadẽ rõ [illegible] per Bar. in l. si cõstan. in prin [illegible] sti. primæ partis principalis, [illegible] & per Cy. & Doc. in l. j. C. de [illegible] & per Bal. in l. maximũ vitiũ. C. [illegible] be. præ. & per modernos in l. [illegible] §. de viro. ff. sol. ma. Sed cõtra [illegible] co verius esse de iure. Nam [illegible] tutũ debet intelligi, dũmodo nõ damnũ vicino in suo aquæd [illegible] ꝓbatur in l. hoc iure. §. is qui [illegible] quę. ibi, aquarium riualibus [illegible] qua quotidiana & æstiua. & l. [illegible] ratores. ff. de seruituti. rustico [illegible] diorũ. & l. j. §. sunt qui putã. ff. [illegible] in flumine publico. Et facit qu [illegible] xi suprà iij. quæstio. principali [illegible] finẽ. Item de hoc videtur esse te [illegible] pręses. C. de serui. & aqua. cũ [illegible]

70 per gl. & Doct. *Item hoc pr [illegible] ratione, quãdo priuilegiatus & [illegible] sæ priuilegij sunt paris potẽt [illegible] tior conditio est possidẽtis [illegible] in pari. de reg. iu. ĩ vj. & l. si te [illegible] illo. ff. de verb. ob. & no. Bar. [illegible] in aut. quas actiões. C. de sac. [illegible] & facit ad hoc l. verum. §. pe [illegible] mino. ĩ c. si. extrà de ordi. cog [illegible] ille, per cuius fundũ vicinus v [illegible] cere aquã, habet etiam aquã [illegible] similiter priuilegiata, vel qu [illegible] ducit aut ducere potest ad [illegible] dos agros: ergo non debet [illegible] rę ius aquæ suæ, vt alteri co [illegible] iuxta no. per glo. & Doct. in [illegible] ses. Item pro hac opinione fa [illegible] na. §. fi. ibi, ne quod poster [illegible] tum est, &c. C. qui potio. in [illegible] habe. vbi ꝓbatur, quòd qu [illegible] duę dotes, non debemus m [illegible] uere vni quàm alteri. & sic n [illegible] bemus cooperire vnum alia [illegible] liud discooperire: vt ibi no. [illegible]

Doct. & glo. in aut. quomodo oportet epis. §. sed neque effusas. in ver. quia per illũ textũ. colla. j. Et ꝓ hoc facit etiã aut. nisi rogati. cũ ibi not. C. ad Trebel. facit etiã ad hoc, quod dixi, in quæst. præcedẽti. Nec obstat, ꝙ statutũ locatur simpliciter, vt possit aqua duci per fundũ vicini, satisfaciendo sibi dãnũ, & debet intelligi de dãno alterius aquæ, quæ gaudeat eodẽ priuilegio, per prędicta. Nec obstat, ꝙ statutũ sit fauorabile, & in fauorẽ ductus, & propter publicam vtilitatẽ: quia idẽ fauor est in vtroq; casu: & ideo melior est conditio possidentis, vt ibi dixi. Quæro nũc de alia q. quotidiana, Aqua ex fundo meo superiori descendit ad tuũ inferiorẽ, & inundat totum fundũ tuum ex magna abundantia aquarũ, quęritur de duobus. Primò nunquid ego, qui sum dominus fundi superioris, cogar retinere aquam in fundo meo, puta faciendo fossam, & aggeres, & in eo aquam recolligẽdo, ne discurrat ad fundũ tuũ. Secundò, posito quòd nõ cogar retinere, an possim te inferiorẽ cogere, vt eã in fundo tuo recipias, & fossam facias, vel alueũ, & aggeres, vel patiaris quòd aqua descendat ex tuo ad aliũ inferiorẽ. Circa quæ dicas, in primis tria esse consideranda. Primũ est, legis cõuentio, vt si aliqua interuenit, illa sit seruanda, l. j. §. deniq; ait. & l. in summa. §. j. ff. de aqua pluuia arcẽ. & l. j. §. si cõuenerit. ff. depositi. cum alijs similibus allegatis in gl. suprà in principio huius viij. quęst. principalis. Secundũ est, loci natura, quę debet inspici, quę est, vt realter fundus inferior superiori seruiat, vt patiatur hãc seruitutẽ, & teneatur suscipere aquã fundi superioris, nisi aliter conuentũ sit: vt d. l. in summa. in prin. Agri enim naturã seruãdã esse dicit d. l. j. §. si tamẽ lex nõ sit agro dicta, & semp inferiorẽ superiori seruire, atque hoc incõmodũ naturaliter pati inferiorẽ agrũ à superiore, compensareq; debere cũ alio cõmodo: sicut enim omnis pinguedo terrę ad eũ decurrit: ita etiã aquę incõmodũ ad eũ defluat: vt eleganter dicit text. in d. l. j. §. denique. ff. de aqua pluuia arcen. & dicta l. in summa. in princi. eo. tit. Tertiũ est, ꝙ debet cõsiderari, quando nõ esset dicta aliqua lex inferiori vel superiori. natura enim loci hoc declarat: qa plana sunt loca, ita vt nullus ager posset dici inferior vel superior, tũc loci vetustas, quæ vicẽ legis obtinet, & pro lege semper habetur, dirimendarũ litiũ causa vtique seruãda est, vt dicit textus in dicto §. denique ait. versi. si tamẽ agri lex. & ibi gl. ĩ dicta l. in summa. in prin. Quartũ etiã posset considerari, quãdo aliqua cõuentio non esset, vel natura loci aliquid non declarat, neque subest quid sit seruandum. Circa primũ quando interuenit cõuentio de retienda superiori, ne ad inferiorẽ: vel de mittenda in fundũ inferiorẽ, dicas illã cõuentionem esse seruandã, & per eã seruitutem imponi: vt d. l. j. §. deniq; ait. & l. in summa. in princi. ff. de aqua pluuia arcen. cõiuncta l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. 72 *Sed dubitari põt, si simpliciter est imposita, vel per cõuentionẽ seruitus, vt superior vicinus teneatur aquã retinere in fundo suo, vel quòd inferior teneatur fossa eã recipere, nunquid superior vel inferior teneatur purgare,

vel

vel aggeres facere, aut munire? Et videtur quòd sic: quia qui tenetur ad vnũ, tenetur ad omnia, per quæ peruenitur ad illud: vt l. ij. cũ ibi notatis. ff. de iurisdi. om. iudic. Et qui permittit sequẽtia, videtur permittere antecedẽtia, quibus mediantibus ad sequẽtia peruenitur: vt probatur in l. iij. §. j. ff. de seruitutib. rust. præd. & l. refectionis. §. j. ff. cõmunia prædior. & l. veteres. ff. de itiner. actuq; priua. Et facit ad hoc quod not. Bart. in l. j. in principio, in ij. col. in fi. ff. de noui oper. nuncia. Itẽ qui permittit consequens, videtur permittere necessariò antecedẽs. l. illud. & l. ꝑ hærede. §. Pap. ff. de acquirẽda hæredita. & text. cũ glo. notabil. & ibi Bald. C. de do. promis. in l. ij. & pro hoc l. ad rem mobilẽ. & l. ad legatum. ff. de procurator. Sed videas, ꝙ imò ille cuius fundus debet seruitutẽ, nõ tenetur purgare, vel aggeres facere, vel munire, sed solùm tenetur pati, vt dominus fundi, cui seruitus debetur prædicta vel solida facere possit: vt probatur in l. j. §. denique ait. in prin. & §. fi. ff. de aqua pluuia arc. vbi ita dicit, non ergo cogemus vicinũ aggeres munire, sed nos in eius agro muniem⁹. qui tex. intelligitur, quando pacto vel vetustate erat inducta seruitus retinendi aquã in fundo, recipiẽdo aquã ex fundo superioris, vt dicit gl. in dicto §. fin. in versi. munire. Et ita intellige quę dixi suprà in iiij. quęst. principali, in fi. ver. sed pone quęstionẽ, quã habui de facto.
73 *Et est ratio regulariter quia ille qui debet seruitute, non cogitur facere, sed pati: vt l. quoties. §. ser. ff. de ser. ti. generali. & l. & si fortè. §. etiã. ver. nam in omnibus seruitutibus. ff. si ser. ven. excepta seru. oneris ferendi: quia in illa debẽs seruitutẽ põt cogi facere: vt l. eũ debe re columnã. ff. de seruitu. vrb. pr. & ita tenet glo. in d. l. j. §. fin. in cogemus. ff. de aqua pluuia ar. & in l. in summa. §. j. in versi. vel te. incipit, qui est eodẽ titu. & intelli text. illius §. fina. non solùm qu do superior vicinus tenebatur retinere in fundo suo: qa tũc si per quod retinetur, indiget ref ne, nõ tenetur superior reficere pati, quòd inferior reficiat. & in telligit Pau. de Cast. ibi summan denique ait. & probatur in l. in su ma. §. itẽ Varus. ad finem. ibi, si lim aggerẽ restituere in agrũ e titu. Sed etiã intelligo text. in §. si quando inferior vicinus te tur in fundo suo recipere aqua uenientem ex fundo superiore tunc inferior non tenetur mu seu purgare locũ, aut aggerẽ re, ne aquæ discurrant ad fund sed tenetur solùm pati, vt sup hoc facere possit, cũ sit eadẽ ra illud. ff. ad l. Aquil. Et hoc etiã Pau. de Cast. in d. l. in summa. § Labeonem. ibi dum text. dicit inferior vicinus non purgabit plet idẽ in superiore, cũ sit e tio: & ideo dum text. dicit in d fi. non ergo cogemus vicinum res munire. intellige vicinum, fundus seruitutẽ debet, siue si dus superior, siue inferior: d postea subdit, ꝙ nos in eius municmus: expone, in agro re vel inferiore seruitutẽ de & dum dixit, ꝙ dominus præ minantis põt agere cõtra do prædij seruientis, vt patiatur

do suo purgari foueas, vel aggeres muniri, intelligi debet quando dñs fundi seruientis nullã poterat vtilitatem cõsequi: puta ex munitione aggerum, quoniã ex illa non posset cõsequi, nisi laborem & impensas, quo casu potest agi per dominũ prædij dominantis simpliciter, vt dominus prædij seruientis patiatur aggeres muniri. Sed si posset aliquã vtilitatẽ cõsequi, puta ex purgatione foueæ, seu aluei, ex pinguedine terræ quæ extrahetur de fundo suo: qa tunc si ipse dñs prædij seruientis vellet purgare, præferendus esset domino prædij dominantis, nõ simpliciter, vt dominus prædij seruientis pateretur: sed alternatiuè, vt vł purget, aut purgari permittat: vt l. ĩ summa. §. apud Labeonẽ. qui ita debet intelligi, secundùm Barto. Pau. de Cast. Imol. & Doct. ibi. ff. de aqua pluuia arcen. & idẽ tenet Pau. in d. l. in summa. §. itẽ Varus. in fi. Et ex prædictis sequitur, ꝙ qñ superior vicinus tenetur retinere aquã in fundo superiori, ne discurrat ad inferiorẽ, & opus qđ retinebat aquã, ne inferiori noceret, sit destructũ naturaliter, puta ex superabundantia aquarũ, vel etiã aliter, siue illud opus sit supernaturale, quia non manu factũ, siue quasi naturale, quia manu factum, sed nõ extat eius memoria, sed iure seruitutis retinebatur, põt vicinus cuius fundus debet seruitutẽ, cogi, vt patiatur opus refici, vel in pristinũ statũ reponi: vt est casus in dicta l. in summa. §. item Varus. & idem hoc tenet ibi Pau. de Ca. Itẽ ex hoc etiã sequitur, ꝙ si ille, qui habet seruitutẽ, destruit opꝰ, propter qđ aqua retinetur in fundo seruientis, & nocet fundo dominanti: potest cogi ad ponendũ seu restituendũ dictũ opus in pristinũ statũ: vt l. in summa. §. itẽ Labeo. & hoc tenet Pau. in l. j. §. & si vicinus. eo. ti. & intelligitur nocere, nõ solũ qñ aqua nõ debet aliquo modo descẽdere ad fundũ inferiorẽ, & nimis descendit ꝓpter destructionẽ vel repletionẽ foueæ, quę aquã in fundo superiori cõtinebat, sed etiã ĩ agro sup̃iori erat fossa, quæ debebat aquã cõtinere, vt paulatim & moderatè discurreret ad fundũ inferiorẽ, puta ad ipsũ irrigandũ: & sic fossa erat in fundo superiori propter vtilitatẽ agri inferioris irrigandi: & sic posteà repleta est fouea, vt aqua vehemẽtior descẽderet ad fundũ inferiorẽ, & sic noceret: vt ꝓbat in d. l. in summa. §. apud Alphenũ. secũdũ Iac. de Are. & Imo. ibi, q exponit illũ text. ibi, dũ dicit, aqua descendit, scilicet paulatim & moderatè. qđ no. Itẽ intelligitur nocere, qñ nocet cõtra factũ seu seruitutẽ impositã, siue cõtra loci naturã aut vetustatẽ. Secus si natura loci aut facto dãnũ cõtingat: quia tũc agi nõ posset: vt l. j. §. itẽ. & l. in summa. j. respõso. ff. de aqua plu. arc. & ita tenet Azo in summa, eo. tit. q etiã subdit, ꝙ nocere dicit, vt detur actio directa aquę plu. ar. quãdo vicino dãnũ datur. sed quãdo quid fit quominus aqua prosit vicino, cessat hæc actio directa, & datur vtilis: vt d. l. j. §. sicut autẽ. l. ij. §. itẽ Varus. sicut etiam datur vtilis, vbi nemo facit opus: vt d. l. ij. §. apud. & prædicta procedũt, quãdo ille qui debet seruitutẽ, fecit opus in fundo suo, vel remouit propter quod dãnũ dat fundo dominãti. Sed qd si alius fecerit? Dic vt l. quã quam Iulianus. & §. itẽ si verò ego.

& l.

& l.si colonus.& l.si tertius. §.Celsus.vsq; ad fi.l.& l.emptor. in fi.& l. venditor.ff.de aqua plu.arcē.& vide Pau.de Cast.in l.in summa.§.idē Va
74 rus.in j.oppo.eo.tit. *Secūdò dubitari pōt,an nō solū dñs prædij dominantis possit cogere dominū prædij seruiētis,vt patiatur fundū suum purgare,vel opus refici, vt dixi: sed etiā dñs fundi superioris seruiētis,q iure seruitutis tenetur habere fossā in fundo suo superiori, ne aqua noceat vicino inferiori,si illa fossa indiget refectiōe,possit agere cōtra dominū prędij dominātis,vt eā reficiat taliter,ꝙ non noceat fundo supiori seruiētis.Et dic ꝙ sic:vt est casus val. de not.in l.in summa.§.apud Alphenū.ff.de aqua plu.arcen. secūdū intellectū Pau.de Cast.& ibi gl. intelligit illū text.aliter in casu ecōuerso, qui intellectus etiā pōt esse bonus. Et adde secūdū eū ibi, ꝙ qñ fundus superior debet seruitutē fundo inferiori,vt aquā retineat, si habet fossā in fundo suo seruientē,tenetur pati vt fiat opus iure seruitutis,quatenus est necessariū ad eius vsum, licet ex hoc resultet damnū. sed si illud indiget refectione, nō tenetur pati, nisi vt reficiatur:vt d.§.apud Alphenū. cū ibi notatis,ibi,an ille q opere ma
75 nufacto. *Tertiò pōt dubitari,an ille qui excludit aquā naturaliter, & iure seruitutis,recipere fundū suum tenebatur,ne in suū veniat,sed in alienū deriuetur, teneatur aqua plu. arcen.& dicendū ꝙ sic:vt l.j.§.Neratius.cū gl.ff.de aqua plu.arcen.& iō si aqua de directo pluit ī fundū tuū, & tu opere manufacto deriuas aquā in meū,aliter quàm per se ipsam naturaliter flueret,vel si fortè opus factum non esset, vel si flueret non rapidè,teneris mihi aqua plu.a... Et ita qñ aqua nō fluebat, nec ... bat de directo in tuū: & tu ne in... descenderet,opus fecisti ꝑ qđ ipsa deriuas in meū:& tūc si erat impo... ta seruitus, vt eā tenearis recipe... vel si cōsueuisti longissimo tēpo... ipsam recipere,adeò ꝙ nō extet ... moria in contrariū, nō potes illā... quā à te excludere,& in meū ... re:vt probatur in dicto §. Nera... & ibi hoc vult gl.in versi. solet ... sequitur Pau.& idē no.in l.ī sum... §.illud etiā.in fi.de aqua plu.arc... sed vbi nulla seruitus debet,nec ... ctū tēpus aqua fluxisset,sed solū ... turaliter discurrat, dic vt dicā i... in ver.circa secundū,qñ natura...
76 *Quartò dubitari etiā pōt,si c... sisti mihi seruitutē,vt possim op... manufacto aquā fluentē in meo... riuare ex tuo,etiā si tibi noceat ... telligatur etiā si vltra modū no... & dic,ꝙ non,vt est tex. multùm ... tabilis in d.l.in summa.§.illud ... facit ad hoc l.vnius.ff.de ser.v... & hoc etiā tenet Pau.de Ca.in ... illud.qui hoc inducit per qua... illā,si fiat cōpromissum in arb... vel arbitratores cū potestate,v... sim de iure vnius dare alteri in ... ua seu magna quātitate:debet ... ligi, nisi sit nimis magna, & in... rabilis lęsio.de quo per Barto.i... societatem.§.arbitrorum.ff.pr... & Bal.& Docto.in l.cùm a... arbit.& canonist.in c. Quinta... de iureiuran. & pro prædictis ... quia in dubio licet concessio fa... principem, intelligatur cum al... damno modico: tamen non ... gitur de maximo: vt l.vniuer...

de preci.impera.of.& no. gloss.in l.
seruitutes prędior. §.publico.super
verbo,modicè.ff.de serui.& est tex.
cũ glo.in l.ij. §.si qs à principe.ff.ne
quid in loco pub.& no.gl.fi.in l.sed
cũ hęrede.ff.ad Trebel. & gl,xxv. q.
ij. §.rescripta.& Car. Zaba. in c,mã
datis.in vij.no,extrà,de rescr.& pro
hoc facit optimè l.si quis sepulchrũ.
in prin.ff.de religiosis & sump:fun,
& quod not.Bart.in l.quominus.in
xj.quęstio. ff.de flumi.& adde quod
no,Pau.de Cast.in l.si Titi⁹. in prin.
circa fi.primę col.ff.de lib.& posthu.
vbi si princeps concedit, ꝙ in publi
co possim ędificare, & cum pręiudi-
cio tertię personę, ꝙ sufficit etiã si
non exprimatur persona,cui fit pre
iudiciũ.arg.d.l.si Titius. Sed circa
prędicta,ego sic dicerem, Aut est fa-
cta concessio simpliciter, & intelligi
tur sine præiudicio magno, per pre
dicta iura. Aut est facta, vt possim a-
quã in tuũ fundũ immittere, etiã si
tibi noceat:& tũc intelligitur,etiã si
fiat magnũ pręiudiciũ:ad hoc vt ver
ba aliquid operentur.arg.l.si quan-
do.ff.de leg.j.cũ simi:non tamen in
tellige de maximo aut intolerabili
pręiudicio.argu.l.in summa. §.fi.ff.
de aqua plu,ar.& pro hoc facit quod
no.Io,de Imo.in c.Quintauallis. ex
trà,de iurei.q dicit,si cõpromissum
est factũ simpliciter,poterit arbitra-
tor modicè lædere,iuxta l.vñ si Ner
uæ.ff.pro so.Sed si est dictũ ꝙ possit
lædere partes,ĩtellige de magna, &
nõ de maxima læsione:qa de illa nõ
videtur actũ: & similiter si minor iu
rauerit nõ cõtrauenire, intelligitur
ff si est modicè lęsus,ff sec⁹ si dicat rõne
læsionis:qa tũc intelligit' de magna,
vt ipse not,in d.c. cũ cõtingat.xxiij.
col.& adde prædictis q̃ dicta sunt in
j.li.ti.de põticello.ver.sed circa p̃di-
77 cta. *Dubitari põt circa secũdũ,qñ
natura loci subest,nec aliqua pactio
interuenit.dic ꝙ regulariter fundus
inferior tenet' recipere aquã ꝓueniẽ
tẽ ex fundo superiori: & ista est q̃dã
seruitus naturalis, & lex naturæ:vt l.
j. §.sed si vicinus. §.deniq; ita.& l.in
summa.in prin.ff.de aq.plu.arc.etiã
si aqua in fundo inferiori noceat: vt
d.l.j. §.toties.ver.ꝙ si natura.Et po-
ne exẽplũ,si aq.fluens ex monte,vel
loco meo superiori,descẽdit in tuũ,
eã teneris recipere,nec potes me cõ
pellere, vt faciã fossam vel aggeres
in fundo meo,ꝑ quos aqua retineat':
quia fundus tuus inferior in hoc na
turaliter seruit fundo meo superio-
ri,qñ aqua naturaliter descẽdit,vt di
ctis iuri.Sed ista regula fallit.Primò
qñ ope manu facto per superiorẽ a-
qua deriuaretur in fundũ inferiorẽ,
quæ nõ flueret,si op⁹ factũ nõ esset.
Secundò fallit,qñ aqua quæ solebat
fluere in fundũ inferiorẽ nõ rapidè
ꝓpter opus factũ rapide flueret:vt l.
j. §.Neratius.& ibi hoc not, Paul.de
Ca.de aq.plu.arc.vel si propter opus
fieret quominus aqua flueret, quàm
natura solet,si fortè minuẽdo eã aut
maiorẽ fecerit,aut velociorẽ, aut in
cõprimẽdo redũdare fecit:vt dicta l.
j.in prin.& §.toties.nisi imposita sit
seruitus ad hoc:vt l.j. §.fundi. & ibi
hoc no.Pau.de Ca.q dicit illũ text.li
mitare oĩa iura,q̃ dicũt actionẽ plu-
uiæ arcẽdæ dari,cõtra illũ q ope ma
nu facto aquã fluẽtẽ in suo deriuat ĩ
fundũ vicini,vt aliter discurrat, q̃ ꝑ
se naturaliter discurreret:vt in dicta
l.j. §.j. quia illa procedunt, nisi im-
posita sit seruitus illi fundo,in quem

deriuat, per d. §. fin. Tertiò fallit, qñ aqua nõ fluebat, nec cadebat de directo in tuũ, sed alibi: & postquàm ceciderat, descendebat in tuũ. & tu ne in tuũ descenderet, opus fecisti, ꝓpter quod aqua deriuatur in meũ, & tu nõ consueuisti eã recipere, sed demum incipit in tuũ deriuari. nam tũc potes eã excludere opere facto, & non teneris, licet in meũ deriuetur, qñ quis potest aquam auertere, & curare ne in suũ fundũ influat, si modò non animo nocendi fiat, sed ne sibi noceat: vt est casus in l. in summa. §. pe. ff. de aqua plu. arc. Et ideo si tu dominus fundi inferioris in ingressu tui fundi vis facere aggeres, vel quid propter quod aqua impediatur, ne in tuũ fundũ ingrediatur, & ingrediatur fundũ cuiusdam tertij, quod non fieret, si ingrederetur fundũ tuũ, potes hoc facere: quia ille tertius nõ põt agere cõtra te, vt teneàris aquã recipere, & eam à te nõ excludere, quia quantũ ad illum tertiũ, tuus fund⁹ nõ seruit naturaliter, sicut seruit fundo superiori, ex quo aqua descẽdit: vt est casus no. in d. l. i summa. §. idẽ Labeo. el ij. & ibi hoc tenet Pau. de Cast. & istud procedit, qñ tu dominus fundi inferioris non cõsueuisti aquã in tuo recipere per tantũ tẽpus, cuius nõ extat memoria in contrariũ. vel quia seruit⁹ de hoc nõ fuisset imposita: aliàs si dicto tempore cõsueuisset fluere; vel seruitus fuisset imposita, nõ posses eã diuertere. Et iste est casus in d. l. j. in §. Neratius. cũ gl. in ver. coget tollere. de aqua plu. ar. Et dixi s. in ij. fallẽtia, in fi. quod est bene notãdũ: quia declarat totum illũ titulũ. ff. de aqua plu. ar. Quartò fallit, quãdo superior

habebat fossam in fundo suo ...
lem, non opere manu factã, ...
naturalem: quia memoria non ex...
bat de dicta fossa, licet ope manu...
cta fuerit: vel quando non erat na...
ralis fossa, sed manu facta, & etiam
de ipsa memoria, sed iure seruitu...
facta erat. Nã omnibus istis casi...
inferior dominus non cogitur dic...
aquam recipere in fundũ suum: &
fouea esset rupta, vel aggeres de...
cti, posset superior cogi, vt pater...
refici, vt suprà dictũ est, & proba...
in l. j. §. apud Labeonẽ. ff. de aq...
arc. & ibi hoc tenet Pau. de Ca. S...
si non habeatur dicta fossa iure se...
uitutis, & extabat eius memoria...
erat manifesta, qa tũc inferior ...
lariter ipsam aquã cogitur i suũ...
dũ recipere, per prædicta. imò ...
etiã, si fouea esset destructa: pu...
in fundo supiore aquarũ conc...
excauabat locũ, propter quẽ aq...
tinebatur, ne descẽderet in fun...
inferiorem: posteà illa excaua...
destructa vel repleta: vel qa agg...
fecerat dominus superior in fu...
suo, posteà ex impetu aquarum ...
structi sunt: vel etiam ipse do...
superior, vel alius autoritate ...
pria destruxit: nunc dominus ...
rior vult agere, vt superior pa...
foueam purgare, vel eam, aut ag...
res reficere, & certè non potest...
illa fouea non erat naturalis: ...
nouo facta nec quasi naturalis, ...
extabat memoria: nec erat ibi ...
seruitutis, sed casualiter posita, ...
facta. Et similiter dicendũ est de ...
geribus. Vnde sicut si ipsos fec...
spõte, posses remouere ... si ...
liter facti sunt: secus si essent ...
seruitutis, vel non extaret mem...

vt probatur in d.l.in summa. §.apud Namusam.& ibi hoc no.Pau. de Ca. coniuncto. §.idem ait, si in agro. & in d. §.item apud Labeonem, & ibi hoc no.Ia.de Are.quē sequit ibi Pau.
78 & in §.itē Varus.ea.l. *Et ex hoc no.ꝙ si propter inūdationē aquarū ꝓpria autoritate in riuo siue fouea vel in aggeribus fecisti coronellas, ne aqua superabūdās flueret in fundū tuū,potes impunè eas similiter remouere:quia sicuti volūtariè potes eas destruere:nec teneris pati, vt reficiantur,nisi seruitus esset imposita: vt d. §.itē Labeo ait, si in agro.& in d. §.apud Namusam.cū ibi no.quod
79 perpetuò tene mēti. *Circa tertiū, qñ nulla est cōuētio,nec loci natura seruitutē imponit,qa loca sunt plana,& loci vetustas subest, tūc illa est seruāda tāquā lex.ī l.j. §. deniq; ait. ff.de aq.plu.ar.& l.ī summa.in prin. eod.ti. Sed talis vetustas habet vim quasi seruitutis impositæ.vt d.l.j. §. fi. Et no.ꝙ hæc seruitus acqsita per vetustatē seu præscriptionē tātū operatur regulariter,quātū seruitus acqsita per cōuentionē:quia sicuti præscriptione qritur vtile dominium:vt no.per gl.& Doct.in aut. nisi tricennale.C.de bonis mater.ita vtilis seruitus,nō directa, qritur per præscriptionē,vt d. §.fi. secūdū gl. ibi ī ver. quasi seruitus.In hoc tñ differūt, qa seruitus qsita per cōuentionē,est di-
hh recta actio cōfessoria hh.vt l.j, § j.& ibi plenè per Flo.ff.si ser. vēd.& per Bar.in l.si prius.ff.de aq.plu.arc.Sed seruitus quæsita per præscriptionē, dicit vtilis,qa cōpetit actio vtilis: vt d.l.j. §.fi.in fi.& no.Bar.& Docto.in l.si qs de via. §.differētia.ff. de acq.
80 pos. Sed circa istam vetustatē seu p scriptionē quæritur quantū temporis requiratur.Dic aut est talis seruitus aquæductus quæ habet causam continuam vel quasi continuam: tunc regulariter sufficiunt x.anni inter præsentes,& xx.inter absentes. l. si qs diuturno.& ibi glo.& Docto.ff. si ser.vēd.& l.ij.& ibi no.C.de ser.& aq.& no.glo. magna in l. seruitutes prædio.& ibi per Doc.ff.de ser. Aut habet causam discōtinuā:& tūc reqritur tantū tēpus,cuius initij memoria in contrariū non existat: vt l.hoc iure. §.ductus aquæ.ff. de aqua quo. & æsti.& no.in iuribus præall.vt di-
81 ctū est s.in iiij.q.prin. *Qñ aūt dicatur habere seruitus causam continuā,vel quasi discontinuā:vide in l. foramē.ff.de ser.vr.præ.:& qñ dicat tm̄ tp̄s ꝙ nō extat memoria in contrariū:an & qñ allegādo titulū sufficiat tp̄s x.vel xx.an.vide quæ plenissimè scripsi s.in j.lib.in viij.q.princ. & suprà eo.in ver.sed dubium est de quæstione quotidiana.de qua plenè per Bar.Imo.& Lu.de Ro.in l.j. §.deniq;.ff.de aqua plu.ar.& cōmunis opinio est,ꝙ sufficiant x.vel xx.anni, cū allegatione vt hic.& vbi etiā requiritur tantū tēpus,cuius initij memoria non existat in contrariū.& dicit Imo.in d. §. deniq;. quicqd dixit ibi Lu. de Ro.q conat ī hac materia
82 cōcordare opin. *Sed dubitari pōt an si aqua solita est discurrere ad fūdū vicini p plures riuos, possit nūc trāsmitti ī vnū riuū tātū. Et dicas ꝙ sic:vt est casus in l.apud Trebatiū.in prin.ff.de aq.plu.ar. secūdū vnā lec. gl.quā sequtur ibi Imo. & illā glo.omnino vide in ista materia. Itē qd si aliqs solebat hortū suū certo tempore irrigare:& de horto fecit pratum.

& vult pratũ irrigare,& aſsidua irrigatiõe vicino nocet,an teneatur damni infe.vel de aqua plu.ar.& dic,ꝙ nõ:vt eſt tex.no.in d.l.apud Trebatiũ.§.ſi vicinus.Et ex hoc no.ſecũdũ Imo.ibi,ꝙ vbi ſeruitus aquæ ſimpliciter horto debetur,trahit ẽt ad pratũ,quia ſit in eodẽ loco, vel territorio,ar,l.ſi ſeruitutes.ff.de ſer.vr.præ. niſi locũ hortus cõplanauerit, eoq́; facto aqua citior ad vicinum venire cœperit: vt d.§.ſi vicinus. quod intellige ſecũdùm Pau.ibi,qñ ſine hoc poterat fundũ colere:ſecus ſi nõ poſſet aliter,ꝗ explanãdo: qa tũc nõ teneretur,ex quo illud fit gratia culturæ:vt l.j.§.de eo opere.ff. de aq.plu, arc.& ar.d.l.apud Trebatiũ.in prin.

83 Circa quartũ & vltimũ,qñ non eſt aliqua conuẽtio,neç natura loci aliquid declarat, nec ſua eſt loci vetuſtas,quid tũc de aquis ſeruandũ eſt? Dic regulariter,nemině poſſe aquã, quę in fundo ſuo eſt,in aliũ fundum ducere inuito vel ignorante dño.l. quẽad.§.ſi protectũ.ff.ad l.Aq. facit l.per agrũ.C.de ſer.& l.diuus.cũ ibi no.imò ſi ducatur,põt vicinus propria autoritate deſtruere : vt d.§. ſi protectũ.& l,ſi vitẽ.§.ſi ad ianuam. ff.quod vi aut clàm.& plenè dixi ſuprà,in vij.q.prin. Itẽ nõ põt aliquis aquã ex ſuo fundo te inuito ad tuum fundũ ducere.l.aquã.& l. præſes. & ibi no.C.de ſer.& aqua.Nec etiã põt aqua qs vti in ſuo lauando ſtercora, ita vt fœtor ſeu malus odor inficiat vicinum.ar.l,ij. §.idẽ ait, ſ odore. cũ glo.ff.ne quid in lo.pub.Nec etiã põt quis aquam perturbare,quæ decurrit de vno loco ad aliũ: vt d.l.apud Trebatiũ.in princi.ff.de aq.plu. ar.niſi ad illũ vsũ eſſet deputata,ſecũdũ Ang.& Imo.& Lud.ibi.& [illegible] q dicit,ꝙ ſi dominus fecit foſſ[illegible] riuos,in quibus cõgregatur aqu[illegible] lauandũ pannos,licet poſteà [illegible] uos deriuet in fundũ vicini,dicit moderatè vti,& nõ tenetur.[illegible] lauaret vẽtres,& ſic faceret ſp[illegible] aquam,vt putredines deriuen[illegible] fundũ vicini:per illũ text. & [illegible] vide text.meliorẽ de iure,in l.[illegible] prà.C.de re mili.lib.xij.& ibi Ba[illegible] no.illũ cõtra lauãtes pannos [illegible] mitate fluminis alicuius, qa p[illegible] prohiberi,quia per tale lauacr[illegible] munes aquæ deturpãtur.Sed [illegible] do in inferiori parte fluminis [illegible] teſt corrũpi pars ſuperior.& [illegible] uãs prohiberi nõ põt,per illũ [illegible] no.bene d.l.cũ ſupra.quia [illegible] milites cõſiſtũt ſuprà ripas flu[illegible] nullus eorũ debet aquam ſor[illegible] reddere,ſeu mulos vel equos [illegible] tes imponere,ſed procul in [illegible] ri parte fluminis. quod no.cõ[illegible] tiferos lauantes equos ſudan[illegible] flumine vel alueo pu.ad que[illegible] curſus neceſsitate vel delectat[illegible] & ſimiliter no. cõtra pediſequ[illegible] mulierculas lauãtes pãnos ve[illegible] mũdas per ciuitatẽ aut villã [illegible] tellige,niſi eſſet aqua deputa[illegible] lũ vſum vel ſolitũ ita lauari [illegible] ctum eſt. Item non põt quis a[illegible] lidã puta faciẽdo balneũ imm[illegible] in fundũ alienum. d.l.apud Tr[illegible] tium.ff.de aqua plu.ar. quia a[illegible] lida noceret fundo vicino i[illegible] ratè, vt ibi: aliquando tamen [illegible] calidæ ſunt vtiles & neceſſari[illegible] irrigandis agris,vt Hierapoli[illegible] eñ apud Hierapolitanos in [illegible] lida aqua agrũ irrigari.& [illegible] aquis competunt intera[illegible]

pro aquis frigidis: vt est tex. nota. in l. j. §. idem Labeo scribit. ff. de aqua quo. & æstiua. Sed videtur, ꝙ nullo modo posit quis aquam ex fundo suo in alienũ immittere, etiam non spurcã nec calidam: q̃ licet in suo q̃s posit vti aqua, & qualibet re sua. l. in re mandata. C. man. tamen non potest in alienũ immittere. l. sicuti. §. Aristot. ff. si ser. ven. & l. j. §. idem ait aquã. ff. de aqua plu. ar. & l. quem admo. §. si protectũ. ff. ad l. Aquil. vt suprà dixi. Sed pro solutione distingue: Aut aqua primò de fundo vicini in tuũ fundũ deriuať: & tũc licitum est tibi in eundẽ fundũ remittere. ita loquitur d. l. apud Trebatiũ. vt dicit ibi gl. magna, secũdùm vnũ intellectũ. Aut aqua nõ peruenit ex fundo vicini, sed ex tuo: & tunc aut ego volo facere in meo, & immittere in tuũ fundũ tale quid, quod p se ipsum nõ flueret in tuũ: & nõ possum. & ita loquuntur cõtraria. & in hoc vide quę dixi s. in j. lib. in tit. de seclario, & in titu. de aquarolo, & in tit. de aquæ proiectu & aliarũ rerũ. Aut volo immittere in tuũ id, quod p se fluit, vt puta faciẽdo ibi riuos, & dimittendo ibi aquã, quę per se discurrit: & tũc subdistingue: aut facio hoc moderatè, quatenus expedit ad vsum familiæ, & possum. & ita loqtur d. l. apud Trebatiũ. in prin. secundùm alium intellectum. aut immoderatè, & non possum: vt nota. in d. §. Aristo. & de hoc vide quæ plenè dixi in j. lib. in tit. de seruitute proijciendi, in ij. quęstio. 84 *Quãdo aũt dicatur fieri immoderatè & moderatè? Dic moderatè, quãdo pro vsu tãtùm familiæ: immoderatè, quãdo vltra vsum familiæ: vt no. in d. §. Aristo. & in d. §. apud Trebatium. in prin. vel quãdo aqua corrũpitur, seu interrumpitur, vel immitterentur putredines, vel quãdo fieret balneũ, ex quo immitteretur aqua calida: vt d. l. apud Trebatium. in prinč. & §. j. cum ibi no. nisi aqua calida prodesset, vt suprà dixi. 85 *Occurrit alia q. an ille, cui debetur seruitus aquæductus, posit arcũ lapideũ facere causa aquæ ducẽdæ. dic aut vult facere arcũ seu pontẽ in loco, quo alteri debetur seruitus itineris, & nõ potest. Aut nõ vult facere in loco, quo alteri debetur seruitus causa trãseundi, & põt: vt est casus cõiuncta glo. in l. supra iter. in prin. ff. de aqua plu. arc. & similiter dñs prædij seruiẽtis non põt facere pontẽ in preiudiciũ eius, cui debetur seruitus aquæductus, vt probatur ibi secũdùm vnũ intelle- 86 ctũ gl. quẽ seqtur Bar. & Do. *Sed nunqd habẽs seruitutẽ vel ius aquæ ducẽdæ posit arcũ seu põtẽ lapideũ facere supra aquęductũ alienum? dicas quòd nõ, si turbaret eius aquam: vt d. l. supra iter. in princ. ver. nec is. & ibi hoc not. gl. & eodẽ modo non posset supra aquæductũ aliũ aquæductum facere, si nocet inferiori: vt probať etiã in l. hoc iure. §. fi. ff. de aqua quot. & æst. in l. Quintus. ff. de 87 ser. ru. prę. * Sed qd ecõtrà, an ille qui habet seruitutẽ iti. posit facere pontẽ supra locum per quẽ ducitur aqua, inuito eo, cui debetur seruitus aquæductus? Et videtur ꝙ sic: per d. l. supra iter. ij. respõ. ibi, sed põtem. In contrariũ videtur suprà esse tex. in iij. respõso, ibi, nec is. Tu verò concorda secũdùm gl. & Doct. ibi: Aut ille, qui habet seruitutem itineris, põt ire, & vti sua seruitute sine

ponte, & poteſt pontẽ facere. ita loquitur ver. nec is. Aut nõ poteſt aliter trãſire: & tũc aut vult facere pontem lapideũ, qui de facili nõ poſſet remoueri: & idem, quia non poteſt. arg. l. loci corpus. §. ſi quis. in fi. ff. ſi ſer. ven. & l. fiſtulã. in fi. ff. de ſer. vrb. præ. quę intellige, quãdo ille loc⁹ alteri ſeruit, puta, qa in eo debetur ſeruitus aquæductus: vt dixi: ſed ſi alteri nõ ſeruit, & tũc habens ſeruitutẽ itineris, poſſet pontẽ lapideũ facere, & ita poſſet intelligi d. l. ſupra iter. ij. reſpõſo. Aut vult facere pontẽ, puta ligneum, q de facili poſſet remoueri, & poteſt. Et eſt ratio in hoc caſu, quia ille cui debetur ſeruitus, põt facere in prædio ſeruiẽtis omne id, ſine quo nõ poſſet vti ſeruitute: vt l. ſeruitutes. §. ſi domo. ff. de ſer. vrb. præd. & l. refectionis. ff. cõia prę. Itẽ ratio inter pontẽ de lignis & pontẽ lapideũ poteſt eſſe ſecũdùm Bart. in d. l. ſupra iter. in prin. quia quãdo eſt pons de lignis, nõ impeditur purgatio riui, ꝙ de facili tolli poteſt: quod fieri nõ poſſet, quãdo eſſet pons lapideus. Et aduerte, qa pons dicitur propriè de lignis, ſed arcus lapide⁹ nõ dicitur propriè pons: vt probari videtur in d. l. ſupra iter. in prin. Sed cõis vſus loquendi aliter ſe habet, cui ſtãdũ eſt ſecũdũ Bar. & Doc. ibi, vt dixi etiã s. in j. li. in tit. de ponte.

88 *Sed qd ſi ille, cui debetur ſeruitus p riuũ aquæduct⁹ ĩ fundo vicini, vult iuxta pontem facere foſſam, in qua cõgregẽtur aquę, & ipſas poſteà p riuũ ducere? Dic ꝙ nõ põt: qa poſſet aqua ibi corrũpi, & dare damnũ prædiorũ ſeruiẽti, & probatur in d. l. ſupra iter. in iiij. reſpõ. ibi, aut ſi ſpecus. ſecũdùm Iac. de Are. & Doc. ibi.

89 * Item nũquid ille, qui habe[...] aquæ ducẽdæ de riuo, poſſit cuniculum ſubterraneũ facere, per quẽ du[...]cat aquam? Et tex. in d. l. ſupra iter. in prin. ſentit quòd ſic, dũ dicit, cuniculum: quaſi dicat, ſi vellet facere, poſſet. glo. tenet cõtrariũ, ꝙ quãdo ſeruitus debetur per riuum, qui eſt [...] opert⁹, nec foſſam, nec cuniculũ [...] opertè facere põt, inuito dño prædij ſeruiẽtis: p l. j. §. fi. cũ l. ſeq. [...] riu. ſecũdũ intellectũ gl. licet gl. [...] bitet de intellectu illarum ll. [...] dic vt plenè dixi ſuprà. in verſ. [...] ex prædictis decidit. vſq; ad ver[...] q. prin. Et adde prędictis, ꝙ ille, qui [...] uertit aquã de publico aquæduct[...] qñ habet id ex priuilegio princi[...] vel cõſuetudine, debet ipſam du[...]re p caſtellũ vel aliud foramẽ, [...] p fiſtulas, ne maceries fiſtulæ cor[...]pãtur. & cõtrà faciẽs pdit bene[...] ducẽdi aquã, & etiã punit in con[...]re: vt eſt tex. in l. eos. & ibi Bart. [...] no. C. de aquæduct. lib. xj. & q[...] aquã ex flumine pub. debet g[...] trahere, nihil ſoluẽdo pro ta[...] ctione aquæ: vt l. ad reparation[...] de aquęduc. & no. glo. in rub. [...]

90 * Supereſt alia quęſtio, q[...] manutenere riuos, & eos purg[...]

ii & aggeres reficere ii, cui⁹ expẽ[...] qua ita diſtingue: aut loquimur [...] aqua pub. aut de priuata. Si de [...] videt ꝙ debeat cõſeruari, & ma[...]teneri expẽſis publicis, ſcdm [...] ſi fiſtulæ. ff. de ſer. vr. prę. & dixi [...] li. in ti. de aquęduc. pro quo fac[...] in dubio videt qs facere op⁹ in [...]tatẽ reipu. ſumptu. pu. vt l. ad rep[...]tionẽ. cũ ſi. C. de aquędu. li. xj. [...] C. de fabricẽſib⁹. & l. cũ na[...] rũ. in fi. C. de naui. & l. ij. C. de [...]

li.xj. Itē qā qs nō debet grauari duplici onere.l.j.C. de imp.luc.descri. li.x. Sed ī cōtrariū facit, qa dominis ꝑdiorū.p que trāsit aqueduct⁹, publica cōcedit immunitas ab extraordinarijs munerib⁹, sup indictionibus noīe illorū ꝑdiorū imponēdis, vt fossas siue aquarū duct⁹ replētos purgēt:vt est tex.ī l.j.C.de aquæ du.li.xj.& ꝓpterea videt, ꝙ suis expēsis facere teneātur, ex quo ꝓpter hoc recipiūt cōmodū:qa ad quē spectat lucrū, deberet spectare damnū. l.j.§.ꝓsecūdo.C.de cad.tol.& l.secūdū naturā.ff. de reg.iu. Itē qa qui in vno releuat, in alio debet grauari.l. cū q.in prin. cū ibi no.ff. de ureiu. Itē ꝓ hoc optimè facit l.suo victu.& l.qđ nisi.in prin.ff.de ope lib. vbi dicit, illū q tenet prestare operas, debere pstare suis expēsis. & pro hoc est gl.not. in l. stipulatiōes cōmodissimū.ff.de ver.ob. q̄ vult, ꝙ scriptores teneātur scribere cū suo atramēto. & ibi p Ang.& Io.de Imo. Facit etiā ad hoc qđ no.gl.Bal. & Doc.in l.qm̄ liberi.C.de test.& no.idē Bal.in l.liberti libertæq́;. C. de ope. lib. & qđ no.in l.si nō forte. §. si libert⁹.ff.de cōdi.inde.Ego in hoc articulo ita distinguerē: aut est lex, vel cōsuetudo declarās qs debeat purgare locū publicū, & cuius expēsis: & illa est seruāda.l.j. §.fi.cū l.seq.ff. de aqua plu. & l.semper.§.legē.ff.de iure immu. Aut nō est cōsuetudo, & tūc aut priceps vel superior, cuius est loc⁹ public⁹, recipit vectigalia vel pedagia fluctuū & viarū & pōtiū à nauigātibus & trāseūtibus:& tūc tenet sumptibus de publico ea loca purgari facere.nō aūt tenētur subditi sumptib⁹ suis.ar.l.j.C.de Alexā. prim.li.xj.

91 *Itē pro hac facit, quod eleganter dixit Archi.xxiiij.q.iij.si qs Romipetas. vbi singulariter vult, ꝙ comites & barones, & alij superiores colligētes pedagia & vectigalia, teneant itinera & stratas tenere securas, ꝓpter hoc, qa colligūt d.vectigalia.alioqn tenētur ad emēdationē perditorū, si in defectu iustitiæ inueniātur.xxiij.q.j.dominus.& q.v.administratores. & iiij. qui sine. & in authen. vt diffe.iudi. §. pe. & idē sequitur Bal in c.j.in fi.pe.col. in ti.de pac. iura. firman.Idē tenet Host.in summa, de cēsibus. §.ex quibus.& Odo.in aut. habita.C. ne fil. pro pa. & idē tenet Flo.in l.j.§.summa.ff. de his q deie. vel effu. quod ītellige quādo sciuit, & prohibere potuit.aliàs sec⁹.arg.l. ne quid.in prin.cū ibi no.per glo.& Bar.ff.de incen.rui.& nau. Aut princeps vel superior nō recipit vectigalia:& tūc aut recipit aliā vtilitatē, puta piscatiōes, vel salinas, vel alias vtilitates.iuxta c.j.quę sint rega. & idē eadē ratione.arg.c. qui sentit onus. de reg.iu.li.vj. & l. secūdùm naturā. ff.eo.tit.aut nō recipit aliquā vtilitatem: & tūc subiecti suis sumptibus purgare tenētur, prout ex eo vtilitatem recipiunt, etiā si sint ecclesię.C. de opē.pub.l.ad portus.C. de colla. fun.patrimo.l.j.& in aut.de ecclesia sti.ti.§. ad hoc sancimus. & ff.ne qd in lo.pu.l.ij. §.viarū.ver. refectiōes. & quod no.in l.si locus. in fi.ff.quēad.ser.amit.& in l.ij.in fi.C.de naui. li.xj. Si verò loqmur de aqua priuata: & tūc aut est propria, & nulli debet seruiturē, & dño incūbit on⁹ purgādi sumptib⁹ suis:aut debet seruiturē alteri, & regulariter in omnibus seruitutibus refectio ad eū pertinet,

tinet, qui sibi seruitutē asserit: nō ad
eum cui res seruit, nisi in seruitute
oneris ferēdi: vt l. & si fortè. §. etiā.
ff. si ser. vē. de quo dic, vt dixi. ff. eo.
in ver. quæro. de alia q. quotidiana.
& s̄. in j. lib. in tit. de seruitute one-
92 ris ferendi. *Et adde, ꝙ si in fun-
do quis habet vsumfructū, alius pro
prietatē: & est aliqua impēsa neces-
saria pro cloaca, vel ob formulā a-
quæductus, illa spectat ad vsufru-
ctuariū, & nō ad proprietariū: vt l. si
pendētes. §. si quid cloacarij. ff. de v-
sufruct. & ibi vide per Flo. & qđ ha-
betur in l. hactenus. eo. tit. Itē adde,
dū dixit Bal. in c. j. §. si qs de manso.
in pe. colū. tit. de cōtro. inuest. ꝙ qs
tenetur mūdare de facto riuū suum
per sua prædia currentē, per l. j. C. de
aquæductu. lib. xj. debet intelligi de
riuo publico, & de facto in cura &
opera & expēsis publicis. l. ad repara
tionem. eo. tit. & adde quæ suprà di
xi. Vltimò circa istā quęst. princip.
adde quæ suprà dixi in j. lib. in ix. q.
princ. vbi in genere tractatū est, qua
liter quis debet vti seruitute, & quæ
93 suprà dixi ex vij. quęst. prin. *Non
no principaliter quæro, qualiter re-
tineatur seruitus aquæduct. & in ea
qs teneri debeat. Dic breuiter, ꝙ re
tinetur, quādo ipse cui debetur, vti-
tur re pleno eius nomine, non autē
mercenarius, aut hostis, aut amicus,
aut medicus, qui ad visitandum do-
minum venit: vel colonus vel fru-
ctuarius. Itē ab eo, qui quasi debita
seruitute vsus est, & ī vsu retinetur:
vt est tex. in l. j. cum ll. seq. vsq; ad fi.
tit. ff. quemadm. ser. amit. vbi glo. &
Doct. Item si in partes agri aqua flu-
xit, etiam si non ad vlteriora loca p-
uenit, tamē omnibus partibus fun-

di debetur, & retinetur: vt l. si...
tes. eo. tit. facit l. ij. in princ. &...
ibi no. ff. de acqui. pos. Item si...
publica est locus, per quē duc...
ad prædium meū, licet regula...
de iure ducere non possim: vt...
pen. & l. hoc iure. §. ductus aquæ
de aqua quo. & æsti. tamē si vnus...
hi concessit, vt possim aquā duc...
per locū publicū, & posteà me...
re impediat, sum tuēdus in vsu a...
duct⁹ per vtilē actionē cōtra ...
qui ius mihi aquæ ducēdæ cōc...
rat: vt probatur in l. ij. secūdum...
intellectū glo. ff. communia p...
Facit ad hoc l. j. §. ait prętor. de...
quoti. & æsti. & l. per fundū. ff. de
ui. rusti. prædi. & eo modo qu...
cōcessit facere pontē sup viā p...
câ, & ædificare molēdinū super
licet iure mero nō teneat dictu...
missio, tñ ille q promisit, nō p...
petere, vt deponatur pons a...
struatur molendinum, secūdu...
gel. & Docto. in d. l. ij. ff. com...
94 prędio. per illū text. cum gl. ...
quo etiam infert ibi Ange. q...
cet ex flumine publico non ...
constitui seruitus aquæductus,
8 *Positiones verò & capitula rei ita formabis: Ego dico, ꝙ opus illud naturaliter ita se habet. Itẽ prædiũ illud est vrbanũ. Item fecisti mihi pactum, vt liceat mihi ædificiũ ita habere. Itẽ tanto tẽpore stetit sic illud opus, ꝙ eius memoria nõ existat. Itẽ illud ędificiũ lucrũ tãtùm tibi affer[t]. Itẽ domus tibi cõiuncta est illi præ[]dio, in cuius loco ædificiũ illud f[a]ctum est. Itẽ illud opus fecit te scie[nte]. Potes etiã colligere alias positio[nes] seu capitula, tam ex parte actor[is] [quam] rei, vt colligi põt ex his quatuor [de]cim, quę dixi esse necessari[a] [in actione] aquę plu. ar. vide s. in viij. q. prin[ci]pali, versi. quęro nunc de alia quę[stione] principali quotidiana, vsque ad [finem] illius q. viij. principa.

a Senatus. *Senator est illustris, & [] magnis iudicibus. in Spe. de [] uersi. magni. & hoc ti. hodie [] lus Ro. q semp senatoré appellat[] strem, quod no. ut scias reddere [] nem styli Capitolij.*

De cloacis purgandis.

CAP. VI.

1 *Cloaca quid sit, quid tubus, & [fi]stula, & qd eorũ appellatione []*
2 *Interdictum de cloacis, &c. qu[] locum habeat.*
3 *Vltramõtanus si iuraret se de [] Augusti Romæ moraturum, non [] retur morari, nec talis iurament[] sione uita temporalis amitti p[] Romæ moraretur.*
4 *Interdictum de cloacis coram q[] dice intentari poßit.*
5 *Libellus in actione de cloacis, q[uomo]do formandus sit.*
6 *Interdictum de cloacis locum [] etiamsi aliquis eo utatur [] precariò.*
7 *Positiones actoris in actione de [cloa]cis, quomodo formari poßint.*
8 *Positiones rei in actiõe de cloa[cis] modo formari debeant.*

VTILE & conueniens [] subijcere interdictũ de [cloacis] purgãdis: quia multoties []

reficere cloacã suã vel purgare vult, ab alio impedit.& ideo introductũ est interdictũ de cloacis purgandis. Item etiã, si aliquis vellet de nouo facere cloacã,& ab alio ꝓhiberetur. Item quia sæpe aliquis mittit in cloacam meam, quod nõ debet mittere, vel quod missum est in cloacã impedit: ideo ꝓditũ est interdictũ restitutoriũ.ff.de cloacis.l.j.§.j.& §.deinde.& l.vlti.& licet ista sint duo interdicta, vt d.l.& ibi per glo.& Bart. & de his duobus interdictis lo.in arbore actionũ fecit duos titulos.tamẽ Rof.in libellis suis fecit vnũ tantùm titulum, videlicet de cloa.purg. breuitatis causa, qui dicit quòd ad hoc vt compètat hoc interdictum,
1 ista sunt necessaria. *Primum, ꝙ sit cloaca. Est aũt cloaca locus cõcauus, per quẽ colluuies quædã fluit.ff.de cloa.l.j.§.cloaca.Et cloacæ appellatione etiam tubus & fistula continẽtur, vt d.l.j.§.cloacæ appellatione.& tubus secũdũ gl.ibi est foramẽ cloacæ, vnde purgatur colluuies aquæ. Fistula est aliud instrumentũ ad idẽ. & ex hoc infert Bar.ibi ad quæstionem statuti dicentis, si quis offenderit aliquem in domo, puniẽ certa pœna.quia offendẽs in ostio domus, dicitur in domo offendisse.de quo dic vt ibi per Bar.& per eũdẽ in l.cetera.§.hoc senatus.el ij.de leg.j.& ibi per Doct.& Bal.in d.l.data opera.q accu.nõ pos.& adde q̃ dixi in j.lib.in ti.de claustro, cloaca, porticu,& in titu.de ostio siue porta. Secũdũ, ꝙ quis prohibeat te volentẽ purgare vel reficere cloacã, vel si quid est immissum quo vsus cloacæ impediaẽ, quod remoueri debeat.ff.eo.l.j.in prin. Tertiũ, quòd ille qui vult reficere vel purgare cloacã, caueat de dam.infect.ff.eo.l.j.§.j.Et si qs velit cloacã priuatam in publicã mittere, vel cloacam facere quæ haberet exitum in publicã cloacam: quia nõ est impediendus, vt d.l.j.§.idẽ Labeo. & §.si.licet nouam cloacam in loco pub.facere nõ possit.vt l.fi.eo.tit.&
2 ibi hoc no.Bar. *Item habet locum hoc interdictũ, quãdo cloaca ex ędi
a bus tuis in ædes vicini a pertinet, vt d.l.j.in prin.& appellatione ædium continetur ædificium, hoc est ex ędificio in proximum agrum, vt d.l.j.§.deinde ait prætor. Item si quis habet vsum cloacæ priuatæ, quæ clã vel precariò sibi nõ nocet.Itẽ si dénũciaẽ nouũ opus, cõtẽni põt.ff.e.l.j.§.hoc interdictũ.& §.ꝙ si quis mihi.Et est ratio, quia talis nũtiatio est à lege improbata ꝓpter publicã vtilitatẽ, vt no.Bar.in d.l.j.§.fi.& est casus in l.de pupillo.§.si quis riuos.ff. de no.ope.nũ.qui assignat eandem rationem, ꝙ publicæ salutis & vtilitatis intersit, cloacas & riuos purgari. & ideo pulchrè etiã dixit tex.in d.l.j.§.curauit.ff. de cloacis.quòd hoc pertinet ad salubritatẽ ciuitatum & ad tutelam.Nã cœlũ pestilens & ruinas minanẽ immundicię cloacarum, si nõ reficiantur.Et ideo Romæ tempore quo veri Romani dominabantur, quia habebãt de istis cloacis & aquæductibus tã publicis quàm priuatis magnã curã, vt apparet in d.ti. de cloacis.& C.de aquæductu.lib.xj. habebant aërem salubrem,& erat sanum ibi morari, vt dicit gl.vij.q.j.c. qualiter.per illũ tex.& vide ad hoc Albe.de Ro.in l.si quis mihi mandauerit.in prin.ff.man.
3 *Nam licet hodie non sit sanum de mense Augusti

morari Romæ, intantùm si quis vltramontanus iuraret se moraturum Romę in mense Augusti, nòn teneretur morari: quia occasione talis iuramenti posset vita temporalis amitti, si Romę moraretur, vt dicit gl. no. in c. vero. extrà de iureiu. Et hoc fortè est, quia erant cloacæ ibi. quidam dicunt propter quendam ventum qui ibi regnat. Prædicta procedunt in cloaca priuata: quia hoc interdictum de illa tantùm loquitur. publicæ enim cloacæ publicam curam merentur, vt l. j. §. hoc autem interdictum propositum. ff. de cloacis. & pro publicis cloacis competit aliud interdictum, ne quid ad cloacam publicam immittatur, vel quid fiat, vt d. l. j. §. fi. & adde quòd possum facere cloacam de nouo inter ædes meas & vicini illo inuito, & contradicēte seu nouum opus nunciante, vt §. si quis mihi purganti. & l. fin. eo. titu. dummodò in via publica vel in cloaca facere ipsam faciam consentiente illo, cui publicarum viarū cura commissa est, in d. l. fi. & ita tenet Rof. in hoc interdicto, in fi. quæ l. fi. vult, quòd habeat locum aliud interdictum ad exemplum prædictorū, videlicet ne faciēti cloacam vis fiat, quominus publicam cloacam facere liceat. Et ita etiam tenet Specu. in ti. de causa pos. & proprie. §. j. in vlti. col. versi. sed nunquid. Imò plus dico, & hoc bene not. quia hoc interdictum competit, vt in vicini ædes dominus veniat, & rescindat pauimenta, cloacæ purgandę gratia: si tamen paratus sit restaurare id quod ex necessitate reficiendæ cloacæ causa rescindat, ꝙ cautio damni infecti non est interponenda: vt est tex. notabi-

lis cū glo. l. prętor ait quominus. §.
4 vnde Flauius. ff. de cloacis. *Itē d[ubi]-
bitari potest corā quo iudice ist[ud]
interdictum intētari possit. dic co[ram]
quolibet prætore de cloacis po[sse]
agi, per l. j. ff. de cloa. sed gl. & Bar[t.]
ibi dicunt, ꝙ debet peti licentia [fa]-
ciendi ab eo qui potest conceder[e]
posteà poterit agere corā quolib[et]
iudice. Et aduerte quia in istis inte[r]-
dictis Spec. in ti. de causa pos. & p[ro]-
pri. §. priuata. in vlti. col. ver. pe. f[or]-
mauit duplicem libellum, secūdu[m]
quòd interdictum hoc habet duo [ca]-
pita, vt l. j. §. j. ff. eo. vt dixi s. in p[r.]
sed Rof. in hoc titu. formauit a[d] 6
duos libellos ad idem, & primò s[ic]
Coram vobis &c. compareo ego
& cōqueror de M. qui me prohib[et]
cloacam meam, quæ est in tali lo[co]
inter me & ipsum reficere, vel p[ur]-
gare. vnde ne me prohibeat vel i[m]-
pediat, ago contra ipsum, & ad
propono interdictum de cloacis
actionem in factum eius loco s[urro]-
gatā: & ita concipias libellum, [quan]-
do vis reficere, vel purgare. si a[utem]
aliquid immisit per quod imp[edi]-
5 tur vsus cloacæ, ita dices: *C[oram]
vobis A. compareo ego B. & cō[que]-
ror de M. qui in cloacam me[am]
est inter me & ipsum, immitti[t]
per quę vsus meus in illa cloa[ca im]-
peditur. vnde, quòd illa remoue[at a]-
go contra ipsum: & ad hoc pro[po]-
no interdictum de cloacis vel a[ctio]-
nem in factū surrogatā loco in[ter]-
dicti: & ꝙ ita rectè concipiatur
interdicto libellus, probatur in l
prin. ff. de cloa. Sed videtur quò[d]
habeant locū ista interdicta
sit ita concipi libellus: na
tit mihi ius habendi cloacā,

in primo casu, si ius mihi competit, possum prohibere illum qui me impedit reficere vel purgare, vel aliqd immittere, p negatoriá. vel possum habere confessoriam ad vendicandam illam seruitutem liberè. ff. de vi & vi arm. l. idéq;. §. vnde vi. & ideo frustrà videtur quòd competat hoc interdictum. In secundo casu, si nõ competit mihi ius, potest me per negatoriam prohibere: quasi nõ sit mihi ius in suas edes, vel in commune solum aliquid eo inuito immittere vel mutare: cum in re communi melior sit conditio possidentis. ff. com
6 muni di. l. Sabinus. *Item econtrà videtur, quòd etiá si ius nõ habeat, nihilominus possit facere cloacam. nam in hoc interdicto etiam si quis vtatur vi, clàm, vel precariò: tamen habet locum hoc interdictũ. in alijs interdictis secus est, vt l j. §. hoc interdictũ. ff. de cloacis. vt s̃ dixi. Sed ad hoc respondet Rof. in hoc interdicto, circa fin. quòd in vtroq; casu potest intelligi siue haberet ius, siue non. si enim habet ius, & competit sibi confessoria, nõ propter hoc tollitur interdictum: imò locum habet, quia illa confessoria petitorium continet, vt l. ij. §. j. ff. si serui. ven. & hoc interdictum est pos. vt patet per l. j. ff. de cloa. & no. per Spe. in ti. de causa pos. & proprie. §. priuata. & hoc videmus in vsufructuario. nam licet vsufructuarius habeat confessoriã, nihilominus habet interdictũ vnde vi: vt ff. de vi & vi ar. l. idemq;. §. vnde vi. si autem non habet ius, est sibi vtile & necessarium hoc interdictũ. sufficit enim sibi talis qualis possessio. Nec dubitet aliqnis ex eo, ꝙ prętor fecerit mẽtionem in interdicto de hoc verbo, pertinet. vnde videtur quòd pertinere debeat saltem iure dominij, sed ad factũ extenditur, scilicet pertinet, id est dirigitur, peruenit, & extenditur. ff. de cloacis. l. j.
7 §. quod ait prætor. *Positiones autem & capitula actoris ita formari possunt: Ego B. dico quòd illã cloacam volebam reficere vel purgare. Item quòd inter me & te in tali loco est cloaca, vt l. prima. §. cloaca. ff. eod. Item ꝙ tu me prohibuisti. d. l. j. in prin. Item ꝙ volui, & volo tibi cauere nomine dam. infect. vt d. l. j. §. j. & §. si quis purgãti. Itẽ ꝙ tu immittis tale quid, propter quod vsus cloa
8 cæ meæ impeditur. *Reus verò potest ita positiones & capitula ecõtrà formare: Ego M. dico, ꝙ inter te & me in tali loco, in quo dicis, constituisti mihi seruitutẽ, vt nihil ibi possis me prohibẽre. si hoc actor cõfitetur, absoluitur reus. Item dico, ꝙ qñ volebas reficere vel purgare cloacã, ego petij à te, vt caueres mihi nomine dam. infec. Itẽ ꝙ tu cauere recusasti, Item ꝙ te Titius tantum prohibuit. & de his positionibus, & capitulis habetur per Rof. in hoc interdicto. & per Spec. in ti. de causa pos. & propr. §. priuata. in vlti. col. in prin. ver. sed nũqd licet mihi cloacã facere. & in illo §. priuata. ponuntur formę libellorũ, & positiones actoris & rei in omnibus interdictis spectantib. ad materiá aquęductus, de quibus s̃. dictum est. & ideo ibi omnino videas. Et adde circa istã materiam cloacę, quę dicã ĩ. de seruitute cloa.

a Aedes vicini, &c. *Aedificans non præsumitur facere animo nocendi vicino. gl. & Bar. in l. fluminum. §. fin. ff. de dam. infect. Bar. in l. j. §. denīq;. de aqua*

aqua plu.arc. Et uide ṡ.per Bar.Cap. de ser.ur.c.xxxix.

De seruitute aquæ haustus.

CAP. VII.

1 SERVITVS * aquæ haustus, est
a ius hauriẽdi aquã de puteo a vel fonte, vel de alia aqua vicini. Et ita vult Azo in summa. C. de ser. §. haustus aq̃. sed ego addidi, Vel de alia aqua: vt omnẽ aquã cõpræhendat, ex qua ius hauriẽdi aquã haberẽ. ar. l. j.
2 in fi. ff. de fonte. *Secundo loco, in dubiũ reuoco, an aquæ haustus seruitus dicat̃. Et breuiter respõdeo seruitutẽ esse, vt Insti. de ser. §. inter rusticorũ. & l. j. §. j. ibi, sicut discretæ sunt seruitutes duct⁹ aque & haustus aq̃. ff. de fonte. l. si prius. §. via publica. ff. de aqua plu. ar. & l. Mela. §. fi. ff. de ali. & ci. le. & probatur p tex. cũ glo. in l. j. §. in prædijs. ff. de ser. rust. pr[æd.] qđ intellige quãdo debet̃ ius hauri[en]di aquã necessariam agro vel labo[ra]toribus in eo agro, vt no. gl. in d. §. inter rusticorũ. & probat̃ in d. §. fi. ibi hoc vult Pau. de Cast. qui dicit, intelligit illum tex. quando seruit. aquæ haustus acquiritur per habẽtẽ prædiũ vicinũ pro vtilitate ipsi[us] prædij, & tũc dicitur seruitus rea[lis] aliàs secus, vt no. per gl. & Doct. in l. vt pomũ. ff. de serui. & l. pecoris. ff. de serui. rust. præd. & per gl. Bar. & Docto. in d. l. Mela. §. fi. quod decla[ra] vt plenißimè dixi ṡ. in j. li. in pr[in.] post distinctionẽ serui. in versic. dubiũ pulckrũ & subtile est, qu[an]do cognoscat̃ &c. & in ti. præcede[n]ti, ij. q. principali, vbi plene dis[pu]tũ est, an huiusmodi seruitutes [sint] reales vel personales: & q̃ sit vtil[e]
3 hoc intelligere. * Tertiò d[ubita]rĩ põt, qualis sit ista seruitus, & p[ri]mo an sit realis & personalis. & hoc pa-
4 tet ex his quę ꝓximè dixi. *Q[uar]tò an sit nominata vel innom[inata.] Et gl. in l. j. §. in prædijs. de ser. [rust.] prę. tenet ꝙ ista seruitus & ali[æ ibi] positæ sint innominatæ: & hoc [se]quit̃ Pau. de Ca. Sed ego aliqua [dixi] ṡ. in j. li. in ij. diuisiõe seruitut[is] secunda diuisio seruitutis est
5 ibi. *Quintò, an ista seruitus [ru]stica vel vrbana: collige ex hi[s quæ di]cta sunt in j. lib. in iiij. diui. [serui]tis, versicu. iiij. diuisio seruitu[tis.]
6 *Sextò q̃rit̃, q̃uo & qualiter & [quan]do constitui poßit hęc seru[itus.] dic quòd potest expreßim c[onstitui] ius hauriẽdi aquã, & inest iter [ad fon]tem vel aquam. & si conced[itur iter] ad fontem, inest & haustus

vt l.iij. §.qui haustũ.ff.de serui.rusti.
præd.& no.glo. fin.in l.quamuis.C.
de fideiuss. & Azo in summa. C. de
serui. §.haustus aquæ. Et prędicta in
tellige,quãdo tenet concessio hau-
stus aquæ, puta qa est facta in fonte
priuato ,si autẽ non teneat, qa facta
in flumine publi.tũc nõ tenet itine-
ris tacita cõcessio,quæ expressim ad
flumẽ publicũ fieri potuit,vt d. l. iij.
§.vltimo.Et est ratio, qa quando ex
pressum est inualidũ,nec valet qđ ta
citè inest. Simile habetur. C. si pen.
app.mors inter.l. si is q. ff. de dona.
inter vir.& vx.l.si spõsus. §. si mari-
tus.& no.per gl.& Doct.in d. §.fi. &
nõ solũ si concedatur ius hauriendi
aquã simpliciter, venit iter, vt dixi p
d.l.iij. §.fi. sed etiam si cõcederetur
haustus tantũ:vt probatur in d. §. fi.
ver.tantùm.& l.j. §.j.ff.si vsusfru.pe.
& ibi gl.ĩ ver.adit⁹.& p l.p seruũ. §.
j.& ibi gl.ff.de vsu & ha.& l.si ita scri
ptũ. §.regula.ff.de lib. & post. Item
ista seruitus aquæ haustus imponi
põt ac cõsueuit, quãdo aqua est perẽ
nis,sed duci non põt vt putealis: & q̃
ita est submersa, vt defluere extra
meatus suos,& vsui esse nõ possit,vt
est tex.ĩ l.j. §.loqtur.ff.de aqua quo
ti.& æsti.Itẽ aquę haustus potest per 7
eundem locũ vt hauriatur, pluribus
cõcedi,sicut aquæductus, vt eisdem
vel diuersis diebus & horis ducatur
vel hauriatur, si aqua sufficiẽs est; vt
l.ij. §.j.& fi.ff.de ser.rusti. præd. pro
hoc l.Lucio.ff.de aqua quoti. & ęsti.
& adde q̃ dixi in ti.pręce.in vj.& vij.
q.principali. Itẽ põt concedi vni vt
alter cedat, vt l.cũ essent. §.j. in fi. &
ibi per gl.& Doct.ff.de ser.rust. præ.
Itẽ nõ põt hęc seruitus aquæ haustus
imponi in alieno,nisi vicinũ habeat
fundũ ille,cui seruitus constituitur,
l.ergo.ff.de ser.rust. prę. nec põt vl-
tra concedi q̃ quatenus ad eum fun
dũ opus sit, vt d.l.ergo.ĩ fi.& no.Bar.
in l.eadem. §.Cato.ff.de verb. obli.
in vj.q. Item via publica interueni-
ente seruitus haustus cõstitui põt:&
non solũ si via publica interueniat,
sed etiã si flumẽ publicũ, si nõ sit im-
pedimento transeundi magnitudo
fluminis, puta quia vado trãsiri põt.
l.si prius. §.via publica.cũ §. seq. ff.
de aqua plu. arc. sed loco religioso
vel sancto quo fas non sit vti, tunc
non põt seruitus haustus constitui.
vel si in medio sit fundus alienus in
ter me & te, nisi medius dominus i-
ter ad transeundũ concesserit, vt d.l.
si prius. §. sed si fundus. Similiter si
ex flumine publico haustu aquæ ve-
lim vti,& illi flumini ager tuus pro-
ximus sit, iter ad flumen cõcedi põt.
aliàs ad flumen pro aqua haurienda
ire non posset, vt est casus not.in d.
l.si prius. §.fi.cũ glo.de aqua plu. ar.
Et est ratio, quia realiter non potest
quis ire per fundũ alienum domino
nolente.l.diuus.ff.de ser.rust. præd.
Fallit in quibusdam casibus, vt plenè
dixi s̃.in tit.de serui. itin.ver.quæro
an quis currit. *Septimò quæritur
quomodo qs vti debeat seruitute
aquæ haustus. & in hoc cõsidera cui
debeatur seruitus aquæ haustus, &
qui debet seruitutẽ. Si quæris de eo
cui seruitus debetur, dic ꝙ ipse de-
bet vti eo modo, quo vti solitus est,
vel est sibi concessum.arg.l.iij.C. de
aquæduct.lib.xj. & debet ita vti, vt
alij non cedat, nisi domino aquæ vo
lente, vt l.cum essent. §.j.ff.de serui.
rust.præ.Si verò quæris de seruitu-
tẽ debente:dic quòd nõ debet aliàs
facere,

facere propter quod tollatur haustus aquæ, puta ex aperto terrenũ facere, & claudere, vt est text. in l. ij. ff. de riuis. & dixi s. ti. prox. ĩ viij. q. prĩ. ver. sed circa prædicta dubitari pōt. & ea quæ dicũtur in d. q. princi. possunt adduci ad declaratione huius q. Et adde ꝙ ille qui habet ius hauriendi aquã, nõ debet etiã de publico in eo iure turbari, quo vsus est tanto tēpore, cuius non extat memoria, vt d. l. iij. C. de aquędu. & ibi per Barto.

8 *Octauò quæritur quomodò & qñ amittatur ista. Dic si quis habet haustum per tēpus quo seruitus amittit, & non ierit ad fontē, nec aquã hauserit, haustus iter amisit. l. Labeo. alias incipit, si is secundũ vnã lecturã glo. j. videlicet ꝙ ibi dicatur, nõ ierit. ff. queãd. ser. amit. l. j. Item si ierit ad fontē, & aquã nõ hausit, vt est ibi tex. secũdũ aliã lec. gl. videlicet ꝙ ibi nõ sit illa dictio Non. & ista secunda lectura est melior, quia persona propria nõ habet dubitationē, secũdùm Flor. ibi, & sic not. ꝙ q perdit principaleb, perdit accessoriũ. vel qui amisit antecedēs, amittit cõsequens. & vide quæ no. Inno. per d. l. Labeo. in c. cũ ex officij. in glo. j. ver. est no. extrà de præscrip. qd sequitur An. & no. in d. l. Labeo. Nec ob. l. si in partē in prin. eo. tit. qa ibi loquitur in iure quærēdo. l. Labeo. loquitur in iure quæsito perdēdo. & quanto tēpore amittantur seruitutes, vide ea q̃ dixi in j. lib. ĩ xix. quæst. prin. & in tit. præcedēti in x. quæst. princ. Itē amittitur ista seruitus, si qs alia aqua vsus fuerit, de qua in seruitute imponēda nõ est actũ. l. si quis alia. in prin. & l. si cõmunē. ff. queãd. ser. amit. & l. j. §. illud autē. de aqua quotid. & æstiua. Sed qd si iui per aliã viã ad hauriendũ per x. annos, nõ per cõstitutã, an vtrũq; sit amissum, scilicet ius itineris, & ius aquæ haustus? gl. in l. iij. §. qui habet haustũ. in ver. ad hauriendum. ff. de ser. rust. præd. distinguit, si haustus est accessorius itineri, quod esse potest, vt ibi, & suprà dixi: & tūc vtrunq; amittitur: si econtrà, nõ valet quia iter est accessoriũ ad aquæ haustũ. argu. C. si pen. app. mor. iter. l. si is. Si autē vtrũq; principaliter tenetur, iter retinetur etiã per haustũ, vt d. §. qui habet haustũ. ibi, siue hauriendi aquã. arg. C. de agri. & censi. l. cũm sancimus. §. fi. li. xj. Multis etiã alijs modis pōt amitti ista seruitus aquę haustus, quos collige ex his q̃ dixi s. tit. proxi. in d. q. prin.

9 *Nonò quærit, qua actione agatur. Respondeo, si qs vult se fundare ex eo ꝙ cõstituta sibi sit seruitus aquæ haustus, & agere petitorio: tũc cõpetit actio cõfessoria. l. ij. §. j. ff. si seru. vend. & ibi plenè p Flo. & Doc. & per Bar. & Doc. in l. & si prius. ff. de no. ope. n. Si qs vult agere possessorio, proce- 10 dunt duo interdicta. Vnũ est de fonte, quod cõpetit qñ qs habet ius hauriēdi aquam de fonte, vel puteo, piscina, vel lacu, & ab aliquo impeditur. Aliud est interdictũ de fonte reficiendo, & cõpetit qñ qs vult fontē vel puteũ, vel piscinã, vel lacũ, quorũ aqua vtitur, reficere vel purgare & ab aliquo impeditur. ff. de fonte l. j. §. j. & §. deinde ait. & ita Ioan. in arbore sua actionũ posuit duos circulos, in qbus descripsit hęc duo interdicta, secundũ Spec. in tit. de cau. sa pos. & pprie. §. priuata. vers. porro plerunq; qs habet. & Rof. in tit. de fonte reficiendo, in prin. Et aduertendum qui

q̃a ista interdicta de fonte reficiẽdo vel purgando, cõpetũt ꝓ aqua viua, & sunt directa: q̃a verba leg. & mens cõcurrunt. & ita loq̃tur totus tit. ff. de fonte, maximè l. j. §. hoc interdictũ de cisterna eo. tit. l. j. §. loq̃tur. ff. de aqua quoti. & ęsti. Sed si est aqua nõ viua, sicut cisterna. quę hymbribus cõcipit, vt d. §. hoc interdictum de cisterna. sicut in multis locis cõmuniter non reperit aqua viua, vt in Apulia, vel Venetijs. & tunc videt ꝙ nõ cõpetat hoc interdictũ. per d. §. Tamẽ secũdũ Rof. in prædictis ti. il le tex. debet intelligi, ꝙ nõ cõpetat aliq̃d interdictũ de p̃dictis directè. q̃a verba edicti de fonte deficiũt: tñ vtile interdictũ cõpetit: & ita etiã tenet Bar. in dicto §. hoc interdictum de cisterna. & illũ text. dicit eleganter Bar. facere ad quæst.

10 *Statuto ꝓhibetur sub pœna mulieres portare perlas, modò quædã mulier portat perlas fictas & cõtrafactas, an puniatur pœna statuti. Et dic ꝙ nõ. debent enim naturales & nõ fictæ esse. arg. d. §. hoc interdictũ de cisterna. & ita aliàs iudicaui in ciuitate Veronę. Et adde ꝙ portare perlas vel vestes ꝓhibitas nõ est propriè delictum, sed quædã abusio secũdũ Cyn. ĩ cõsilio suo, q̃d incipit, In studio Azardi. & talis abusio est leuis, ideo ꝓpter eã q̃s nõ esset corpore puniẽdus. vt no. Bal. in l. q̃cquid. in ij. col. C. de seruis fugit. & talia statuta sunt irrationabilia. ideo nõ debẽt extendi secũdùm Bal. in l. q̃d nõ ratione. in fi. ff. de leg. & circa istã materiã statutorũ prohibentiũ portare perlas vel certas vestes, vel iocalia, vide quę no. Io. And. in c. ea quę fiunt à iudice. de reg. iur. in vj. ĩ mercuria. & p Alberi. de Rof. in l. factũ à iudice. ff. de regu. iur. & in suo opere statutorum in ij. parte, quæst. ccvj. & per Ant. de But. in suo tractatu & ornatu vtili: & habet per tex. & gl. xxj. quæst. iij. p totũ. & ego dixi plenè in l. mulieris. in princi. in xj. quęst. ff. de verb. sig. Et adde ꝙ ꝓ isto iure hauriendi aquã, vel ducendi, quãdo quis nõ permittit me vti, vel amouit ipsum aquæ haustũ, vel ipsam aquã, possum implorare officiũ iudicis, vt faciat me retinere, coërcens aduersariũ & rei cõpetentis formã dans: & hoc quãdo habebam illũ vsum iure seruitutis, aliàs cõpeteret cõfessoria, vt dixi in principio huius quęstio. l. sicuti. §. Aristo. ff. si seruit. vend. ita dicit Specul. in titu. de offic. iudic. §. ij. versic. itẽ imploratur loco principalis actio.

11 *Decimò quęritur quot sint necessaria ad hoc, vt illa duo interdicta cõpetere possint & dic secundũ Rof. in titulo de interdicto, de fonte reficiẽdo, ꝙ sex sunt necessaria. Primum, ꝙ fons sit, siue puteus, vel lacus, vel piscina. Secundum, ꝙ in illis sit aqua viua. aliàs non habet locũ hoc interdictũ directe, sed vtile, vt l. j. §. hoc. interdictum. Tertium, siue prohibeatur haurire aquam, siue puteum aperire, vt ibi. Quartum, quòd quis velit purgare fontem, vel lacum, vel puteum, vel piscinam. ff. eo. l. j. §. deinde. Quintũ, quòd ille qui fuit vsus, fuerit vsus hoc anno non vi, non clàm, non precariò. ff. eod. l. j. in principio, & §. deinde. Sextum, quòd ita quis vtatur vel purget eo modo, sicuti consuetus est vti, siue purgare. ff. eod. l. j. §. hoc interdictum. si verò quis velit purgare fontem vel coërcere aquam ne fluat, vel dilabatur,

non cõpetit hoc interdictum. ff. eo.
12 l.j. §.j. *Vndecimò quæritur quomodò debeat formari libell⁹ in his interdictis. Dic interdicto de fonte põt sic formari: Corã vobis, &c. cõpareo ego B. & cõqueror de M. qui me ꝓhibet vel impedit vti aqua de fonte, lacu, puteo, vel piscina tali, cuius tales sunt fines: qua aqua vsus sũ hoc anno nõ ui, nõ clàm, non precariò. vnde ne me impediat vti, sicut vsus sum hoc anno, ago contra ipsũ: & ad hoc ꝓpono interdictũ de fonte, vel actionẽ in factũ: & ista forma libelli probatur in l.j. in prin. ff. eod. In interdicto verò de fonte reficiẽ. põt ita libellũ concipere: Coram vobis, &c. cõpareo ego B. cõtra Titiũ, qui me prohibet purgare talem fontem, vel reficere piscinã, lacũ, vel puteum, cuius tales sunt fines. vnde nemo prohibeat purgare prædicta, sicut est mihi ius purgandi: vel nõ impediat vti, sicut vsus sum hoc anno, nõ vi, non clàm, nõ precariò, ago cõtra ipsum, & ad hoc propono interdictũ de fonte reficiendo, vel actionem in factũ, & probatur ista libelli cõceptio in l.j. §. deinde. ff. de fonte. & de his vide Ros. in hoc interdicto de fonte reficiendo, & ꝑ Specula. in titu. de causa pos. & proprie. §. priuata. versicul. porro plerũque qs.
13 *Duodecimò & vltimò quæritur, quomodò formẽtur positiones vel capitula. Et primò actor potest ita formare: Ego A. dico quòd in tali loco, cuius tales sunt cõfines, est fons, vel puteus, vel lacus, vel piscina. Itẽ quòd in illis est aqua viua, & hoc dicas, ꝙ est aqua viua, & cõpetit interdictũ directè: sed si nõ est aqua viua, hoc non dicas, & cõpetit vtile interdictum, vt dixi in vij. quæstio. Item ꝙ tu prohibes me vti aqua illa nõ vi, non clàm, non precariò. E contra autem poterit reus ita dicere: Ego M. dico ꝙ in tali loco fluit fons, sed desijt esse, & si hoc cõfitetur actor, succumbit. Itẽ ꝙ in illo est aqua collecta de sudoribus, & si hoc actor cõfitetur, succumbit: quia nõ cõpetit in- 1
terdictũ, nisi ꝓ aqua viua, quod intellige de directo. sed vtile bene cõpetit, vt sæpius dictum est. Itẽ quòd tu vsus fuisti hoc anno aqua illa, vi, clàm, vel precariò à me. Item quia Titius te prohibet vti aqua illa, vel
purgare fontẽ aliter quàm vsus fue- 2
ris. Item vis quærere venas, siue aperire, vt ff. de fonte. l.j. §. fi. & de his vide per Ros. in hoc interdicto de fonte reficiendo, & Specul. in ti. de causa posses. & proprie. ver. porro plerunq; quis habet ius.

a Aquã de puteo vicini. *Seruitus quæ hauriẽdæ de puteo uicini debet uti de die nõ de nocte. l. iter. et ibi. l. cõi. prædio. Lud. in suis sing. quid lum tex. esse ad hoc sing. si non de die, perdit eã, licet utat de noctũ. l. si commune. §. si is qui. quib⁹ ser. amit. & uide s. per Bar. C. urb. c. xxxviij.*

b Principale. *Principale trahit accessoriũ, etiã preciosi⁹ ipso ... li. l. hæres meus. §. fi. de leg. ij. ... cipale habet idẽ ius qd est de accessorio: in Spe. de litis cõtesta. §. nunc mus. uer. item nunquid.*

De seruitute pecoris ad aquam appulsus. CAP. VII.

1 *Pecoris ad aquam appulsus quid.*
2 *Ius pecoris appulsus ad aquam ... situs sit.*
3 *Seruitus appulsus pecoris ad aq...*

an nominata, uel innominata sit.

4 *Seruitute appulsus pecoris ad aquam qualiter quis uti debeat.*

5 *Seruitute appulsus pecoris ad aquam qua actione aliquis uti debeat, & ut competat, quot necessaria sint: & quo modo libellus & depositiones formentur.*

1 PECORIS* ad aquam appulsus, est habere ius appellendi pecoris agri mei per prædium vicini ad fontem vel puteũ, vt l. j. §. in prędijs. ff. de seruitutibus rustico. præd. & insti. de serui. §. inter rusticorũ. & notat Azo in summa. C. de seruit. §. pecoris. *Sed dubium est, an istud ius
2 pecoris appulsus ad aquã sit seruit⁹, & videtur ꝙ nõ. nã pecora sunt mobilia. & in pecoribus & in rebus mobilibus nõ consistit seruitus prædialis, sed est quædã facultas quæ sapit in dubio realitatem: & si aliquis legat mihi ius pecoris appellendi, cedit hoc legatũ à morte testatoris. ita dicit Bald. in l. vnica, §. libertatibus. in pen. q. C. de cad. tollendis. & pro hoc videtur esse tex. in l. Mela. §. fi. ff. de ali. & cib. leg. In contrariũ videtur, ꝙ imò sit seruitus prædio. rustic. per dictam l. j. §. in prædijs. & ibi gl. hoc tenet, & per dictũ §. inter rusticorum. cũ glo. Sed tu dic: aut pecora sunt cõstituta ad agrum stercorãdũ, & debent viuere in fundo tuo, & tũc est seruitus realis seu prædialis & rusticalis, vt in iuribus ꝓximè allegat. & hoc modo debet intelligi rubrica nostra. aliàs secus. & ita tenet glo. in d. §. inter rusticorũ. & Azo. in summa, in d. §. pecoris. qui intelligit hãc esse seruitutem, quando ex prædio meo non possem percipere aliã seruitutem, nisi quòd ibi contineantur pecora, vel etiam quando percipio ex fundo fructus vel segetes cultura pecorũ, id est, boum, per quos colitur fund⁹, propter quod habeo necesse pecora appellere in fundũ vicinũ. & prædictis adde quę dixi in titulo præcedenti in ij. q. *Tertiò du- 3
bitatur, an ista seruitus sit nominata vł innominata. Ego aliàs dixi: remittendo me in titulo pręcedenti in iij. q. & idem dicas in septẽ seruitutibus sequẽtibus *Quartò dubitatur qua- 4
liter vti debet quis hac seruitute. dic ꝙ non debet appellere maiorem numerũ pecorũ ad aquam. & si maior numerus appelletur: nõ in omnibus pecoribus, tunc prohibendum esse, Marcellus ait: quia pecora separari possunt, licet Trebatius dixerit vniuersum pecus impunè prohiberi: quia iunctum pecus ei pecori cui appulsus debetur, totũ corrumpet pecoris appulsum: vt in l. j. §. Trebat. & §. sequenti. ff. de aqua quotidiana & æstiua. Et est ratio, quia insepa- a
rabilibus vtile [a] per inutile non vitiatur, vt ibi, & l. si sponsus. §. generaliter. ff. de donationibus inter virum & vxorem. cum simil. *Quin- 5
tò & vltimò dubitari potest, qua actione agi debeat pro ista seruitute, & quot sint necessaria vt competat, & quomodò formetur libellus & positiones siue capitula. Et breuiter dic vt dictum est in titulo præcedenti, quia ea quæ ibi dicta sunt, locum habere possunt etiam in ista seruitute. & probatur in lege prima. §. si qs vti, ff. de fonte. & hoc sentit Rofr. in titulo de interdicto de fonte reficiẽdo. & ponit tanquam paria. seruitutem pecoris ad aquam appulsus, & seruitutem haustus aquæ, & simi-

 liter

liter facit Speculator in tit. de causa possessi. & proprieta. §. priuata. ver. porrò.

2 Vtile. *Vtile per inutile nõ uitiatur. l. j. §. pe & ibi Bar. in j. op & Docto. de uer. ob. & l. hac cõsultissima. §. ex im perfecto. ij. respõs. C. de testa. l. si C. fa. herc & in l. certi. §. quoniã. in iij. no. Et ibi uide Bal. qui ponit x. casus in q bus utile per inutile uitiatur ff. si cer. peta. & uide in l. seruũ filij. §. ante pe. per Bart. de leg. j. & in l. qui testamen to. de leg. ij. & ibi glos. & l si ita stipu latus. ad finem titu.*

De seruitute iuris pascendi.

CAPVT IX.

1 *Seruitus iuris pascẽdi quid propriè sit.*
2 *Pecoris appellatione comprãhendũtur oẽs quadrupedes, q̃ gregatim uescũtur.*
3 *Pascua quæ dicantur.*
4 *Pascuum quotuplex sit.*
5 *Iuris pascendi seruitus an rustica uel urbana existat.*
6 *Seruitus iuris pascendi qualiter acqui ratur.*
7 *Fundo uendito uel legato, an uideãtur uendita pascua quæ sunt, uel in alijs prædijs uenditoris debentur.*
8 *Vniuersitas alicuius uillæ si rem non cõmunẽ emerit, ut ius pascẽdi haberet, & aliquis de dicta uilla sua p̃dia uẽdi derit, an ueniat in dicta uẽditione ius pascẽdi, quod dictus uẽditor habebat.*
9 *Vẽditione molendini per aliquẽ facta, quo casu etiã alterius molẽdini posta ueniat: etiam si in uẽditione de ea men tio facta non sit.*
10 *Testes ubi plures quàm duo haberi pos sint, duo de uniuersitate non suffice- rent.*
11 *Monachi singuli in causa suæ uniuersi tatis testificari possunt.*
12 *Testis examinatus in causa uniuersita- tis puta pascui, si sentiat cõmodũ, et di cat q̃ nõ: an falsum dixisse itelligatur.*
13 *Statutũ si sit in ciuitate, ut in talibus pratis homines bestias ad pascendũ [...] tra terminos designatos tenere nequ[...] ant, & sic in certa prati parte pa[...] poterit, & in certa nõ: & quidã ac[...] satus fuerit, q̃ in dictis pratis be[...] tenuerit, nec fuerit dictum in accu[...] tione intra terminos designatos, simpliciter probatum fuerit, an ex[...] condemnatio sequi ualeat.*
14 *Statuti forma si magnates non pos[...] intrare palatiũ ante pulsationẽ c[...] næ sub certa pœna, an cõdẽnatio [...] possit, nisi introitus explicitè prob[...]*
15 *Creditor si hypothecaria agat c[...] ipsum possessorẽ, & possessor c[...] tur rem de bonis debitoris fuisse, [...] gat fuisse obligationis contract[...] pore, quid iuris.*
16 *Tempus aliquod punctualiter [...] de substantia fuerit ad uictoria[...] portandam: illud tẽpus liquide [...] ctualiter probari debet.*
17 *Seruitute iuris pascẽdi quomodo [...] piam uti debeat.*
18 *Seruitus uel pascendi ius[...] in [...] alieno constituta fuerit, an cu[...] pecore cuiuscũq; generis pasce[...]*
19 *Seruitus si de pecudib⁹ simpli[...] stituta sit: & reperiãtur pecud[...] les, sicut sunt Veronẽses, & ign[...] cuti aliæ Italæ: an de omnib[...] renter ipsa seruitus constituta [...] gatur.*
20 *Pascuis cum pecoribus morbos[...] pestiferis nullus uti potest.*
21 *Infectionis timor ubicũq; fuerit [...] de ciuitate expulsio fieri potent.*
22 *Pascendi iuris seruitutem hab[...] lieno fundo an ipsam seruitut[...] re debeat.*

23 Pascendi ius præter iustitiam per tyrānum in prædijs alienis acquisitum, an in ecclesiam transeat.
24 Pascēdi ius quāto tēpore pscribatur.
25 Iuris pascendi possessio uel quasi seruitus quomodo probetur.
26 Vniuersitatis x. uel xx. si aliquo uemore tanto tempore usi fuerint, q non extet memoria i cōtrariū: an ipsi uniuersitati ius quæsitum uideatur.
27 Actus agentium ultra eorum intentionem operari non debent.
28 Pascendi ius uillæ uel uniuersitati cōpetēs, an per x. homines uillæ uel uniuersitatis probari posit.
29 Obligationibus facti obligatio ad interesse uenit.
30 Animal qui in fundo reperit, in quo sibi iuris pascendi seruitus debetur, an ipsum occidere posit, uel retinere, donec dānū reficiatur, quod dedit uel donec, cuius sit animal illud, cognoscatur.
31 Seruitus iuris pascēdi quomodò amittatur.
32 Iuris pascendi seruitus pro certo pecudum numero si uni debeatur, & ipse ampliori usus fuerit, an ppter hoc ipsa seruitus amittatur.
33 Seruitus iuris pascendi cū certo pecudū genere, si uni debeatur, & ipse cum alio genere seruitute usus fuerit, an ppter hoc ipsa seruitus amittatur.
34 Seruitus iuris pascendi an perdatur, si locus seruitutē debens per tyrānū occupatus fuerit, qui illis pascuis usus sit.
35 Pascua si aliquod cōmune emerit, & de cōmuni unus uēdiderit fundū suum proprium cum omni iure sibi spectante: an per hoc seruitutem, uel saltem ipsum ius pascendi amisisse uideatur.
36 Iuris pascendi pro seruitute, quæ actione agi debeat.
37 Actio quæ competat illi, in cuius fundo contra seruitutem debitam quispiam pascitur.
38 Fundi uel pecorum, uel tēporis pascēdi ius habens, an alium cogere posit.
39 Communioni stare nemo cogitur.
40 Prædij seruientis dominus an posit loca, in quibus alteri seruitutem debet, & etiam ius pascendi, puta pascua & ligna ad culturam reducere inuito domino prædij dominantis, cui iuris pascēdi seruitus debetur.
41 Et econtra, an ille, cui hæc seruitus debetur, inuito fundi domino, posit pascua reducere, ita ut meliora efficiantur.
42 Prædij seruientis dominus si reduxerit pascua ad culturam, puta ad segetes, uites, propter quod pascua impediūtur ei, cui seruitus iuris pascendi debetur, an cogi posit ad reducendum prædia ad pascua, sicuti tempore seruitutis imposita erant: an uerò ad interesse agi debeat.
43 Obligatio non faciendi, obligatio faciēdi dicitur.
44 Actiones suas remittentibus regressus dandus non est.
45 Actione in noxali emēdatio damni est in obligatione: & datio damni pro noxa est in solutione.
46 Pascere in agro alieno an & quando liceat.
47 Pascere in pascuis publicis & priuatis, in quibus ipsa seruitus imposita non est, an & quando liceat.
48 Animal in pascuis dimissum an per illum posideatur, qui id sibi dimisit.
49 Pastor si animalia per insidiosa loca ad pascendum conduxerit, & ea amiserit, an de culpa teneatur.
50 Pascui in possessione si quispiam fuerit: & eo certo anni tēpore utatur, an per hoc suam possessionem retineat.

1 SERVITVS* iuris pascendi est ius pecoris pascēdi in fundo alieno agri mei causa, vt l. ij. §. in prædijs. ff. de seruitutib. rustico. prædiorū. & instit. de seruitu. §. inter rusticorū. & l. qui seruādarū, §. fi. de præscrip. ver. & dixi esse ius, quia seruitutes sunt iuris: vt institut. de seruitu. in prin. & l. j. in princi. ff. de seruitutibus rust. prædi. & l. hæc aūt iura. in princi. eo. ti. & l. ij. §. in prædijs. ff. de seruitutib. rusticorū prædiorum.

2 *Pecoris etiam dixi, quia hoc nomē est generale, & cōpræhendit oēs quadrupedes quæ gregatim vescunt l. legaris. §. pecudibus. ff. de leg. iij. & insti. ad l. Aquil. in princ. & ff. eo. l. ij. & quia lex xij. Tabul. loquebatur de pastu pecoris, vt d. l. qui seruādarū. §. fi. & l. fi. C. ad l. Aquil. & pro hoc l. Iulianus. §. glans. ff. de exhibē. & l. si pecora pascēda. C. de pact. dixi pascēdi, quia hæc seruitus locum habet in pecoribus pascēdis, vel quæ pascunt vt probatur in l. pecoris pascendi. ff. de serui. ru. præd. & in iuribus suprà proximè allega. Dixi in fundo, quia res sua nemini seruit. l. in re cōmuni. ff. de serui. rust. præd. & l. vti frui. ff. si vsusfr. pe. & probatur in d. l. si seruādarum. §. fin. Vltimò dixi agri mei, quia si haberem fundū pro quo tenerem pecora pascēda, non posse esse tale ius pascendi, seruitus præsertim realis seu prædialis, sed esset seruitus personalis seu ius psonale, vt est tex. cum glo. ordin. in verb. excep. in l. si quis vnas ædes. ff. de vsufruct. & tex. cū gl. & ibi Doc. in l. pecoris. & not. per glo. & Doct. in l. vt pomum. ff. de seruit. & per tex. gl. Bar. & Doct. in l. Mela. §. fi. ff. de ali. & cib. leg. Circa quod vide quæ plenè dixi in j. lib. in prin. post diffinitionē seruitutis, & ti. de aquæductu. ij. q.

3 Visa diffinitione huius seruitutis iuris pascēdi, quæro primò quę dicātur pascua. Et dic, pascua siue saltus dicuntur loca vbi bestiæ pascuntur. l. sylua cædua §. fi. ff. de verb. sig. & l. si diuortio. § planè. ff. sol. ma. & l. j per totū tit. C. de pascu. pu. vel pri. li. xj. & vide gl. in d. §. planè. vbi dicitur, quod pastio cit locus, vbi bestię pascūtur, allega dict. l. si quis vnas ędes. & est tex. in l. instrumenta. in fi. de fundo instru. similiter sylua pascua dicit, quæ pascuis pecudū est destinata, vt d. l. sylua cędua. §. fi.

4 *Quęro secūdò quotuplex est pascuū, Dic duplex. Nam quoddā est publicū, & quoddā priuatū, vt pbat in rub. & p totū tit. de pasc. pu. vel pri. li. xj. & de pascuis publicis dicemus in xij. & vlti. q. in prin.

5 *Quæro tertiò, an seruitus iuris pascēdi sit rustica vel vrbana. inspiciendū esse fundū, propter quem debetur istud ius pascēdi: quoniam seruitus iudicat rustica vel vrbana, ... est fundus, cui seruitus debet, vt glo. in ver. areā. in l. j. ff. de ser. ... & ideo si fundus, propter quem debetur ista seruitus, iuxta no. per ... in l. pecoris. ff. de seruit. rustico. ... dior. & ea quæ dixi suprà in j. q. ... in fi. si est vrbanus, erit seruitus vrbana: & si rusticus, erit rustica. po... enim esse quod in loco nō esset abū... tia terræ, puta in aliquo castello ... esset necessarium tenere pecora ... sa stercorandi fundum vrba... in quo esset hortus pro vsu fa... vt l. vrbana prædia. cum ibi nota. glo. & Docto. ff. de verb. signifi. ... quod vide quæ plenè dixi in j. li... iiij. diui. seruitutis. & per ea quæ ...

cu...

6 cutur ibi, declaratur ista q. *Quæro quartò, quomodo acquiratur ista seruitus. dic ꝙ pluribus modis. Primò institutione vel alia vltima volũtate, si ius pascẽdi relinquat. ar. Insti. de serui. §. fin. & de vsufru. §. j. & l. vsusfruct⁹ pluribus modis. ff. de vsufru. & l. corruptionẽ in prin. C. eo. ti. cum simi. Secũdò pactionibus & stipulationibus, vel cõtractibus, putà emptione, vẽditione, vel donatiõe: vt probatur Instit. de serui. §. pe. cũ glo. in ver. pactionibus. & Institu. de
7 vsufr. §. fine testamẽto. *Sed circa hoc dubitatur an vendito vel legato fundo, videantur vẽdita pascua quæ sunt, vel debẽtur in alijs prædijs venditoris. Et in hoc distingue: Aut pascua erãt deputata ad vsum fundi vẽditi, & cũ eo vno nomine nũcupata: & tũc veniũt ita etiã pascua, vt est casus, & ibi hoc no. Bar. ĩ l. Seię. §. Tirã dæ. ff. de fundo instru. & probat in l. testatrix. §. j. ff. si serui. vẽdi. facit l. fi. in prin. cũ ibi no. ff. de seruit. vrbanorũ p̃diorũ. & d. l. testatrix. in prin. & in fi. & l. j. cũ ibi no. p glo. & Bart. ff. de rẽ. dub. Aut dicta pascua erant deputata ad vsum fundi vẽditi, sed vno noĩe nõ erãt nũcupata: & tunc illa pascua fuerũt empta, quæ erant deputata ad vsum dicti fundi tãtùm, & idẽ per tex. d. l. testatrix. §. j. qa vẽdendo fundũ simpliciter, præsumit vendidisse totũ, & cũ omni iure sibi spectante, nisi aliquid sit exceptuatum: vt l. qui tabernã. cũ ibi no. ff. de contrahen. empt. & vendi. in l. j. C. quæ res pi. ob. pos. & Bal. in l. j. C. qui testa. face. poss. & l. si domus. §. fi. ff. de lega. j. & in l. Titia testamento. §. Lucius Titius. de lega. ij. & hoc intellige quãdo pascua, id est, ius pascendi debet vẽditori in fundo alieno pro fundo vendito: quia tũc est propriè seruitus: vt d. l. testatrix. §. fi. cum glo. in versi. legatario. in fi. & idẽ quãdo pascua deberẽtur in fundo vniuersitatis: quia tũc etiã posset dici seruitus debita vni ad vniuersitatem vendẽti fundũ proprium, seu debita illi fundo: qa licet fundus in quo debetur ius pascẽdi, sit vniuersitatis, nõ tamẽ dicitur singulorũ. l. in tantùm. §. vniuersitatis. ff. de rerum diui. & l. sed si hac. §. qui manumittitur. cũ ibi no. ff. de in ius vocã. sed si vendẽs haberet ius cõpascẽdi in fundo cõmuni, ista nõ posset dici propriè seruit⁹: quia res sua nemini seruit, etiã cõmunis, vt singulis: vt l. in re cõmuni. ff. de seruit. vrba. præd. & l. vtifrui. ff. si vsusfru. pe. & ita debet intelligi glos. in d. l. testatrix. §.
8 fi. ff. si ser. ven. *Et ex hoc sequitur, si vniuersitas alicuius villæ emit saltẽ rem cõmunem, vt ius pascẽdi haberet: & aliquis de dicta villa prædia sua propria vẽdiderit, si aliud dictũ nõ est, venit in dicta venditione ius compascẽdi, quod habebat dictus vẽditor: vt est casus in d. l. testatrix. §. j. Et p̃pter hoc aliàs iudicaui in quęs.
9 mihi sic cõmissa. *Quidã habebat in flumine Athesi vnũ molendinum magni pretij: & quia in illo flumine propè erat alius locus pro molẽdino faciendo, vt aliquis non haberet causam cõstruendi ibi aliud molẽdinum: & dãnificandi suum, emit illũ locũ seu postam molendini solùm, vt remaneret vacua, ne dãnificaretur solũ molẽdinũ, vẽdidit molendinũ, similiter iudicaui, ꝙ in illa vẽditione veniret, etiã illa posta molendini, p d. l. testatrix. §. j. ff. si ser. vẽ. &

faciūt ea quæ dicta sunt. qđ est not.
Prædicta tamē intellige, nisi quāti-
tas prædij suaderet contrariū, puta
quia pretium conueniret solū molē
dino ac postæ molēdini: quia vtrun
q; multò plus valeret. arg. l. j. cū ibi
not. ff. ad Treb. & arg. glo. notabilis
in l. j. §. j. in versi. agendo. in fi. ff. de
superfi. & glo. in l. semper in stipula
tionib⁹. ibi, iter, actus, intellige etiā
actum ratione rei. de reg. iur. & glo.
in l. semper in obscuris. eo. titu. facit
c. j. §. donare. in titu. qualiter olim
feu. po. alie. & quod not. Ludo. in l.
diuor. §. ob donationes. in ij. col. ff.
soluto matri. & idē dico de iure pas
cendi, vt nō veniat in venditione fa
cta de fundo, quando pretiū conue
niret solùm rei venditæ, & non iuri
etiā pascēdi, per prædicta. Aut dicta
pascua non erant deputata ad vsum
fundi venditi, nec eo nomine nun-
cupabātur cum fundo vēdito: & tūc
aut pascua siue ius pascēdi, nō debē
tur nisi illi, qui habet certū numerū
cāporū xxv. sicut est quibusdā locis
statutū: & tūc si qs vēdiderit simpli-
citer fundū suū pro maiori numero
camporū xxv. etiā nō videtur vēde-
re pascua, seu ius pasculandi: quia il-
lud ius nō debetur extraneo ex for-
ma statuti, nisi habeat vigore emptio
nis: quia in ea nō est nominatus. l.
in vendēdo. in prin. ff. de contrahē.
emptio. nec vigore statuti, qa illud
non loquitur nisi in habentibus cō
modum bursale singulis mēsibus, pu
ta quando bestiæ hominum illius
villæ pascuntur gratis & sine aliquo
pretio, qđ detur cōmunitati. nā tūc
licet nomē sit vniuersorū, tamē effe
ctus est singularis: vt l. sicut. §. j. ff. qđ
cuiusq; vni. no. & d. l. in tātùm. §. vni
uersitatis. Et idē dico, quādo omnis
vtilitas perueniret ad vniuersitatē,
& ea postea diuideretur iure singu-
lari, eadem ratione. Sed Archid. &
Rof. xiiij. quæst. ij. c. j. dicit, quòd li-
cet in causa vniuersitatis cōstitutio-
nes de vniuersitate admittantur: tā
nō omnino eis plena fides adhibe-
tur: & sic nō faciūt plenā probatio-
nem. inducūt Anto. de But. in c. cum
nūtius. extrà, de testi. q dicit hoc di
ctum Archi. procedere quo ad vni-
uersitatē, nō quo ad ecclesiā: quia res
vniuersitatis plus spectāt ad singu-
los, quàm res ecclesiæ ad singulos.
Et sic vult Anton. de Butr. facere
differētiā inter vniuersitatē, singula
rem & ecclesiā. quę differētia nō pla
cet Ioan. de Imo. in d. c. cū nūcius. ex
quo cōmodū ita applicatur vniuersi
tati in vno casu, sicut in alio. nec ma
gis spectat ad singulos in vno casu,
10 quàm in alio. *Vnde ipse dicit,
vbi plures quàm duo testes possunt
haberi, duo de vniuersitate nō suffi-
cerēt: & hoc modo intelligat dictū
Archidia. Sed vbi nō possent haberi
nisi duo, fortè propter facti anti-
tatem, tūc in subsidiū staretur d.
duorū testiū, ex quo commodū
nit applicandū vniuersitati. facit
simili quod notat Bart. l. de mino.
§. tormenta. ff. de quæstio. Ego au
in hoc articulo quātùm ad materi
iuris pascēdi, puto aliter esse dicēdū
ita distinguēdo: Si quæritur, an ho-
mines de vniuersitate possint
testes. Aut est q̄stio inter homines
de vniuersitate, illi distictè possunt
in testimoniū adhiberi, & deponere
p vno de vniuersitate & p alio: quia
tūc cessaret causæ suspicio, cum pre
sumatur in dubio testis diligere vtrū
que.

ſicut aliũ, ex quo cenſetur inter eos eſſe par affectio.ar.l.nõ ſolũ.§.de vno.& quod no.Bar.ff.de ritu nup. & ita tenet Car.Za.in c. cũ nũtius.ĩ fi. extrà de teſti. & pro hoc facit quod no.Bar.in l.extraneo. §.de quęſtione.ff.de quęſt.& l. q teſtamẽto.ad fi. ff.de teſta. pro hoc eſt tex.cum glo. magna.in ſi.iij.q.v.c.cõſanguinei.& glo.& Doct. in c.poſtremo.de ap.& qđ no. Bal.in l.cũ alienã.C. de lega. Aut eſt quæſtio inter homines aliquos de vniuerſitate & extraneũ,& tũc alij de vniuerſitate poſſunt eſſe teſtes,niſi ſentirẽt aliquod cõmodũ vel ſentire poſſent:qa ſimilẽ cauſam haberẽt,vt c.perſonas. cũ ibi no.extrà,de teſti. Aut nõ eſt quæſtio inter homines de vniuerſitate, ſed inter vniuerſitatem & extraneũ:& tũc aut tractatur de iure paſcendi cõpetẽti tãtũ vniuerſitati, ita ꝙ vtilitatis effectus in totũ vel in partẽ venit etiam in ſingulos de vniuerſitate,vel principaliter: qa ſinguli depaſcũt animalia ſua, & tunc nõ poſſent teſtificari illi,q ſunt de ipſa vniuerſitate: qa dicerẽtur eſſe teſtes in facto proprio. l.omnib⁹.ff.de teſt.& l.nullus.ff.eo. tit.Idẽ quãdo vtilitatis effectus principaliter cõpeteret vniuerſitati.& in conſequentiã ſingulis de vniuerſitate, puta qa vniuerſitas locat paſcua & recipit pretiũ, qđ diuidit poſteà inter ſingulos, & idẽ eadẽ ratione, vt dixi.facit gl. ſingularis.l. de iure. ff.ad muni.& not.l. ex quacũq;.ff. ſi quis in ius vo.nõ ie. quod eſt intelligendũ,qñ ſunt ſinguli capaces illius vtilitatis:aliàs ſecus, ſicut cõtingit in cauſa monaſterij.qa licet quãdoque de bonis monaſterij fiant portiones inter ſingulos monachos, vt c. inũnuãte.extrà, q clerici.& c.dilecto.de præbẽ.tñ nõ ſinguli monachi habẽt ius petẽdi illas portiones,vt ibi no. facit qđ habetur in c.ij. de ſta. mon. & c.edoceri.de reſcri.

11 *Et propterea ſinguli monachi in cauſa ſuę vniuerſitatis poterũt teſtificari.& hoc videtur Cardi. Zab.in d.c.cũ nũtius.qui facit differẽtiã inter cauſam vniuerſitatis ſecularis,& eccleſiaſticæ. Aut tractatꝰ de iure paſcẽdi, quod cõpetit vniuerſitati tãtùm:qa nullo modo cõmunicatur cũ ſingulis de vniuerſitate, nec inter eos diuiditur: & tũc quæritur, nũquid homines de illa vniuerſitate poſſint in teſtes admitti & examinari:& dic ꝙ ſic,p l.in tãtùm. §.vniuerſitatis.ff. de rerũ di. & l. ſed ſi hac. §. q manumittitur.ff. de in ius vo. Aut quæritur, nũqd dictum eorũ faciat plenã fidẽ,& ſic an ſint dicti teſtes omni exceptiõe maiores, & in hoc ego tenerẽ opi. Archi. videlicet ꝙ nõ facerent plenam fidem,ſed præſumptionem inducãt: quia negari non poteſt eos habere aliquam affectionẽ ad ſuã vniuerſitatem,quia communiter habere conſueuerũt,ideo hoc præſumere debemus.ar.l.certi cõdictio. §. ſi nũmos. ff.ſi cer.pet. & per id, quod habetur p gl. & Doct.in l.j.C.de arb. & ideo non ſunt omni exceptione maiores,ex quo exceptio iſta præſumpta põt eis opponi,vt eſt gl. no.in c.j.in ver.maiores.extrà,de cõſang.& affi. & Inſti.de inut.ſtipu. §.itẽ verborũ. Nec facio differentiã abſolutè inter vniuerſitatẽ eccleſiaſticã & ſecularem, ſicut facere videtur Anton. de Butr. in d.c.nuntius. de teſtib. Puto tamen,quòd maiorem præſumptionem faciant,qui ſunt de vniuerſita-

te ecclesiastica, quàm illi qui sunt de
seculari. tũ qa minus iuris habẽt pso
næ ecclesiasticæ: qa ius quod habent
in vniuersitate ecclesiastica, nõ trãs-
mittũt ad hæredes, sicut faciũt laici,
iuxta no. in c. p̨sęnti. de offi. or. in
vj. cũ si. tũ quia personæ religiosæ,
seu ecclesiasticę magis in dubio sunt
dignæ, quàm seculares. arg. glo. no.
lxx. di. monachus. in ver. examinari.
Credo tñ si essent plures, fidẽ plenã
facerẽt: qa hoc quod deficit in fide,
a supplet numerus[a]: vt est glo. notabi
lis in l. iij. §. eiusdẽ quoq; principis.
in ver. numer⁹. ff. de testi. & pro hoc
glo. j. in c. cũ à nobis. & ibi Doct. ex-
trà, de testib. & tex. cũ glo. in c. cùm
causam quæ. extrà, de proba. facit qđ
not. Barto. in l. j. §. idem Cornelio.
ff. de quæstio. & Bald. in l. si quis ex
argẽtarijs. §. ij. ff. de eden. In hoc ta-
men concludo relinquẽdum esse ar
bitrio iudicantis, an illis testibus sit
plena fides adhibẽda, qui habet con
siderare qualitatẽ & conditionem
testium siue personarũ, & quantita-
tem causæ, & si tota vniuersitas ma-
gnam habet in illa causa affectionẽ,
ita vt sit suspicãdum de illis de vni-
uersitate testantibus. arg. l. iij. §. j. &
§. eiusdẽ quoq; principis. cũ ibi no.
12 ff. de testibus. * Sed pone iuxta
prędicta, ꝙ testis examinatus in cau
sa vniuersitatis, puta pascui, si sentit
cõmodũ, dixit, ꝙ nõ: an intelligatur
falsum dixisse, vt repellatur à testifi-
cando: vel quãdo colligitur ex præ-
cedẽtib⁹, si repellebatur, dixit falsum,
aliàs secus. idẽ dixit Bar. in l. ex qua-
cau.maio.Sed respondetur,[...]
procedit ibi contra domini[...]
tẽ:sed in casu nostro secũdũ[...]
voluntatẽ eius determinat.[...]
cta.l.si quis vi.§.differentia.[...]
no.ff.de acq.pos. secundũ Ang.
j.cũ seq.ff.pro derelicto. Vel[...]
aliter respõdere secũdũ Iac.de[...]
ꝙ d.l.nec vtilẽ.in fin.loquitur[...]
gitur de dando certæ personæ[...]
deo nisi ei quæratur, cessat[...]
nalis actus:& ideo remanet[...]
ibi.Sed in casu nostro loquitur[...]
volebat relinquere rẽ in pri[...]
turã:vel dare personæ incertæ[...]
l.si id quod.§.j.ibi,quãuis ince[...]
sonæ voluerit, &c. ff. pro der[...]
Et circa materiã d.l.nec vtilẽ[...]
vide Bart.in l.planè.in prin.ff[...]
ga.j.&.Alb.de Ro.in l.si fugi[...]
rebus dub.& Io.de Ana.in c.[...]
4 dæis. *Secundò principaliter[...]
dũ est, ꝗ vsucapio pro dereli[...]
procedit, quando quis rem ali[...]
habuit pro derelicto, & vous e[...]
cupauit,vel appræhẽdit:vt l.[...]
ff.pro derelicto. & sufficit qua[...]
ad hoc,scire rem habitã pro dere[...]
cto, licet ignoret à quo, vt est ca[...]
ibi secũdùm Ang. & bene: imò p[...]
etiam si verè non fuerit res ita[...]
pro derelicto:si tamen iustisſim[...]
rore ductus fuit ad hoc creden[...]
p[...]

posset vsucapere, sicut dictum est in alijs tit. in l. Celsus. ff. de vsucap. secundū glo. no. in l. nemo. ff. pro derelicto. Nec ob. d. l. nemo. quæ dicit, nemo pōt pro derelicto vsucapere, qui falsò existimauerit rem habitā esse pro derelicto: quia intelligitur, nisi iustissimus error interuenerit ex parte occupantis, secundū glo. ibi, vt s. dixi.

5 *Sed qd si putabā me ex alia causa acquirere, & pro derelicto rē habitam occupaui, nūquid eam possim vsucapere? glo. dicit ꝙ nō, in l. ij. in princ. ff. pro derelicto. arg. l. ij. §. si sub conditione. ff. pro emp. & l. si id quod. præallegata. Sed certè text. in d. §. si sub cōditione. facit in opposi tū. nam dicit, ꝙ sufficit ad acquirendū habere titulū: nec est curādū vtrū sciat se habere, necne: & curatur potius de veritate quàm de opi. & ideo Iac. de Are. in d. l. ij. dixit, ꝙ glo. allegat illū §. si sub cōditione. secundū intellectū Io. qui quidem intellect⁹, ibi reprobatur. & ideo Iac. de Are. in d. l. ij. reprobat glo. ibi, & dicit, ꝙ credit, ꝙ ille qui erraret in hoc, posset nihilo minus effici dñs. Nec ob. d. l. si id quod. quia tunc oportet scire rē haberi pro derelicto: cū nō subsit alia iusta causa possidendi. Itē & iustissimus error tantū præstat, quantùm scientia: vt no. glo. in d. l. nemo. vt s. dixi.

6 *Tertiò principaliter videamus, quomodò res habita pro derelicto possit vsucapi ti. pro derelicto, & in quo consistat iste tit. Et dic, ꝙ ille, qui habet rem pro derelicto, videtur velle donare personæ incertæ, postea capiēti seu occupāti eam: 7 & hoc genus derelinquendi dona, scilicet donatio quædā est: vt l. quod seruus. ff. de stipulatione seruorū, & ibi Bar. & alij. & ita tenet etiā Ange. in d. l. si id quod. §. j. ff. pro derelicto.

Sed contra hoc opp. imò non pōt esse donatio, ex quo saltē hodie pactum nudum requiritur in donatione, & vtriusq; consensus. vt l. si quis argentū. §. j. de donat. Sol. secūdū Bar. in d. l. quod seruus. in fi. donatio, quę fit in personā certam, requirit vtriusq; consensum & præsentiam, iuxta l. absenti. cū ibi not. ff. de dona. secus in donatione, quæ fit in personā incertam: vt d. l. quod seruus. & l. qua ratione. §. final. & ibi not. ff. de acq. rerum domi. Et ex hoc quod habere rem pro derelicto, sit quædam donatio, sequuntur plura, quæ sunt in hac materia diligenter attendenda.

Primum est, quòd ista donatio dicitur titulus habilis ad vsucapiendum, quando res aliena habetur pro derelicto, vt dixi. & ita debet intelligi titulus. ff. pro derelicto. Secundū est, quòd habere rem pro derelicto, est species alienationis in incertam personam. institu. de rerum diuis. §. penul. & fin. Tertium est, modus tradendi possessionem alteri. argum. l. filiusfam. §. fundum. ff. de contrahē. emp. secuta tamen posteà appræhensione seu occupatione. & probatur in l. j. & ij. ff. pro derelicto. nam eoipso quòd res est habita pro derelicto, occupatio est facta licita, quæ prius erat illicita. & ita etiam vult Ange. ibi, & bene. Et hæc sunt not. ad euitandas multas fraudes, quæ fiunt quotidie, secundùm Bartol. in d. l. quod seruus. ff. de stipulat. seruorum. qui dicit,* Quòd stāte statuto, quod de quolibet contractu soluatur gabella: ego nolens soluere, cogitaui fraudem. nam volens dona-

re tibi, habui rem pro derelicto, vt tu eā occupares: certè hęc est quędā donatio: & ideo debet solui gabella, tāquàm de contractu donationis. & allegat gl. quæ hoc tāgit, in l. j. circa prin. ff. si ex noxali causa agatur. &
8 ibi ponit etiā Bar. & alij Doc. *Sed nūquid talis donatio debeat insinuari? Lud. de Ro. in l. Modestinus. in fi. ff. de do. tenet ꝙ sic. Sed Bald. in l. si inter. C. de solu. videtur tenere contrariū, dicens, ꝙ quādo quis habet titulū, non requiritur insinuatio: sicut nec quādo habetur pro derelicto, & efficitur occupātis. d. l. quod seruus. de quo vide per Guil. de Cu. in l. j. ff. de rerum diuisi. & per Ang. in l. si id quod. §. id quod. ff. pro derelicto.

Ego verò dico: Aut quis vult habere rē verè pro derelicto, nō habēs animū donādi alicui certæ personę: & sic nō in fraudē: & tunc locum habet, quod dixit Bal. vt insinuatio nō requiratur. Aut habuit animū principaliter donandi certæ personæ: & in fraudē legis habuit rem pro derelicto: puta ne soluatur gabella de dicta donatione: & tūc debet insinuari, sicut si verè donasset, per totū titulū suprà, plus valere, quod agitur. Item etiā hæc sunt vtilia: quia vbi quis esset prohibitus alienare, non pōt habere rem pro derelicto. vt not. Iaco. But. in l. j. §. j. ff. si ex noxa. cā agatur, & Bar. in d. l. quod seruus. ff. de stip.
9 seruorū. *Quartò principaliter intelligamus pro declaratiōe huius titu. pro derelicto, quando quis dicatur habere rem pro derelicto. Et respōdeo, pro derelicto habetur, quādo dominus ea mente abiecit, vt id rerum suarum esse nolit: ideoq; statim dominus eius rei esse desinit, vt dicit tex. insti. de rerum diui.

10 *Sed quid si aliquis leu[...] causa dubitans de naufrag[...] cit ex naui aliquas res in ma[...] quid videatur habere eas pr[...] ctis? dic ꝙ non in dubio. l. ij. § ibi bona glo. ff. ad l. Rhodiam [...] ctu. & l. qui leuandæ. eo. titu. & [...] ratione. §. fi. ff. de acq. re. do. & [...] de rer. diui. §. fina. & l. falsus. [...] ctum. ff. de fur. & no. per gl. [...] in dictis iuribus. Ex qualita[...] actus potest perpendi de an[...] ijcientis, si habuit pro dereli[...] animū recuperandi habuit, [...] proiecerit in mari librum a[...] præsumitur ipsum habere pro [...] licto, vt dixit glossa in dicto [...] & in lege ij. §. final. & dicto [...] ctum. & Barto. ibi, qui dicit [...] proiecit librum inuolutum in [...] nis cereis, non præsumitur [...] se animum habendi pro de[...] quod dicit esse menti ten[...] nec huiusmodi res possunt [...] derelicto vsucapi. l. si quis [...] ff. pro derelicto. & occupa[...] bona, quæ ex naufragio pe[...] tenetur domino restituere [...] gia, j. de furtis. & ibi Doct. & [...] tur in l. si quis nec causam. § [...]
11 si cert. pe. *Item qui patitu[...] dum decretum, dicitur hab[...] pro derelicto. glo. est sin. in l. [...] uis. ff. de dam. infec. secund[...] in l. secunda. ff. si ex noxa. ca[...]
12 tur. *Quid autem si imp[...] minis rupit ratem, & proiecit [...] mina in fundū tuum: quomod[...] teris scire, an dominus lignor[...] buit ea pro derelicto: Fede. de [...] consil. suo cij. quod incipit, d[...] Francisce infrascripta materi[...]

format istã quæst. & dicit ꝙ lex, quæ loquitur de materia derelicti, videtur dicere, quãdo qs abiecit rẽ suã. sed in casu nostro non abiecit, sed ruina eã perdidit, vt in d. §. fi. Insti. de re. di. vnde in casu nostro nõ videntur lignamina pro derelictis, nec procedit vsucapio: vt d. l. si quis merces. ff. pro derelicto. maximè secundùm Cano. secũdùm quos, semper requiritur bona fides. c. fi. de prescr.

13 *Quid ergo faciet iste, in cuius agrum flumẽ lignamina, & vegetes ꝓiecit, cũ agris noceãt, vt ea possit lucrifacere, cũ nõ cognoscãtur domini dictarũ rerũ? Et videtur posse dici secũdũ Fed. in d. cõs. ꝙ fiat ꝓclamatio in locis vicinis, vt domin⁹ ea tollat infra certũ tẽpus, aut ex nũc ꝓ derelictis haberi videãtur, maximè si res illæ sunt leues. Ex causa nãque cõpelli quis potest agere. l. j. §. vt nemo inuitus. hîc enim causa subest, quia nocerẽt ista lingnamina vel rudera agris vicinorũ. Subdit tamẽ, ꝙ securior via esset, ꝙ post aliquod tẽpus post dictã proclamationẽ venderẽtur res, & pretium errogaretur pauperibus. arg. c. cùm tu. de vsuris. cũ si. Et hoc vltimũ etiã vult Bart. in l. falsus. §. qui alienũ. ff. de furtis. qui dicit, ꝙ quãdo quis occupat rẽ, quã putat pro derelicto habitã, potest eã licitè retinere, vt in toto titu. pro derelicto. & si hoc nõ putauit, debet dare pauperibus pro anima eius, cuius fuerũt. argu. aut. omnes peregrini. §. cõmunia de successionib. quod tenementi: quia est quotidianũ in locis, vbi sunt flumina rapida, sicut est Padus & Athesis.

14 * Item quãdo quis denegat alimẽta seruo infirmo, statim efficitur liber. l. j. §. sed sancim⁹. j. de lati. liber. tollen. & habetur in l. fi. ff. pro derelicto. per tex. & glo. in Insti. de liber. §. fi. in glo. ordi. & gl. in authẽ. de nuptijs. §. & multo potius. & ibi Iac. de Bob. & Ange. in d. l. fi. & habetur per glo. ordi. lxxxvij. dist. si expositus.

15 *Sed quid si denegat alimenta futura seu præsentia seruo sano, an per hoc videatur ipm habere pro derelicto? glo. in d. l. fin. ff. pro derelicto. tenet ꝙ nõ. Sed gl. tenet cõtrariũ in l. fi. j. de infan. exp. & in d. §. sed sancimus. & Ange. in d. l. fi. qui ita dicit, sumẽdo illã legem: Denegans alimẽta præstare, videtur rem pro derelicto habere: & ideo cõceditur occupãti, & etiam ipsa res potest seipsam pro libera gerere: & ideo si ipse vult liber esse, potest seipsum in libertate occupare: vt d. l. quod seruus. de stipu. seruo. aliàs erit alterius ipsum occupãtis. Sed Iac. de Are. dicit, ꝙ quis potest esse seruus sine domino. declaro, si dominus denegat sibi alimẽta: quia videt incõtinenti ipsum habere pro derelicto: & sic perdit dominiũ serui. l. j. ff. pro derelicto. nec acquiritur alteri ante occupationẽ, nec efficitur liber, nisi velit se occupare gerẽdo se pro libero, & ideo statim ꝙ domin⁹ habet eũ pro derelicto, & vult esse liber, fit liber titu. pro derelicto. & sic intellige in authẽ. de nuptijs. §. & multò potius. Et ratio potest assignari, quia id quod pro derelicto habetur, in suã originẽ & primã causam redit: sed ab initio oẽs homines liberi nascebãtur: vt Instit. de libertinis. in prin. ergo, &c. Sed si quis denegat alimẽta iam præstita seruo, restituere alteri: nõ videtur habere pro derelicto, nec ei libertatẽ impar

tiri:vt d.l.fi.ff.pro derelicto.& ita te
net in hoc ibi Ange.& de ista mate-
ria vide per glo.fi. & Doct.in c.j.de
infan.& lang.expon. & per Gofr.in
summa eod.titu. & per text. & glo.
lxxxvij. dist. si expositus. & vide qđ
not.Bal.in l.si qua illustris.in versic.
quæro quis succedat.infrà,ad Oific.
16 *Itẽ adde,ꝙ id quod fortunę com
mittitur, & nõ defenditur, nõ dici-
tur derelinqui.tex.est, & ibi Bald.in
17 l.seruus.ff.de statu homi. *Quin-
tò principaliter est etiã sciendum,
quis posit habere rem pro dereli-
cto.Et respõdeo regulariter,ille,qui
alienare potest:sed qui nõ potest a-
lienare, non potest habere rem pro
derelicto:vt not.Barto.in l.quod ser
uus.ff.de stip.seruorũ.& no.Doct.in
l.j.ff.si ex noxa.causa agatur. & dixi
s.in vij.q.prin.in fi. Item bannitus
nõ potest habere rem pro derelicto.
solet allegari glo.no.in l.iij.C. de a-
18 grico.& censi.li.xj. *Sextò & vlti-
mò nõ est prætermittendũ,aliud es-
se agrũ deserere,& aliud derelinque
re. qui enim derelinquit, ipsum ex
pœnitẽtia nõ reuocat.l.j.ff.pro dere
licto. sed qui deserit infra bienniũ,
ei detur, si nõ fuit vocatus per posi
dẽtem,vt in l. qui agros.C. de omni
agro deser.lib.xj.aliàs datur sibi so-
lùm tẽpus semestre,vt l.locorũ.eod.
titu.ita dixit Bar.in d.l. qui[...]
ita vult Lud.de Ro.in quod[...]
gulari, quod incipit, quæro
differẽtia inter deserere &c.
cit, ꝙ ille habet rem pro der[...]
qui totale abiecit à se domini.
possesionem rei suæ, quam si
occupat,nõ habet locũ pœnitẽ[...]
l.j.ff.pro derelicto.& l.quod ser[...]
de stipu. seruorũ. & cognoscitur
quis habeat rẽ pro derelicto er[...]
litate proijciẽdi, puta quis pro[...]
librũ apertũ,vt dixi s. in iiij.q[...]
Sed si ego proijcerẽ,quia me i[...]
quebantur inimici, vt possem[...]
currere,secus. Deserere aũt pro[...]
dicitur,qui à se abijcit diligent[...]
turæ rei propriæ,vt puta si hab[...]
neã, & nõ facio ipsam zapare, [...]
deserere, & ex ista desertione[...]
tat,ꝙ respublica illũ fundũ vel [...]
tributarium,pro quo debetur [...]
tum,potest transferre in domin[...]
terius,qui dicat se velle colere [...]
19 fundum *Sed nũquid postea [...]
mus dominus desertor posit [...]
pœnitentia, & recuperare fun[...]
colere?dicas quòd sic,infra b[...]
vel semestre tempus, secun[...]
uersitatem causarum.tex. sin[...]
lares, quos valde no. Bar. in d.l.[...]
agros. & in l. locorum. C. de omni
agro deser.lib.xj.

FINIS TRACTATVS DE
VSVCAPIO
NE.

BARTHOLEMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS I. V. DOCTORIS,

*

TRACTATVS DE CONTRACTIBVS EMPTIONUM & Locationum cum pacto de retrouendendo simulatis,

*

AD R. D. D. HERMOLAVM Barbarum, sacri Pontificij ciuilisq; iuris Doctor.

OPTIMAM bonorum possessionem maiores nostri Veronenses in fundis liuellarijs esse existimantes, facultates suas in eis semper collocare cõsueuerunt. Hi enim certissimos reditus dominis omni tẽpore nullo cũ labore, nulla cũ impẽsa recõditos reddũt. Quod quidẽ essi oĩbus, in primis tñ illis, quibus nulla est agrorũ cura, conuenit atq; cõducit. Sed cùm oẽs tam intellexerint onus grauissimũ emphyteoticum esse, tum propter bella, quę diu nobis fuere, tum propter grandines & alias tẽpestates, quæ pluribus annis Veronenses conterruerunt, pauci nunc admodùm reperiuntur, qui se iuri emphyteotico subijcere velint, cum sæpenumero plus dominis reddant quàm præceperint. Ex quo impræsentiarũ nulli ferè noui contractus emphyteotici celebrãtur. Inoleuit autẽ in hac vrbe nostra alius similis cõtrahendi modus, vendẽdi scilicet fundum, ipsumq; posteà siue incõtinenti ab eodem in perpetuũ conducendi, cum pacto de retrouendendo, & ab his vt plurimũ, qui neque vendere, neque conducere cupiunt, sed cogente necessitate hoc
a colore pecuniã mutuam[a] quærunt. Vnde cũ his cõtrahentes sæpissime Euangeliorũ prædicatores publicẽ detestantur, ac etiã nonnulli, qui bonæ cõscientię apud omnes existimãtur, aliquem obligare sibi hoc pacto perhorrescũt. Plurimi autẽ hos contractus inire non dubitant. Qua ex re illud euenit, vt quandoq; vbi abstinendum non est, abstineãt, & vbi non est cauendum, inaniter caueãt.

Et licet apud viros religiosissimos de hoc publicè prædicari cōsueuerit, nōnunquàm tamē minus rectè, nōnunquàm minus perfectè id fieri solet, & si quandoq; à viro doctissimo rectè ac perfectissimè hoc munus absolutū fuerit, nō tamen ab omnibus, & præsertim viris indoctis intelligūtur, & si ab illis intelligunt, id ex eorū memoria facilimè delet obliuio. Quamobrē hūc libellū de his cōtractibus cōposui, singulos in eo casus, qui euenire cōsueuerunt, distinguēdo, & cōiecturas plurimas
b ex quibus cōtractus fictitius[b], simulatus, & vsurarius præsumatur & intelligatur, vndique tactis diligētius colligendo, vt omnes percipere possint à quibus abstinendū sit, & quos absque salutis interitu valeant celebrare: quem libellū antequàm edere voluerim, tibi inscribendū, & ad te mittendū esse putaui, vt sapiētia & autoritate tua hac in re mihi iudex existas. Es enim ciuitatis nostræ sanctissimus præsul & antistes, & in omni iure doctissimus. Nec vnquā alteri edendū esse censui, nisi prius per te visus & correctus aut comprobatus extiterit.

a Pecuniā mutuā. *Vtrū dare mutuū petēti sit de præcepto. Respō. secūdùm Sco. in iiij. dist. xv. q. habēs pecuniā sibi pro aliquo tēpore inutilē, mortaliter peccat, si eā nō mutuat indigēti, & petēti, qa facit cōtra præceptū naturæ et Christi, & sic prohibetur usura. & primò Moyses in* Deutero. c. xxiiij. *Nō fœneraberis fratri tuo ad usurā pecuniā, nec fruges nec aliā quālibet rē, sed alieno fratri tuo absq; usura id quod indiget, cōmodabis, ut benedicat tibi dominus Deus tuus in opere tuo.*

b Cōtractus fictitius. *Et cō[...] mularis præsumit, si uēditio[...] cōtractū uēditionis reperit[...] uide Corneū ij. uol. cōsi. cxx[...] Et ad probandū simulationē [...] quid requiratur, & an species [...] tionis debeant exprimi, & qu[...] species simulationis, uide Alex. [...] consi. cxij. in j. & ij. col.*

SVMMARIVM.

1 *Pacto de retrouendendo pign[...] tractum præsumitur.*
2 *Pactum de retrouendendo in co[...] ctu appositum de iure ciuili repro[...] tum non est.*
3 *Locatio & uenditio iusto pretio [...] de iure ciuili & canonico, repr[...] non est.*
4 *Ius naturale est, quod in lege & E[...] gelio cōtinetur, quo quisq; iubetur [...] facere, quod sibi fieri uult.*
5 *Fraus & dolus cuiquam patro[...] non debent.*
6 *In incertis, non certis, locus est [...] cturis.*
7 *Contractus an sit pignoratitius, [...] latus, siue usurarius, an uero [...] magna differentia est.*
8 *Cōtrahētib. se in pretio decipe[...]*
9 *Expressè uel tacitè, quomodo [...] de retrouēdēdo aliquid actū d[...]*
10 *Actus præsumptiuus potius qu[...] citus per coniecturas inducitur.*
11 *Pacto de retrouendendo, quomodo [...] quid præsumptiuè actum dicatur.*
12 *Pacto de retrouendendo quando [...] quid dicatur factum incontinenti, [...] ex interuallo.*
13 *Iure diuino, seu consciētiæ foro nullu[...] decipi debet seu lædi.*
14 *Contractus simulatio testibus & [...] strumentis probari potest.*
15 *Pactum de retrouendendo simulat[...]*

præsumitur, quando contrahentes nõ habuerũt animũ emendi uel uẽdendi.

26 Contractũ factũ cum pacto de retrouendendo ubicunque præcessit cõtractus mutui, semper usurariꝰ psumitur.

27 Præsumptionem cõtra iuris à iure introductam semper probatio in contrarium admittitur, nisi ius statuat, quòd non admittatur.

28 Pactum de retrouẽdendo dolosum præsumitur, quandocunq; in ipsa uenditione læsio interuenerit.

29 Pactum de retrouendendo cũ sola paruitate uel maioritate pretij, maximè iusti pretij dimidiam non cõtingente, non facit præsumere contractũ simulatum uel usurarium, nisi aliæ coniecturæ fuerint.

30 Lex uel canon ubicũq; prouidens super certo disponendo secundùm aliquã rationem in foro iudiciali obtineat rationabiliter, secundùm Theologos etiã in foro conscientiæ obtinere debet.

31 Ecclesia in suis contractibus fraudem aliquam adhibere non debet.

32 Contrahentibus de iure diuino non est licitum se decipere etiam citra dimidiam iusti pretij.

33 Foro ciuili uel canonico cur contrahentibus se decipere licet.

34 Cõtrahens unus si alium non deceperit, quia quilibet sciebat & intelligebat ualorem rei uenditæ. Itẽ nullus eorum erat in contrahẽdi necessitate, & nihilominus res fuit uẽdita uel in solutum data, uel aliter plus uel minus iusto pretio alienata, an in foro conscientiæ licitum sit.

35 Restitutioni an in foro cõscientiæ quis teneatur, quando uendens uel alienans læsus est sagacissima persona.

36 Restitutioni quibus in casibus in foro conscientiæ quispiam teneatur.

37 Emptor secũdũ sanctũ Thomã, si multùm iuuetur ex re quam emit, & ille qui uendidit non damnificatur ultra cõmunem ualorem illius rei, eam utilitatem emptori uendere non debet.

38 Pretium iustum in foro conscientiæ quod dicatur.

39 Lex ubi figit pedes suos, ultrà trãsgredi non licet.

30 Res quòd uendatur uel ualeat quantùm uendi potest, quomodò intelligat.

31 Res ubi quãdoq; diuersis pretijs uendi potest, quæ uia tutior eligenda sit.

32 Pactum de retrouendendo dolosum præsumitur, quando læsio esset in locatione, seu in fictus quantitate.

33 Pensio iusta alicuius rei quænam sit, & quando dicatur.

34 Domus in ciuitate Veronæ communiter in ratione trium pro centenario locantur, & quandoq; uiliori pretio, si ipsæ domus pretiosæ fuerint.

35 Liuelli de affictu, quicquid ualeat aureus, siue eius æstimatio crescat, siue decrescat, semp tãtũ ĩ monetis solui debet.

36 Argumentum ab experientia sumere bonum est.

37 Pacto de retrouendendo quãdo in pretij quantitate læsio contingit præsumptio est, ipsum fore iniquum.

38 Vsura est, quicquid sorti accedit.

39 Contractus usurarius detegitur, si creditor ultra sortem aliquid recipiat.

40 Pactum de retrouendendo uenditione in secũda, si plus exigat seu percipiatur quàm fuerit quod soluit in prima, non in pecunia, sed in alia re, iniquum & dolosum præsumitur.

41 Pacto de retrouendendo, præsumptio est contractum esse licitũ, quãdo contingit læsio in aliqua expensa, quæ ad ipsũ emptorem, eundemq; locatorem spectaret, & tamen ipse uelit, quòd illa

ad primum uenditorem, eundemq; locatorem spectare debeat.

42 Creditor tenetur soluere tabellioni instrumentum crediti conficienti.

43 Cõtractus dolosus esse præsumitur, quãdo res est pro parte uendita, & pro parte donata, & donationis causa nõ subest.

44 Donatio pura & simplex propter liberalitatẽ & munificentiã fieri debet.

45 Benemerita in dubio nõ præsumũtur.

46 Contractus simulatus iuramento non ualidatur.

47 Pactum de retrouendendo quibus uerbis in instrumento appositis iniquum esse præsumatur.

48 Contractus iniquus esse præsumitur ex pactis uel clausulis insolitis in instrumento appositis.

49 Pactum de retrouendendo quòd sit dolosum, maxima præsumptio est, quãdo emptor, idemq; locator uoluit contractum uenditionis non posse dissolui, nisi usq; ad certum tempus.

50 Emptio & uenditio ad certum tempus fieri potest.

51 Pactum de retrouendendo dolosum esse præsumitur, quando in eo dictũ fuerit, quòd emptor teneatur retrouendere uenditori fundum uenditum &c.

52 Pactum de retrouendendo malum esse, præsumptio est. quãdo quis mihi fundum uẽdidit, & ego sibi dictum fundũ in perpetuum locaui & simpliciter in instrumento esset appositũ pactum de retrouendendo usq; ad certũ tempus.

53 Pactũ de retrouendendo usq; ad certũ tempus completum uel in perpetuũ de iure ciuili licitum est.

54 Damnum nemo facere dicitur, nisi cũ id facit, quod ius facere non habet.

55 Præsumitur in dubio quis uelle quod sibi fauorabilius est.

56 Pactum de retrouendendo ad tempus completum in foro con[...] tutius est quàm in perpetuum.

57 Temporũ taxationib. nulla ratio[...] di pōt, nisi q ita legislatori plac[...]

58 Pactum de retrouendendo esse m[...] præsumptio est, quando ab ipso i[...] partes egerũt, q quandocũq; uendi[...] restitueret pecuniam perceptam, em[...] etiam rem suam restituere tenea[...]

59 Meum uel tuum propriè loquendo [...] tur, quod uendicari potest.

60 Pactum de retrouendendo simula[...] uel usurariũ esse præsumitur, qua[...] pacta in contractibus apposita d[...] cant, ut puta quia omnia in cred[...] & nõ debitoris fauorẽ apposita fuis[...]

61 Pactum de retrouendendo simulat[...] esse præsumitur ex parte uẽditoris p[...] pter ipsam rem uenditam.

62 Pactum de retrouendendo malum es[...] præsumitur ex persona ipsius uend[...] ris, scilicet propter pretium.

63 Pactum de retrouendendo fictitium e[...] se præsumitur, ex paruitate preti[...] persona emptoris.

64 Pactum de retrouendendo præ[...] tur esse simulatũ ex parte ipsius [...] ris, propter rem emptã, quã nõ [...] uelle uendere, nec de ea informa[...] suscipere, & alia quæ sequuntur.

65 Pactũ de retrouendendo præsu[...] esse usurariũ ex persona emptoris, [...] cet quòd emere noluerit, quando [...] propria prædia uenderet, & huius[...] di contractus faceret.

66 Pactum de retrouendendo fictitiũ esse præsumitur, quando contractus uendi[...] tionis & locationis cum pacto [...] clam & occultè celebrati sunt.

67 Beneficium ecclesiasticum qui occultè confert, præsumitur contra eum.

68 Pactum de retrouendendo usurarium esse

esse præsumitur, quando in loco, ubi cõtractus celebratus est, consueuerunt similia fœnora exerceri.

69 Vsurarius præsumitur, si quispiam moretur in loco, ubi usura exerceri cõsueuerunt.

70 Pactum de retrouendendo iniquũ esse præsumitur, si celebratum fuerit inter emptorem & uenditorem, qui consueti fuerint similes contractus facere.

71 Consuetus esse quispiã dicitur aliquid facere, quãdo bis uel ter idẽ fecerit.

72 Qualitas facti ex faciẽtis personæ præsumitur.

73 Pactum de retrouendendo usurarium esse præsumitur, quando contrahens usuras exercere solitus fuerit.

74 Vsurarii cùm sint pessimum genus hominum, de facili contra ipsos præsumitur.

75 Malitiis hominum indulgendũ nõ est.

76 Pactum de retrouendendo illicitum esse præsumitur, quando uenditor rei uẽditæ in possessione remansit.

77 Præsumitur nemò suũ iactare uelle.

78 Præsumptio simulationis per precariã possessionem excluditur.

79 Pactum de retrouendendo iniquum esse præsumitur, quando uenditio per modicum tempus durauit.

80 Pactum de retrouendendo fraudulentũ esse præsumitur, quãdo receditur à cõtractu emptionis seu uenditionis per restitutionem instrumẽtorũ incisorum.

81 Donentur, aut legentur, aut uendantur si uni instrumenta emptionũ alicuius rei, ipsa res uendi, donari, uel legari uidetur.

82 Naturale nihil tam est, quàm eo genere unumquodq; dissolui, quo ligatũ est.

83 Contractum simulatum, fictitium, uel usurarium esse, quæ psumat remissiuè.

84 Instrumento uenditionis & conductionis cum pacto de retrouendendo, si hæc clausula apposita esset, uidelicet quòd ipsæ partes renunciant seu renũciauerunt exceptioni simulationis & apparentiæ contractus &c. quid iuris.

85 Contractus in dubio an usurarius censeri debeat.

86 Probatio dilucida & legitima quæ sit, & quæ sint præsumptiones, indicia, & probabiles coniecturæ.

87 Coniecturæ uerè probabiles quæ sint.

88 Proxeneta seu mediator an testis esse possit.

89 Instrumentum qui dicit fuisse & esse simulatum, seu fictum, simulationis seu fictionis causam ostendere debet.

90 Exceptio generalis incerta & obscura non prodest, nisi declaretur.

91 Malo abstinere non sufficit, nisi quod bonum est, fiat.

92 Subueniri quando uni non potest, nisi alter lædatur, satius est neutrum iuuare, quàm alterum grauare.

93 Homines quicquid agant, sola intentio iudicat omnes.

94 Quinque pro centenario an esse debeant, habito respectu ad pecuniã per emptorem solutam, an ad ualorem rei, uel eius fructum.

95 Fundum in emendo licet deceptus fuerim, alii locando uel uendendo eũdem fundum, decipere nõ possum.

96 Locatio simplex quando ad certũ tempus facta fuerit, habetur respectus in fictu ad ualorem rei uenditæ & locatæ, & eius fructuum.

97 Consuetudo quandoq; in delictis excusat.

98 Connexorum & dependentium idem est indicium.

99 Cessio propter modicum pretium simulata præsumitur.

100 Contractum simulatum, pignoratitium,

tium, seu usurariũ, ad præsumendum duo potissimum requiruntur, scilicet pactum de retrouendendo, & pretij paruitas.

101 Contractus an fœneratitius præsumatur, si quispiam receperit mutuo pecuniæ quãtitatem, puta centum, & pro illis fecerit uenditionem Titio de prædio ualoris ducentorum, & per aliud instrumentum, postea Titius promiserit sibi retrouendere, solutis sibi centũ.

102 Ratione quo quis magis utit, eo maioris autoritatis eius uerba uidentur.

103 Instrumento in dubio standum est, nec simulatus præsumitur.

104 Contractus simulatus & in fraudem usurarum celebratus de iure Canonico ex duobus præsumitur.

105 Pactum de retrouendendo precij paruitas, cõsuetudo fœnerandi cõtractum fœneratitium præsumere faciunt.

106 Dictio Maximè, quandoq; abundat.

107 Interpretari in re dubia in meliorem partem semper debemus.

108 Regula, quòd sicut quæ non prosunt singula, multa iuuant, ita econtrà quæ non nocent singula, multa nocent.

109 Contractus simulatus ad hoc ut præsumatur, quomodò pretij paruitas, seu deceptio in pretio præsumatur.

110 Societatis partes in dubio æquales esse debent.

111 Læsio saltem in tertia parte, & non in sexta interuenire debet, ad hoc ut reductio ad boni uiri arbitriũ petatur.

112 Læsio de iure canonico tunc esse dicitur, quãdo modicum etiam pretiũ est.

113 Quãtitas magna & parua causa & personarum respectu esse dicitur.

114 Iudex in pacto de retrouendendo, & in quocunq; alio contractu, quòd sint dolosi, iniqui, & usurarij, qualiter arbitrari debeat.

115 Cõtractu quãdo nõ interuenit fraus, uel simulatio, nec aliqua uel deceptio in pretio uẽditiõis, ... nis, uel pacti de retrouendendo, sed ... aliæ præsumptiones uel cõiecturæ de fraudis, uel simulationis, quid iuris.

116 Conscientia omnipotenti Deo occultari non potest.

117 Contractibus cum pacto de retrouendendo abstineat, qui sine conscientiæ scrupulo uiuere optat.

118 Animæ salutem in his quæ respiciunt ad euitandos graues cõscientiæ remorsus, pars semper securior tenenda ...

119 Ecclesia quandoq; propter scandalum crimen tolerat.

120 Ecclesia quandoq; crimen tolerat propter multitudinem peccantem.

CIVIS quidam Veronensis fundũ emit centum aureis, deinde ipsum venditori locauit iure liuelli viginti quinque libris denariorum Veronensiũ, fecitq; eidẽ vendi... pactũ de retrouendendo. a Ex ... dubitari cõsueuit apud Prædicatores religiosos & catholicos viros ... præsertim in ciuitate Veronę, vbi ... pissime huiuscemodi cõtractus celebrari consueuerunt, an dictus cõtractus venditionis & locationis cũ pacto de retrouendendo sit licitus. In qua quidem materia, multæ, variæ ac diuersæ sentẽtiæ reperiunt. Quidã enim dixerunt dictum contractum esse illicitum, simulatũ & vsurariũ, quia nonnunquam ille qui emit & incontinenti locat cum pacto de retro...

trouendendo non habet, nec habere videtur animũ emẽdi, sed solùm percipiẽdi fructus siue redditus pecuniæ suæ centũ aureorũ, videlicet xxv. libras singulis annis, nec etiã vẽditor habuit animũ vendẽdi, sed potius fundũ suum pignorãdi, ex quo simpliciter & absolutè vendere noluit, sed solummodò cũ pacto & conditione, ꝙ sibi locetur cũ certa pensione & cum pacto de retrouendendo. a *Ex pacto enim de retrouendẽdo præsumitur pignus contractũ, vt dicit Bart. per illũ tex. in l. creditor. §. fi. qui incipit, post diuisionem. ff. qui pot. in pign. hab. & tenet Baldus in l. creditoris. ad finẽ. C. de pigno. Et ideo isti dicunt, ꝙ iste contractus c non modò est illicitus, quia cẽsetur simulatus, sed etiã est vsurarius. Nã quando venditor alienat & remanet in possessione, etiam si constituat se emptoris nomine possidere, est b præsumptio fraudis b, & quòd venditio fuerit simulata, nisi interuenerit traditio corporalis, vt not. Barto. in l. post contractum. in tertia colũna, in princi. ff. de donatio. & in l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus modis pigno. vel hypote. soluitur. de quo videatur, quod dicam in tertio casu principali, xxv. presumptione. sic licet instrumentum sonet de venditione, tamen verè contrahentes voluerunt, quòd esset pignus, vt ibi. & probatur in c. illo vos. extrà de pignori. & in c. ad nostrã. extrà de emptione & venditione, & per ea quæ habẽtur in l. emptione. C. plus valere quod agitur, quàm quod simulat. concipi. Et maximè hæc opinio videtur vera, quia dicit Io. And. post Hostien. in d. c. ad nostram. in nouella, experientia docuit, quòd vsurarij dimissis contractibus mutui, inchoauerunt facere huiusmodi contractus, videlicet contractum conditionalem cum pacto de retrouendendo rem, & posteà ne forma contractus ex vi illius pacti iudicaret illũ vsurarium, cœperunt facere bina instrumenta, primum purum emptionis, secundum promissionis de retrouẽdẽdo. Hodie verò decet debitorem pecunia indigentem confidere de vsurario, sicut sacrista faciendo sibi purum instrumentum venditionis, nec vult in eodẽ instrumento, vel alio facere pactum de retrouendendo, ne propter hoc præsumatur contractus vsurarius c. Sed certè hodie faciũt duo vel tria instrumenta, primum venditionis puræ, secundum locationis liuellariæ: quia emptor locat rem emptam venditori. Tertiũ quandoque scilicet pactum de retrouendendo. Alij dicũt, quòd dictus contractus de retrouendendo est licitus de iure ciuili & canonico, & etiam in foro conscientiæ: 2 & sic de iure diuino, *quia de iure ciuili pactum de retrouendendo appositum in contractu, non est reprobatum, vt est casus in l. secunda. C. de pactis inter emptorem & venditorem, & ibi not. per Doct. & no. Ang. in l. ad officiũ. in fine. C. communi diui. nec de iure canonico, vt probatur in d. c. illo vos. de pignori. & c. ad nostram. de emptio. & venditio. & dicam in xij. præsumptione. Neque etiam de iure diuino pactũ de retrouendendo videtur esse reprobatum. probatur Leuitici xx. c. ibi, dum dicitur, si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suã,

&

& voluerit, propinquus eius potest redimere qđ ille vendiderat. Sin autem non habuerit proximũ, & ipse pretiũ ad redimẽdũ potuerit inuenire, computabuntur fructus ex eo tẽpore, quo vendidit, & quod reliquũ est, reddet emptori, sicque recipiet possessionẽ suã. Et hoc maximè verum est, quando deceptio siue læsio non est in ipsa venditione, nec in locatione, neque in pacto de retrouẽ-
3 dendo. *Nam de iure ciuili & canonico venditio & locatio iusto pretio facta nõ est reprobata, & probatur in toto titulo. ff. & C. de cõtrah. venditione, & locatio. & Institu. eodem, & extrà eodẽ de emptione & venditio. & de locatio. cũ similibus. & pactũ de retrouendo factũ, dũmodò non sit simulatũ, & pretium iustum, non videtur esse reprobatum ab aliquo iure, etiam si sit conuentum. cum vẽditione & locatione eiusdem rei præcedente, vt est casus in l. fundi. ff. de contrahen. emptio. imò videtur esse quædam gratia & liberalitas, qa est liberatio à iure liuelli, cùm tẽdat dictũ pactum ad liberandum venditorem, eundemq; conductorẽ à iure liuelli, qui de sui natura est perpetuus, vt est casus notabilis in c. j. §. j. ibi, ex natura perpetui liuelli. in titu. de alien. feud. & ibi not. per Docto. in vsib. feu. Cùm ergo dictũ pactũ non tendat ad necem venditoris, sed ad eius gratiam & vtilitatẽ, videtur quòd sit permissum etiam in foro cõscientiæ, cùm illud idem vellet sibi fieri emptor, idem ipse locator, si esset vẽditor & cõductor. argum. c. j. prima distin. v-
4 bi text. sic dicit, *Ius naturale est, quod in lege & Euangelio continetur, quo quisque iubetur alij fi[illegible] quod sibi vult fieri, & prohibe[illegible] lij inferre, quod sibi nollet fieri. [illegible] de Christus in Euangelio, Om[illegible] quæcunque vultis vt vobis fac[illegible] homines: & vos eadẽ facite illis. h[illegible] enim est Lex & prophetæ. Et hæc opinio videtur etiã fundari & inueniri ex communi opinione & obseruãtia ciuitatis Veronæ. Nam quotidie celebrantur Veronæ huiuscemodi contractus, & reputantur liciti. Ergo videtur, quòd non possunt dici illiciti & vsurarij, vt probatur in l. qui sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ibi, quia id facit, quod publice facere licere arbitratur. ff. de ædil. edic. & ibi Bar. dicit per illum tex. φ si quis facit aliquẽ actum vel contractum, qui existimetur communiter licitus: cõtrarium tamẽ est in veritate, quia sapit vsurariam prauitatem, ex hoc nõ dicitur vsurarius. & ibi hoc idem [illegible] xi, addendo, quòd hoc est multum no. pro mercatoribus alijs, qui quotidie faciunt multos contractus vsurarios in veritate, & communiter [illegible] netur in illo loco, quòd non sit [illegible] ra, quòd tales nõ sunt vsurarij, [illegible] fortè peccant, nisi essent in ignoran-
d tia supina d, & non curarent, nec vo[illegible] lent informationem habere. argu. nec supina. ff. de iuris & facti ignoran. & argumen. eorũ quæ not. Bar. in l. bonorum. ff. de bono. possess. & in l. penul. ff. de adulte. ad quod videatur, quod dicam in v. casu. principali, versi. nisi dicamus, quòd consuetudo. nec text. in d. c. ad nostram. extrà de emp. & vendi. vbi ponitur pactũ de retrouendendo quãdocunq; contradicere videtur: quia ibi nõ [illegible] detur reprobari contractus, ex eo [illegible]

esset appositum pactum de retrouendendo quãdocũq;: sed quia ipse emptor fuit in dolo, quia venditor ibi volebat recipere pecuniam mutuo, & non vendere, vt patet ibi in prin. dum dicit, Cum B. laicus ab M. mutuo recipere voluisset, & emptor ne videretur vsurarius, & sic ne posset posteà conueniri tanquàm vsurarius, voluit, q̃ dictus B. venderet sibi domos & oliuas: & sic cũ in veritate fieret mutuũ, voluit q̃ instrumentum fieret de venditione: & sic propter dolum [e] emptoris eiusdem Iocatoris reprobatur ibi contractus, & non propter pactũ de retrouendendo: vt probatur in textu ibi, igitur. *Fraus & dolus [f] cuiquam patrocinari non debent &c. De quo tamen est aliter dicendũ, vt dicitur plenè in quinto casu principali. & licet ex pacto de retrouendendo rẽ, ipsa res intelligitur obligata, vt dixi suprà, non tamen propter hoc presumitur cõtractus simulatus, vt statim dicam: nec etiã obstare videtur, quod dixi secundũ Bart. quòd contractus præsumatur simulatus, quãdo venditor remanet in possessiõe: quia illud nõ procedit, quando venditor responderet emptori de fructibus. hoc enim facit cessare presumptionẽ fraudis. argu. l. litibus. C. de agri. & censi, lib. xj. vt dicit Bal. in d. l. post contractum. in princi. iij. colũ. ff. de dona. & in d. l. sicut. §. superuacuũ. ff. quibus mod. pign. vel hypo. sol. Itẽ nõ procedit, quo ad ipsum venditorẽ dicẽtem contractũ fuisse simulatũ: quia non sufficit, vt ex hoc solo possit venire cõtra factũ suũ, vt de seruo pig. dema. l. si creditoribus, sed quo ad tertiũ creditorẽ dicentẽ contractum fuisse simulatũ, vt si contractus præiudicet, bene procederet, secundùm Barto. in d. l. post cõtractũ: in iij. presumptione. in fin. & in d. §. superuacuũ. in fine. & sequitur Bal. in l. emptionẽ. in fine, versi. qualiter probetur. C. plus valere, q̃d agitur. & Franciscus Zabarella in c. illo vos. in secundo notabili, extrà de pignorib⁹. Alij verò aliter dixerũt prout ex infrà dicendis apparebit, quæ breuitatis causa hîc omittuntur.

a De retrouendẽdo. *Et pactũ de retrouendẽdo, an inducat præsumptionẽ usurarũ cõtra nõ solitũ fœnerari, uide Corn. primo uol. cõsi. ccxxiiij. inci. quã quã. & cõs. ccxlj. & cõsi. cccxlvij. inci pi. uisa. Et pactũ de retrouendẽdo infra certũ tẽpus casu quo emptor uelit pro seipso, an & quando procedat ut pmittẽs cõpelli possit. uide cõs. ccxliiij.*

b Fraudis. *Esaias propheta cap. xxxij. fraudulenti uasa pessima sunt.*

c Vsurarius. *Cõtractus quãdo celebratur in fraudẽ usurarũ, uide text. in l. j. cũ gl. C. de his qui ad princi. uaca. li. x. & Bal. in l. illud. in fi. uersi. extra glo. hic positam. C. de sac. sanc. eccle. ubi allegat d. l. j.*

d Supina. *Ignorãtia nõ excusat eum, qui dabat operã rei illicitæ. Bar. no. in l. cũ qui. §. pe. ff. de iniur. Itẽ nec qua non põt allegari. Alexan. in l. fi. de decre. ab ordi. fac.*

e Dolum. *Dolus in alienãte rem causa mutãdi iudicij probatur eo ipso, quod rẽ alienauit sub pacto de re sibi retrò restituẽda, uel qũ accepit pretium uel alienã rẽ pro eadẽ, secũdũ Bar. in l. itẽ si res. §. ideo; fieri. ff. de alie. iudi. mu. causa fac. Et dolus consistit in animi qualitate, non in pretio. l. doli. & ibi Bald. C. de rescin. uendi.*

Dolus.

xf Dolus. *Dolus ex cōiecturis probatur. glo.in c.fi.de renū.in vj. l. quoties. §. qui dolo.de prob.l.dolum.* C. *de dolo.* Pau.*de* Cast.*cōsi.lxxx.&* Bar.*in l.fi,* a C.*de probati.ubi dicit uerū, si sunt cō iecturæ indubitatæ, ita q̧ animū iudicis reddant certū: uide Spec.de expen. §.fi.uersi.tu autem.*

EGO Bartholemæus Cæpolla Veronensis, iuris vtriusq; doctor minimus, & aduocatus consistorialis, sic nunc dicerem distinguēdo sex casus principales, salua tamen meliori deliberatione cuiuslibet alterius, & maximè Theologici, & sanctę matris ecclesiæ: cuius opinioni & decisioni semper adhæreo, & nūc me submitto. Quandoq; contractus dictæ locationis & pacti de retrouendendo fuit celebratus ex interuallo post contractū venditionis, & nihil fuit actū expresè vel tacitè ipsius venditionis tempore, nec ante, inter dictos contrahentes de celebrando dicto cōtractu locationis & pacti de retrouendendo. Quandoq; fuit actum inter contrahentes expresè vel tacitè tempore venditionis, vel ante, de locando dictam rē venditam eidem venditori cum pacto de retrouendendo, vel tēpore dictæ venditionis fuit celebratus contractus locationis & pacti de retrouendendo, & in dicto cōtractu venditionis & locationis & pacti de retrouendendo nō interuenit verè, fictè, vel præsumptiuè fraus, dolus, simulatio, vel aliqua læsio seu deceptio in venditione, locatione, vel pacto de retrouendēdo, nec in aliquo alio. Quandoque in dicto contractu interuenit fraus, vel dolus, vel simulatio verè vel fictè vel pręsumptiuè, & est deceptio siue lęsio in v[...] ne, locatione, & in pacto de [...] dendo. Quandoque in dicto [...] ctu interuenit fraus, a dolus, [...] mulatio ex parte vtriusque co[...] hentis, vel vnius tantū: sed nu[...] teruenit læsio in pretio vēd[...] locationis, & pacti de retrouend[...] do. Quandoq; dubitatur an in d[...] contractu dolus, vel fraus, vel [...] latio interuenerit: & interuenit [...] sio in locatione & pacto de re[...] dendo in aliquo aut aliquibus [...] psis. Quādoq; nō interuenit d[...] fraus, simulatio, nec aliqua læsi[...] pretio venditionis, sed in alijs [...] adsunt alię præsumptiōes doli, [...] dis, vel simulationis.

a Fraus. *Fraus præsumitur ex a[...] celeritate, & ex nimia liberali[...] Bald.in l.eā quā.xv.col.de fidei[...] præsumitur cū cōstet de dāno, & [...] aliter.*Bal.*in l.si tutor.* C.*de [...] ma.inter tu.& pu.Itē præsum[...] nimijs caute.* Bal.*in l.etiā.iv.[...] de execu.rei.iudi.& not.in l.[...] condi.insti.& in l.pe.*C.*de [...] præsumitur ex qualitate perso[...] est solitus fœnerari, secundu[...] in l.cùm allegas.iij.oppo.*C.[...]

PRIMO casu quando contr[...] locationis & pacti de retr[...] dendo fuit celebratus ex inter[...] post contractum venditionis, & [...] hil fuit actū expresè vel taci[...] sius venditionis tempore, nec a[...] inter dictos cōtrahētes de dicto [...] tractu locationis & pacti de retro[...] dendo, & sine dubio hoc casu cō[...] ctꝰ locatiōis & pacti de retrouēd[...] do est licitus: nec pōt dici, q̧ sit si[...] latus vel vsurarius: quia nihil inte[...] uenit, propter quod iudicari po[...] quo[...]

quòd dictus cõtractus locationis, &
pactũ de retrouendẽdo fuerit illici-
tus, simulatus, vel vsurarius, imò lici
tus, & q potius cõtinet merã gratiã
& liberalitatẽ ex parte locatoris pro
pter dictũ pactũ de retrouendendo.
Idẽ est dicendũ multò magis, si ha-
beo fundũ, quẽ emi, vel aliter acqui-
siui à Titio, & posteà ipsum locaui
Sempronio, eiq; feci pactũ de retro-
uendendo. Nã hoc casu nulli dubiũ
est, q licitũ: quia non reperitur hoc
prohibitũ ĩ iure ciuili, aut canonico,
aut theologico. potius dici posset, q
fiat gratia ipsi conductori per ipsum
locatorem per pactũ de vendendo,
maximè cùm nõ possit dici, q fuerit
pignus vel contractus simulatus, ex
quo res locata nõ fuit ipsius condu-
ctoris, sed ipsius locantis tantũ: & iu
stũ pretiũ locationis, & pacti de ven-
dẽdo interuenit. Si aũt fuisset pactũ
de retrouendendo tẽpore venditio
nis expressè vel tacitè, vel præsum-
ptiuè, quod qñ sit, dicetur in sequẽti
casu principali: tũc qd iuris sit: dic vt
ibi dicam, & in tertio casu principa
li in x. præsumptione. Sed si interue-
nisset pretiũ iustum respectu locatio
nis, vel pacti de retrouendendo, vel
vẽditionis tantũ, vel in omnibus præ
dictis, quod quãdo sit, dicetur in ter
tio casu principali in secunda, tertia,
& quarta præsumptione: & tunc si
pretium fuit iustum respectu vnius
contractus tantùm: & sine dubio nõ
erit, nec esse poterit contractus vsu-
rarius. sed si fuisset læsio in tribus
prædictis contractibus vel duobus
ex eis: & idem etiam est dicendum,
ex quo in veritate percipio fructus
vel reditus rei meæ locatæ, nec ali-
quod pignus verò vel præsumptiuè

ĩteruenerit: & hoc si emptor habuit
animum emẽdi, & vẽditor vẽdendi,
qđ sic dic, vt dicã in prima præsum-
9 ptione in principio. *Quia in in-
certis nõ certis locus est coniecturę.
l. cõtinuus. §. cũ ita. ff. de ver. oblig.
aliàs secus. Ad quæ adde quod dicã
in quarto casu principali. Poterit ta-
men dici dictus contractus illicitus:
quia si fuit iniustũ pretiũ in vẽditio
ne & pacto de retrouendendo vltra
vel citra dimidiã iusti pretij: tunc in
eo, quo pl⁹ iusto cõmuni pretio res
erit empta, locata, vel promissa de vẽ
dendo, tenebitur lędens supplere iu
stũ pretiũ, vel restituere illud plus,
quod perceperit de fictu vel vẽditio
ne, seu retrouẽditione; & tenebitur
etiã reddere verè fictũ futurũ & pre
tium venditionis seu retrouenditio
nis ad iustum pretium in foro con-
scientiæ vel rescindere dictum con-
tractum in electione ipsius lædentis
etiam de iure ciuili, quando, vt dixi,
esset deceptio vltra vel citra dimi-
diã iusti pretij, per l. ij. cũ ibi not. C.
de rescin. vẽdi. Et etiã de iure cano.
vt est casus in c. cum dilecti. ibi, quia
verò in arbitrio emptoris est. & in
c. cùm causam. ibi, aut suppleatur. ex-
trà de empt. & vendi. quod quidem
procedit, etiam si esset læsio in sim-
plici locatione tantùm: siue fuerit
locatio ad tempus, siue liuellaria in
perpetuum: quia beneficium d. l. ij.
C. de rescin. vendi. non solùm habet
locum in venditione seu emptione;
sed etiam in locatione & conductio
ne simplici: vt pbatur in l. itẽ si pre
tio. §. quemadmodum. ff. loca. & in
l. j. §. si quis in fraudem. ff. si quid in
frau. pa. & ita tenet glo. fi. in l. si olei.
C. loca. & glo. in l. in venditione. §.

ij.in l.si minori.ff.de bo.autor.iudic. pos.& glo.fina.in l.si ea pactione.C. de vsur.& Spec.in tit.de empt.& vẽdi.§.ergo nunc dicendũ restat.de re scin.vend.versi.sed nũquid prædicta lex.Et ita tenet Cy.in l.legẽ.in prin. C.loca.& in d.c.quemadmodũ. Bal. in c.cũ causam.el ij.ad finẽ.extrà de testi.& Ang.in l.maioribus.C.cõmunia vtriusq; iud.& Ant.de Bu.in c.cũ dilecti.de emp.& vend.& ita tenent Doct.in d.l.ij.C.de rescin.ven. Item habet locũ beneficium d.l.ij.etiam in locatione perpetua liuellaria seu emphyteotica:vt probatur in d.cap. ad nostram.extrà de rebus eccl. non alie. arguendo ibi de feudo ad emphyteosim.Et ita tenet Spec.in titu. de locato.§.nunc aliqua.versicu.nonagesimò.& Bald.in d.l.ij.versic. est 7
dubium,de contractu emptionis. Et b
Ludo.de Ro. in l.si quis cùm aliter. in viij.col.in princ.ff.de verb.oblig. Et Ioan.de Imo.in c.cùm causam.circa finem,extrà de empti.& vendi.& do.Barto.Salycee.idem tenet in quodam suo consil. quod incipit, super pũcto,quo quæritur an ecclesia: qui mouetur in primis per gl. l.excepto. C.loca.in versi.fructus.quæ dicit, ꝙ idem iudicatur de contractu simili locationis, quod de ipsa locatione. & per gl.in fi.in d.l.si olei.quæ vult, quòd beneficium d.l.ij.habeat locũ
a etiam in contractu innominato[a].& idem scilicet quòd habet locum in emphy.seu liuello.d.l.ij.tenet Ant. de But.in d.c.cum dilecti.de emp.& vend.si habeatur respectus ad valorem iuris emphyteotici, & sic attendatur deceptio inspecto valore communi iuris emphyteotici: de quo dicam in tertia præsumptione.& ita intelligantur prædicti doctor... si haberetur respectus,& at... tur deceptio ad verum valo... de quo dicam plenè in secun... sumptione,vers.verum quia c... est.Nam tunc non haberet loc... neficium d.l.ij.C.de rescindẽ.ve... Et isto modo potest saluari.Spe. contrariũ videtur dixisse in ti.de... pti.& vend.§.nũc restat.ver.qui... conc...sione in emphyteosim.vbi d... xit,ꝙ d.l.ij.nõ habet locum in d... contractu emphyteotico, & ... neo,qđ dixi secundũ do.Ant.Sa... nõ esset lęsio citra vel vltra dim... iusti pretij, sed in minori quã... tũc quid iuris sit?dic vt infrà d... proxima distinctione,& plenè... cunda p̄sumptione tertij casus p... cip. *Et est maxima differẽtia,an... tractus sit pignoratitius,simulat... siue vsurarius,an illicitus:quia qu... est vsurarius,pignoratitius,vel si... latus; quicquid percipitur de... reditu,vel fructibus, debet in... id est,in debito principali comp... ri:vt probatur in capi.illo vos.c... de pigno.& in c.ad nostram.de... pti.& venditi. & in tit. extrà... & maximè in c. j.& ij. & c. ... stus.& c.cum contra. extrà de... & in l.j & ij.C.de pign.actio.... & not.glos.in c.ex literis.in ... fortè amplius.extrà de iureiu... tùm quòd extenuatur debitum... tis per solutionem fictus, vel ... tus,vel perceptionem fructuum ... iure:vt est casus in l.j.C.de d... gno.& hoc tenet glo.in dicto ca... literis.& in verbo fortè & amplius... de iureiurã. Sed quando contract... est solummodò illicitus,& non ... rarius vel pignoratitius aut simul...

tus, tūc illud tantū, quod recipitur vltra iustum pretiū, est restituendū, & contractus reducendus vel rescindēdus: vt d.l.ij.cū ibi no.C.de rescind. vend.& not.glo.fina.in verbo, deceptione.circa princ.& in c. cū dilecti. de empti.& vend.& in c.per tuas.in verbo, interest enim.de donatio.extrà. Circa hoc autem sic concludas: Aliquando contractus est simulatus siue vsurarius. Aliquādo est tantum modò illicitus, id est, iure non probatus.nā huiusmodi simulatio est à iure improbata in notatis in toto ti. C.plus valere quod agitur. & in d.c. ad nostram.& in d.c.illo vos.cū similibus.Itē vsura est illicita, seu reprobata vtriusq; Testamenti paginas vt est tex.in c.quia in omnibus. & c.super eo, extrà de vsuris.& etiam de iure ciuili hodie, quia leges non dedignātur sacros canones imitari: vt est tex.in auten.de eccles.titu.& ibi gl. colla.ix.& not.glo.in l.cū allegas.& in auten.ad hoc.C. de vsuris.& in l. j.C.de sum.tri.& ibi per Doc. & hoc casu quādo contractus est simulatus vel vsurarius, pōt rescindi vel annullari cū distinctione, quā posui infrà in quarto casu principali, ad finem. & fructus percepti cōputari debent in sorte: vt suprà dixi. Si verò contractus est tantummodò illicitus, & non simulatus, vel vsurarius, quod est, quando contrahentes habuerunt 8 animum verè & simpliciter contrahendi, sed deceptio siue læsio interuenerunt in pretio: & tunc si læsio est in dimidia iusti pretij vltra vel citrà, contractus poterit rescindi, vel debebit suppleri iustum pretium de iure ciuili & canonico, secundū beneficium d.l.ij.& d.c.cùm dilecti. & c.cū causam. Et multò magis reprobatus est iste cōtractus in foro conscientiæ, in quo non est licitū cōtrahentibus se decipere etiā in pretio, vt dicā plenè in secūda præsumptione: nec fructus vel reditus per emptorem medio tempore percepti in hoc casu in sortem cōputantur, nec sunt restituendi de iure ciuili vel canonico: quia hoc non memini me legisse iure cautū. Imò d.l.ij.videtur probare contrariū: ex quo solū prouidit, ꝙ sit in electione lædētis vel rescindere contractū, vel supplere iustum pretiū, & cū tenuerit ipso iure vēditio, & sic emptor perceperit fructus rei suę, eos restituere non tenetur.& facit ad hoc, quod no.Bal.in c.j.in ti. de feudo dato in vicem leg.commis.in vsib.feud.& quod not. Anto. de Butr. in c. ad nostram. circa medium.ibi, sed veniente tempore. de emptio.& vendi.in foro autem animæ, & sic diuino, bene credo, quòd emptor teneatur restituere fructus siue reditus, vel in sortem computare pro eo minori pretio, quo res fuerit vendita vel distracta. Sed si læsio nō est in dimidia iusti ꝑtij, tūc talis cōtractus est licitus de iure ciuili vel canonico, per d.l.ij.C. de rescin. vendit.& per dictum c. cum dilecti. & c.cum causam.de emptio. & venditio. & hoc tantùm intelligitur, quod dicitur, *Quòd licitum est contrahentibus se in pretio decipere: vt l.in causæ. §.penul.ff.de mino. & in lege item si pretio. §.quemadmodum.ff.locati.& sic peti non poterit, quòd rescindatur dictus contractus, aut quòd sibi suppleatur iustum pretium, vel quòd fructus restituantur, aut computentur in sortem.

Itē nec in foro conſcientiæ iſte contractus erit reſcindendus. Credo tamen, quòd tenebitur lædens ſupplere iuſtum pretium, & fructus reſtituere pro eo pluri, vel minori, quo res eſt vendita vel diſtracta: ex quo in foro conſcientiæ, vt dixi, non eſt licitum contrahentibus ſe decipere in pretio citra dimidiū iuſti pretij. & vt not. Anto. de But. in c. in ciuitate. extrà de vſuris. & in c. quia plerique. in fine. antepenul. col. de immu. eccleſia. & dicam plenius in ſecunda præſumptione tertij caſus principalis. verſic, de iure autē diuino, &c.

a Cōtractu innominato. *Contractus nominatus quas actiones pariat, uide Spec. de acti. ſeu peti. §. ſequitur uidere. uer. ſed & ubi. & ff. de præſcr. uer. per totum.*

b Simulatus. *Cōtractus ſimulatus quomō ꝓbetur, uide Pau. de Ca. cōſ. lxxx. et cōſ. cxiij. & cōſ. cccxxvj. & ſe. Bar. in l. pacta nouiſſima. circa med. C. de pac. Cōtractus ꝓſumitur uſurarius, & ſimulatus, quādo uēditio modico tēpore durauit. Bart. in cōſi. Pet. Nicol. & Paulus de Caſt. conſi. cccxxv. incip. in cauſa mota & c. uer. his præmiſſis & c.*

SECVNDO caſu principali, quādo fuit actum inter contrahentes expreſsè vel tacitè vel præſumptiuè tempore vēditionis, vel antè, de locando dictam rem venditam, & de faciendo pactum de retrouendendo, vel tempore dictæ venditionis, fuit celebratus contractus locationis & pacti de retrouendendo, & in dicto pacto locationis, venditionis, & pacti de retrouendendo, non interuenit fraus vł ſimulatio, vel aliqua leſio ſeu deceptio in aliquo. Et tunc etiam hoc caſu omnes dicti cōtractus ſunt liciti, etiam in foro conſcientiæ: nec pactum de retrouendendo coniunctum cū vēditione locatione eiuſdē rei, reddit contractū vſurariū vł illicitū, ſi nullus dol⁹, vel ſimulatio, aut læſio, ſiue deceptio interuenerit: vt probatur l. ij. C. de pact. inter empt. & vend. eſt caſus not. in l. qui fundū. ff. de contrah. emp. & ita tenet Albe. de Ros. in d. l. ij. qui dixit, quòd ita de facto [illegible] tinuit dictam inueſtituram ſine [illegible] tione valere. & hoc no. & tenet [illegible] in terminis, in cap. conqueſtus. [illegible] de vſuris. in glo. magna, circa fi. [illegible] nō eſt tamē vſura, vt ſi vēdo tibi [illegible] dū. Nec obſtat textus in d. c. ad [illegible] ſtram. quia ibi propter pactū de retrouendēdo tantùm, nō reprob. contractus, ſed propter fraudē & dolum emptoris: vt dixi ſ. circa principium: quod tamen intellige ſecundùm ea quæ dicam in ſequenti [illegible] principali.

6 *Quando autem dicatur ſeu intelligatur actum expreſſè vel tacitè, vel præſumptiuè tempore venditionis vel antè, de pacto de retrouendendo: dic ꝙ expreſſè dicitur actum, quando probatur manifeſtè, quòd ita dixerit, & expreſsè voluerit vēditor vel emptor. Tacitè, quando inter emptorem & venditorem factum de dicto pacto de retrouendendo, & non coram teſtibus: quia fortè ſi dixit emptor confidens in fide, quòd tibi faciam ex interuallo pactum de retrouendendo, vel dixit, ex nunc promitto tibi retrouēdere, ſed nolo, quòd de hoc fiat mentio in inſtrumento locationis vel venditionis, ſicut faciebat Hieronymus de Saluaticis vſurarius, qui tempore venditionis ſæpiſsime no.

nolebat facere pactū expresſè de retrouendendo, ne cōtractus censeretur vſurarius, & clàm promittebat venditori, & volebat, ꝙ vēditor de ipſo confideret: & cōmuniter ſeruabat fidem promiſſam. hoc autem, ſcilicet tacitam fidē fuiſſe promiſſam, probare poterit per confeſsionē vel per teſtes, vel per ſcripturā de manu emptoris, vel quia emptor ſcripſiſſet hanc promiſsionē ſuper libris ſuis, vel quia etiā ita eſſet ſolitus facere, ſicut ſolitus erat dict⁹ Hieronymus per ea, quæ habētur & not. in l. ij. §. ſi quis palàm. cum §. ſeq. & in §. tacita. & in l. cùm tacitū. ff. de iure fiſci. & in l. cum tacitum. ff. de probatio. & quæ notantur per Barto. in l. ſi gener. ff. de his quibus vt indi. licet glo. Ioan. And. in c. contra eum. ante mediū, ibi, ſi conſtat tacitè, vt per cōiecturā. de regulis iuris. in vj. intellexerit, ꝙ tacitè cōſtare dicatur

10 per cōiecturas. * Nam per conie-

a cturas ª inducitur potius actus præſumptiu⁹ quàm tacitus, vt probatur in c. requiſiſti. extrà, de teſta. & in c. illo vos. in fi. in verbo, præſumitur. de pigno. & in c. ad noſtrā. in verbo, patet. & ibi glo. quæ exponit, id eſt, præſumitur de emptio. & venditio. b & probatur in alijs iuribus præalle. ad quod facit, quod ſtatim dicam.

11 * Præſumptiuè autē diceretur actū, quādo incōtinēti poſt venditionem facta fuiſſet locatio cum pacto de retrouendendo: vel quādo poſt venditionem & locationem incontinenti fuiſſet factū pactū de retrouendendo. Ex breuitate enim ſpatij præſumitur dictū aut factum, vt eſt text. cum gloſſ. fin. in fine. & ibi per Doc. in l. ſi ventri. §. ſi in bonis. ff. de priui. cred. & eſt tex. cum glo. in verbo, incontinenti. in c. officij. extrà, de electio. & per Bart. & Doct. in l. poſt cōtractum. ff. de donatio. §. j. verſic. item pone aliquis. & per Cyn. in l. ſi quis poſthac. in ij. queſt. C. de bon. præſcrip. & per Bal. in l. ij. C. de ædil. act. & per eūdem Bal. in l. per diuerſas. C. manda. vbi dicit, ꝙ cùm fuerit facta promiſsio de retrouendendo, incontinenti præſumitur conuentū fuiſſe per prius, per d. l. ſi ventri. ad quod adde, quod dicitur in prima præſumptione, circa prin.

12 * Quando autem dicatur incotinenti vel ex interuallo factum: dic quòd hoc eſt relinquendum arbitrio iudicantis. arg. l. j. ff. de iure deliberā. & c. de cauſis. extrà, de offi. deleg. & per glo. fi. in c. nō eſt. de regu. Ita tenet Ange. in d. l. ſi ventri. §. fi. de priui. credit. & Ludo. de Ro. in l. j. §. j. ff. de verb. obligatio. & quando eſt factum pactum de retrouendendo eadem die & loco, & corā eiſdem teſtibus præſumitur fuiſſe factū incontinenti. argu. à communiter accidentibus, ſecundùm Bald. qui ita dicit not. in l. pe. quę incipit. in his. §. mulier. ad fi. ff. ſolu. matri. Item quādo eſt factum pactum de retrouendendo ᵇ eodem die, de quo eſt facta venditio, præſumatur factū incōtinēti, vel etiā de eo conuentū tēpore vēditionis vel antè, quia vna dies nō eſt longū interuallum, vt probatur in l. ſi ex duob⁹. in princi. ff. de duob. reis. & ita not. Bat. in d. l. j. §. j. ff. de verbo. obliga. Et ita vidi aliàs conſultum per plures Doct. in materia noſtra ſimulationis. Facit ad hoc optimè quod no. Bal. in l. j. in fi. C. de oper. lib. vbi dicit, quod ſit eodē die & loco, præ-

sumitur esse factũ eodẽ contextu. & vide quod not. Inno.& Docto. in c. consideravimus.extrà,de elect.& vide Oldra.consi.ccliij. Et hoc maximè verum, si non esset apposita vel descripta hora contractus in instrumento, neq; in instrumẽto pacti de retrouendẽdo,sicut cõmuniter non apponitur, nec de iure regulariter tabellio apponere tenetur,iuxta no. per Cyn. in l.optimam. in v.q.C. de contrahen.& cõmitten.stipu. & per Bal.in l.ĩ præscriptione.in ix.col.C. si contra ius vel vtilitatem publi. in l.fin.in iij.col.C.de edic.diui Adria. tollẽ.& in l.cùm proponas.C.de inter.matri.& in l.Imperator.ff.de statu homi.& per Ioã.And. in additio. Specu.in titu.de instru.edi.§. dicto. versic.si post inductionẽ. & in addi. quæ incipit, hora diei. & per gloss. not.in l.si ex pluribus. §.fin cum ibi not.ff.de solu. Nam licet instrumentum vẽditionis præsumatur præcessisse, & instrumentũ pacti de retrouendendo subsecutũ, quia iste ordo naturæ est:vt no. Bal. in prima constit.Codic.§.hoc igitur.in ij.colum. in vij.not. tamen præsumam dictum secundũ instrumentum pacti de retrouendendo fuisse eadem hora cõfectum: quia ita cõmuniter fieri solet.arg.l.j.C. de arbit.cũ ibi not.per glo.& Doct.& per gl.pen.in l.cũ dotem.de iure dot.Itẽ præsumptiuè intelligeretur actũ tẽpore vẽditionis, vel antè,de retrouendẽdo, quando subesset presumptio,ꝙ ipse vẽditor a verisimiliter nõ voluisset,nisi cũ illo pacto de retrouendẽdo,vt dicam in sequenti casu principali in prima & duodecima præsumptione.

a Cõiecturas. *Coniecturæ sufficiunt in his quæ cõmuniter in secreto fiũt.* [illegible] *in rub.C.de prob. & Alexã. in l.* [illegible] *de quæst. quòd cõiecturæ & præsumptiones sufficiunt in his quæ communiter secretè fiunt*

b Retrouẽ. *Pactũ de retrouẽdẽdo,quo modo probetur, Paul. de Cast. consi. cclxxx.inci. viso pcessu attestationũ. in ij. col. in fin. quòd per coniecturas & præsumptiones. & in consi.cccliij. quod incipit,iudex est minister. & Alexan.consi.cxxj.ij parte. ubi dicit an per testes & an per unicum cum iuramento in supplementum probationis.*

TERTIO casu principali, quãdo in dicto cõtractu fraus vel dolus, vel simulatio verè, vel fictè, vel tacitè, vel præsumptiuè interuenit, quod quando fit,statim dicetur, & est deceptio, siue læsio in venditione, locatione, & pacto de retrouendendo, & tunc sine dubio tales contractus sunt nõ modo illiciti,sed etiam simulati & vsurarij,tũ propter dolum & fraudẽ, & simulationem, tum etiam propter ipsam deceptionem seu læsionẽ,vt probatur expressè per text.in c.ad nostram.ibi, cùm re vera. & ibi, quãdocũq; à [illegible] nio.& ibi,quia igitur dolus & fraus extrà,de emptio.& vendi. & in c. [illegible] lo vos. ibi, non esse purè venditas, sed pignori obligatas.& ibi,pro xx. ij.lib. obligatis. coniuncto ibi.xxvj. lib. & ibi, quod vltra summam receptam xl.sol. deberẽt persolui. extrà de pigno. & idem dicendum est etiam de iure diuino[a], & sic in foro 13 conscientiæ.* De quo iure seu foro nullus debet decipi seu lædi: vt ꝓbatur in c.j.dist.j.& dicã in secũda præsump.& dicitur fraus,vel dolus, vel simulatio vere interuenisse,quãdo

do actum fuisset inter partes, quòd licet instrumētū loqueretur de venditione, nihilominus intelligeretur esse pignus: sed emptor voluit, quādo mutuauit pecuniā, quòd recipiēs mutuo pignoraret sibi fundum vel domū, & q̄ fieret instrumentū qualiter vēdebat sibi, ad hoc vt emptor posset lucrari fructus, & ne per canonem cōtra vsurarios edictum posset in posterū conueniri: vt hæc probātur in d.c. ad nostrā. ibi, cum B. laicus ab M. mutuū accipere voluisset, ne per canonem contra vsurarios edictum posset in posterum conueniri, domos, id est oliuas recepit ab eo tit. emptionis, cùm re vera contractus vsurarius ageretur. & ibi, quia igitur fraus & dolus. extrà, de emp. & vendi. & ista probari poterunt nō solùm per cōfessionem partium, sed etiam per alia instrumenta

14 & per testes.* Et quòd per instrumēta & per testes probari possit simulatio contractus, sensit glo. in auth. de fide instru. §. si verò aliquid. col. vj. & tenet Cy. in l. optimā. in iij. oppo. C. de cōtrahen. & commit. stipula. & Barto. & Doct. in l. generaliter. C. de nō nume. pecu. & Io. de Imo. in d.c. ad nostrā. de emp. & vendi. Item dicitur fraus, dolus, vel simulatio interuenisse fictè, quādo lex vel statutum ita fingeret, vt puta, si quis diceret, si quis fecerit talem contractū, fingatur vsurarius vel simulatus. facit ad hoc glo. in l. vnica. §. accedat. in verbo, præsumatur. C. de rei vxo. actio. & quod not. per glo. & Docto. in l. nō est verisimile. ff. quod metus causa. & in c. is qui fidem. extrà, de spon. Item dicitur fraus vel dolus vel simulatio interuenisse tacitè, quando tacitè actum est inter contrahentes, quòd licet instrumentū fieret de vēditione, tamen in veritate esset pignus, vel ecōtrariò: licet partes vellent quòd esset pignus, nihilominus diceretur in instrumēto quòd esset venditio, quod quando fit, dixi suprà in secundo casu proximè præcedenti. Item dicitur fraus, dolus, vel simulatio interuenisse in contractu præsumptiuè, quando nō constat, q̄ sit actum expressè verè vel fictè, vel tacitè inter partes, quòd contractus venditionis celebretur, cùm in veritate esset pignus: sed pręsumi ex pluribus præsumptionibus, &c. Sequitur prima præsumptio.

a Iure diuino. *Ius diuinū dicitur ius naturale. glo. Insti. de oblig. quæ ex deli. na. in prin. & Alex. in l. Iul. de condit. & demonst.*

15 ET PRIMA* præsumptio est, quādo lex præsumit, quòd contrahentes nō habuerūt animū emendi vel vēdendi, quod est, quādo tempore venditionis, vel antè, fuit dictū vel tractatū, quòd non esset venditio, sed pignus. Nam tunc venditio statim secuta præsumitur simulata. Idē si vēditio fiat ex interuallo, sed vendens prius dixerat & protestat° fuerat, quòd non intendebat, quòd esset vēditio, & si cōtingeret ipsum in futurum vēdere, intēdebat, quòd esset pignus. ita singu. dicit Bartol. secundùm Iaco. de But. in l. pacta nouissima. C. de pactis. & ibi per Bald. & Doct. & not. Barto. Bald. Ange. & Docto. in l. item quia. §. item Iulia. ff. de pact. & Barto. & Ioan. de Imo. in l. Titia. §. idem respondit. el j. ff. de verborū obliga. & Ange. in l. j. in iij. col. in fi. ver. in gl. ibi, ex his, quæ

præcesserunt.ff.de iudi. & Bald.in l.
multùm. in ij. col. C. si qs alteri vel
sibi.& ad hoc vide glo.in l.interposi
tas.in verbo,qualitas.C. de transact.
Si autē prædicta protestatio nō præ
cessit, & cōtractus appareat celebra-
tus in formā venditionis, licet inter
partes tractatus de celebrādo aliter
siue in alia forma:per hoc nō proba
retur contractus simulatus vel frau-
dulentus, quādo,vt dixi, contractus
venditionis celebratus fuit ex inter
uallo post dictū tractatū. pro hoc l.
cum in plures. §. locator horrei.ff.
loca.secūdùm Ange. qui ita no.in l.
si quis cùm aliter.ff.de verb.obli. Et
subdit, ꝙ si verba contractus essent
ita ambigua,ꝙ possent trahi ad mul
tos sensus, interpretāda sunt secun-
dùm tractatū quantūcunq; præcedē
tem.allegat ad hoc Inno.in c. inno-
tuit.extra,de arbi.quod est valde no
tandū.& ita tenet Ludou. de Roma.
in d.l. si quis cùm aliter. in xiiij.col.
in fi.qui allegat glo.ordinariā.in l.j.
in glo.j.ad fi.ff.de iud.& glo.in l.ele
ganter.in prin. in verbo, puto.ff.de
condi.indeb.& l. hæredes palàm. §.
sed si notā.ff. de testa.Item presumi-
tur,ꝙ cōtrahentes nō habuerūt ani-
mum verè vendēdi & emēdi,quādo
debitor petebat mutuū, & creditor
dixit, nolo mutuare, sed emere vo-
lo cum pacto de retrouendendo ad
certum tempus,secundùm Hostien.
& Anto. de But.in c. ad nostram. de
emptio.& vendi. Et de hoc est casus
secundùm intellectum Odofre.in l.
emptione. C. plus valere quod agi-
tur.vt refert & tenet ibi Bal.in prin.
qui dicit, ꝙ hoc est notatu dignum.
Et idem voluit Guil. de monte Lau
du.in Clem.ex grandi.de vsur.& eū
sequitur ibi.iij. q. §.cæterum. d...
Francis. Zaba. Et idem tenet L...
Pontanus,in suo singulari,quod
cipit,quæro an pacta de retroué...
16 do. *vbi dicit,ꝙ vbicunq; cōtra
factū cū pacto de retrouēdēdo p...
cessit tractatus mutui, semper pr...
mitur vsurarius. Et ideo debet n...
lus declarari, & fructus restitui. al
legat dictū singulare Odofre. rela
tum per Baldū in d.l.emptione.& di
cit ꝙ ita etiā cōsuluit.Et idem tene
etiā Ioan.de Imo.in d.c.ad nostra
qui subdit, ꝙ hoc ideo præsumi...
qa originalis causa fuit mutui pe...
ti. Idē quādo probaretur,ꝙ debito
quærebat pecuniā accipere mutuū
super tali possessione, & posteà re-
peritur ipsum fecisse venditionem
de illa possessione,quam quærebat.
Nam tūc præsumitur color quęsitus
de cōtractu ad contractum, sicut &
alibi de persona ad personam, vt ff.
ad Velleia.l.mulier. §. cum esset. Ita
dixit domi.Paul. de Castr. in consi.
cccxxviij.in princi. & alleg. not.pe
Hostien.in c.ad nostrā.Item nō p...
sumitur animus vendendi & emē...
quando fuit actū inter partes à p...
cipio, quòd dictus emptor coge...
tur vel obligatus esset ad locandū...
psam rem venditam ipsi venditori
cū pacto de retrouēdendo, & quòd
aliter dictus venditor nō esset ven-
diturus,vel quia in instrumēto ven-
ditionis dicitur,cum pacto de retro
uendendo , siue quòd ipse vendito...
non esset venditurus.hæc tamē ver-
ba nunquam tu apponas in instru-
mento vēditionis, quia declararent
instrumentum esse simulatum:vnde
si vigore dicti pacti etiam inconti-
nenti post ipsam venditionē vel ea-
dem

dem hora vel die fuerit facta dicta locatio dicto venditori de dicta re per ipsum vendita, cũ pacto de retrouendendo in eodẽ instrumento locationis contẽto, vel etiã in alio instrumẽto fuisset appositũ pactũ de retrouẽdendo: præsumeretur quòd venditor non habuisset animũ vendẽdi. facit ad hoc quod dixi in præcedenti casu princ. circa finẽ. hæc tñ præsumptio tolleret, si constare posset expressè de cõtrario, videlicet ꝙ venditor habuit animũ vendendi, & emptor emendi, maximè per confessionem partis, quia præsumptio non cadit super certo, sed super incerto tantùm, vt per gloss. in l. vnica. §. accedat. in verbo, præsumatur. C. de rei vxor. actio. & in l. siue possidetis. C. de probat. & sic in incertis nõ certis locus est cõiecturæ. l. cõtinuus. §. cũ ita. ff. de verbo. obligat. & in l. pediculis. §. argẽteis. ff. de auro & argẽto lega. & in l. ille. §. cum in verbis. ff. de lega. iij. cũ simi. Et quia dicta præsumptio nõ est iuris, & de iure, sed iuris tantùm, vt no. dominus Laurẽti⁹ de Rodulphis. in suo tractatu de vsu. quem scripsit super c. consuluit. extrà de vsur. in lx. questi. & licet esset præsumptio iuris & de iure, ita quòd non posset admitti probatio in contrarium, per c. is qui fidem. cum ibi nota. de sponsalibus. & per nota. in auten. sed iam necesse. C. de dona. ante nupt. & in corpore vnde sumit. & vt videtur sentire Ioã. Cald. de Bononia in quadam sua disputatione seu quæstione, quæ incipit, Vsurari⁹. quod tamen non teneo:* quia contra præsumptionẽ iuris à iure introductam semper admittitur probatio in contrarium, nisi ius statuat, quòd non admittatur, vt est gl. notab. liiij. distinctio. c. fraternitatẽ. in glo. fi. Et est glo. l. distinctio. ferrum. in gl. fin. ad finem. & no. per Doctores in c. is qui fidem. Sed in hoc nõ reperitur, quòd ius statuat contrarium, ꝙ nihilominus contra dictã præsumptionem iuris, de iure admitteretur præsumptio in contrarium per cõfessionem partis: vt no. gl. in autẽ. de equali. do. §. illud quoque. coll. vij. & est gl. in l. in contractibus. in principio, in verbo, nullo modo. C. de nõ num. pecu. Et no. Ang. & dominus Pau. de Cast. in l. inter stipulantem. §. si Stichum. in princ. col. ff. de verborum obligatio. & no. per Docto. in dicta auten. sed iam necesse. & in dicto c. is qui fidem. & ita sentit glos. in c. ad nostram. in verbo, patet. de emptione & venditio. & ibi Anto. de But. q dicit, quòd si constat, quòd sit venditio, & sic venditor habuerit animum vendendi, tenebit talis cõtractus, & emptor lucrabitur fructus. & hoc tenet Ioan. de Imo. sequendo domin. Anto. in dicto c. ad nostram. in versi. in eadem gl. in fine. & istud est verissimum, quod bene not. in practica, vt cautè procures, quòd saltem vẽditor profiteatur, quòd habuerit animum vendendi, maximè respõdendo oppositionibus emptoris, si hoc verum est, quia per talẽ cõfessionẽ vel aliã sufficientẽ probationem apparebit. Et iudicabitur quòd dictus contractus fuerit omnino simulatus, neque pignoratitius neq; vsurarius, sed verus, quod singul. not. & tene menti, vt scias defendere emptorem. Et eadem ratione potest dici contrà, quãdo instrumentum loquitur de vera venditione & in veritate fuit simula-

Ita. Nam cautela est pro venditore, vt pcuret pbare, si pōt, q ipse nō habuerit animū vēdendi, nec emptor emendi. Nā si probabitur vel confiteātur partes, quod neuter habuerit animū vere contrahendi, videlicet emptor emendi nec vēditor vendēdi, tūc indistinctè dici pōt, q iste cōtractus sit simulatus vel vsurarius, nō solùm in foro conscientiæ, sed etiā in foro canonico & iudiciali, quia cōstare dicitur expresè de simulatione saltem re ipsa. facit ad hoc l.j.& per totū.C.plus valere quod agi. vt dicam plenius in quarto casu principali, vbi est videndū. Sed si probatio vel cōfesio fieret solūmodò, quod vnus tantū contrahentium habuerit animū verè vendendi, sed emptor habuit animum reemendi vel econtrà, tunc quid iuris sit? dic vt dicam in dicto quarto casu principali, vbi hoc prolixius examinatur.

a Læsio in vendi. *Venditio si cōtinet læsionem venditoris, est in potestate emptoris supplere iustū pretiū uel rē restituere.l.ij.C.de resci.uen.ij.respon.& ibi Doc.quod uerū est, si emptor dolo careat, nā si sit in dolo, cogitur præcisè restituere.l.pe.cū glo.in uer.poßessionem.C.si uen.pig.ag.quod est uerū etiam pro modica læsione etiā infra dimidiam iusti pretij.l.dolus.C.de rescind.uendi.& Pet.de Sum.in d.l.ij. xiij.col.*

18 SECVNDA * psumptio est, quādo interuenit læsio in venditione, a puta quia res vendita valebat cētum, & fuit vēdita plus vel minus ppe dimidiā iusti pretij. quod quando sit, dic vt habet per gl.& Doctores in l.ij.C.de rescinden.vendit.& in c.cū causam.extrà, de emptio.& vēdi.& in c.cùm causam.el ij.extrà de test.& licet ex tota paruitate pretij nō præsumatur dolus sufficiēs ad rescindendū cōtractū, vt est casus in l. dolus.& in l.ad rescindendū.C.de rescind.vend.& sic nō præsumitur contractus simulatus: vt no. Ang.in l.interpositas.in fi.C.de transac.tamen hoc cōiūctū cū alijs inducit præsumptionē doli, vt est gl.no.in d.l.dolus in verbo pretij.quæ allegat l.cū §.modus.ff.de transac.vbi hoc optimè probatur. si enim esset læsio paruitate pretij nō cōtingente ad dimidiam iusti pretij, tūc de iure ciuili esset licitū, nec vlla mala præsumptio induceretur per hoc contra ipsum emptorē, nec deberet suppleri ad iustum pretiū: quia licitū est cōtrahentibus se in ptio decipere: vt l.in causæ.§.pe.ff.de minori.vbi tex.sic dicit, in pretio emptionis & vēditionis naturaliter licere cōtrahentibus se circumscribere.& est text.nota.in l.item si pretio.§.quēadmodū.ff.locati.vbi sic dicitur ad literā. Quemadmodum in emendo, & vendēdo naturaliter cōcessum est, quod pluris minoris emere: & quod minoris pluris vendere, & inuicē sese circumscribere: idem & in locationibus & cōductionibus quoq; iuris est.idem esset licitū de iure Canonico: vt not. gl.fi.in verbo, deceptione.in c.cū dilecti.extrà de emptio.& vendi.& gl.fina.in c.cū causam.el ij.extrà de testib.& glo.in ver.inuenerūt.in c.per tuas.extrà de dona.& glo.in c.in ciuitate.extrà de vsuris. Et ibi hoc tenet domi. Anto.de Butri.& habetur per Bald.in dicta l. in causæ.§.penultimo.ff.de minorib.& per Alberic.de Rosa.in l.ij.C.de rescinden.

da venditione. & sic in foro ciuili
vel canonico, non potest dici ex
paruitate pretij tantũ, quæ non con-
tingat dimidiam iusti pretij, qđ sit
aliqua præsumptio doli, fraudis, vel
simulationis: nec etiam pōt agi cum
effectu ad rescindendũ contractum,
vel ad supplendũ iustũ pretiũ, etiam
si emens scienter emerit rem ꝑ mi-
nori pretio, & venditor nõ putet eã
esse maioris pretij. vt est gl. notabil.
in d. l. item si pretio. §. quẽadmodũ.
in gl. fin. ff. locati. ac etiã si concurrat
cum dicto pacto de retrouẽdendo:
19 *quia pactũ de retrouendendo cũ
sola paruitate vel maioritate pretij,
maximè nõ cõtingente dimidiam iu
sti pretij, nõ facit præsumere contra
ctum esse simulatũ vel vsurariũ, nisi
aliæ sint cõiecturæ: quia nõ reperit
textus, qui hoc dicat, scilicet ꝙ ex so
la paruitate pretij in vno tãtũ contra
ctu interueniẽte cũ pacto de retrouẽ
dendo presumatur cõtractus simula
tus vel vsurarius: nec etiã hoc dicit c.
ad nostrã. de emptio. & vẽd. quia ibi
fuit actum. quòd post certũ tempus
posit retrò emere, & non antè: ex
quo inducitur vna alia mala præsum
ptio contra ipsum primũ emptorẽ,
vt dicam infrà in proxima præsum-
ptione, quę nõ subest, quando est pa
ctum, quòd quandocũque posit re-
tro emere, vel vsq; ad certũ tempus:
vt probatur in l. ij. C. de pactis inter
emptor. & vendi. ibi, pretiũ quando
cunq; vel intra certa tempora obtu-
lissent. Nec obstat glos. in c. cõque-
stus, extrà de vsuris. quia ibi verbũ,
pretio, abundat, vt dicam in quinto
casu principali: vbi videas. Nisi do-
lus dedisset causam contractui: quia
dolus inductus fuisset: nam contra-
ctus venditionis cũ sit bonæ fidei,
vt institutio. de actio. §. actionum. &
nota. in c. cùm venerabilis. extrà de
exceptio. ex quo dolus dedisset sibi
causam ipso iure contractus non te-
neret, vt est tex. in l. & eleganter. in
prin. ff. de dolo. & argu. xij. quæstio.
ij. quisquis episcopus. in fine. & ex-
trà de rerum permutatio. c. cũ vni-
uersorũ. & no. gl. fi. in princi. in c. cũ
dilecti. de emptione & venditione.
Vel nisi dolus incideret in contra-
ctum, quia venditurus erat, sed ꝑ do
lum emptoris fuit inductus ad mi-
nus vendendũ. Nã tunc licet contra
ctus teneret, non posset rescindi, ta-
men posset agi ad supplementũ resi
dui iusti pretij, vt est casus in l. Iulia-
nus. §. si venditor. & §. per cõtrariũ.
ff. de actio. emp. & not. gl. fi. in d. §.
quemadmodũ. ff. loca. & glo. in ver-
bo, licere. in fi. in d. l. in causæ. §. pen.
ff. de minor. & gl. fin. in verbo dece-
ptione. in dicto c. cum dilecti. de em
ptio. & venditione. & glo. in l. in cõ-
tractibus. C. ex quibus caus. ma-
ior. vel nisi taxatum vel limitatum
esset pretium à lege vel statuto, quo
casu non liceret de iure ciuili vel ca
nonico aliquid vltrà accipere, quia
lex vel statutum seruari debet, quã-
uis etiam esset lex dura, vt l. prospe-
xit. ff. qui & à quibus. cũ simil. nec
etiam liceret in foro conscientiæ,
20 *quia vbicunque lex vel canon ꝓ-
uidet super certo disponendo secun
dum aliquam rationẽ, obtinet in fo-
ro iudiciali rõnabiliter, obtinet in fo
ro cõsciẽtię, secũdùm Beatum Tho
mam, vt refert & tenet Floria. in l. ex
parte hæres. §. seruo liberta. ff. fami.
erciscund. & notat Bald. in autenti.
ingressi. in ix. colum. C. de sacrosan-

ctis

ctis ecclesijs,& Ioan.de Anan.in c.j.
circa finem,extrà de testamẽ.ac etiã
a faciens cõtra cõscientiã a præcepti
vel ꝓhibitionis,peccat mortaliter,
vt est gl.xxviij.quæst.in c.omnes.§.
ex his.in glos.j.vel nisi venditor vel
emptor læsus esset minor vel eccle-
sia:quia tũc etiã re ipsa sine aliquo
dolo principali vel incidenti alteri⁹
contrahẽtis, esset læsus indistinctè,
posset restitui etiã pro leui damno,
& nõ pro modico:vt l.Seio.ff.de in
integrũ restitutio.& ita no.in gl.in
verbo,licere.in d.l.in causæ.§.pen.
ff.de minor.vel etiam nisi emptor
decipiens esset clericus vel prelatus,
siue Ecclesia,licet deceptus nõ esset
minor,quia ecclesia minimè debet
parare laqueũ.xxvij.quæsti.j.de Iu-
deis.& ita notat Antonius de Butr.
in c.cõtinebat.in j.col.extrà de his,
quæ fiũt à ꝑlatis sine cõsensu capitu-
li.& in c.in ciuitate.extrà de vsuris.q
alleg.ad hoc gl.in verbo,plus.x.quę
sti.ij.hoc ius porrectũ.& in c.tuam.
extrà de pœnis.& no.Bal.in autẽt.ad
hoc.in pen.colum. circa principiũ,
versi.insuper quæritur.de vsuris.&
vide Archidia.xvj.quæst.j.si cupis es
se.& ita etiã tenet beatus Bernard.in
suo libello de contractib⁹ & vsuris,
in xxxj.arti.ij.c.qui dicit,Si in vendi
tione plus offertur quàm res valeat,
ecclesia recipere nõ debet,sed tan-
tùm iustum pretium.& allegat ꝑdi-
ctã glo.in c.hoc ius porrectum.& Ar
chidia.ibi,& Bal.in d.l.in causæ.§.
21 penulti.de mino. *Et quia ecclesia
in suis contractibus nõ debet fraudẽ
aliquã adhibere,vt in c.ꝑ tuas.extrà
de donatio.& ꝓ hoc allego tex.in c.
.j.§.j.in ti.de alie.feu.ĩ vsib.feu.vbi
pulchre tex.sic dicit.Ecclesia cultrix
iustitiæ & auctrix nõ patitur ali
contra iustitiã in se fieri vel in
rum:priuatus verò obuiat sæpe
stitiæ.quod bene nota.clerici &
lati,sæpissimè contrariũ faciunt
prætextu,quòd semper melior co
22 ditio ecclesiæ fieri debeat. *De
re autem diuino,& sic in foro co
scientiæ,credo,quòd nõ sit licitu
contrahentibus se decipere etiã c
tra dimidiã iusti pretij,& etiã in c
su vbi non daret restitutio,& contra
hentes essent laici,per id quod h
tur in lege & in Euãgelio,quo
iubetur alijs facere,quod sibi vel
ri,& prohibetur alij inferre,qđ
nollet fieri:vt est text.j.distinctio
humanum genus.& dixi suprà cir
principiũ.Sed certũ est,quòd vn
quisque vellet,ꝙ sibi vẽderet iu
æquo,& cõi pretio,& nullus vel
in pretio decipi citra dimidiũ iu
pretij,quia nemo præsumitur iact
re suum.l.cum de indebito.in pri
cipio.ff.de probatio.cum simil
go vnusquisq; debet velle vend
iusto & cõmuni pretio,& nemi
decipere,& maximè cum mend
& periurijs:vt dicit beatus Au
nus.& habet lxxx.distin.c.quon
Cassiodo.& habetur eade distin
c.quid est aliud.vbi scribitur in h
verba:Negociatores ergo illi abo-
minabiles existimãtur,qui iustitiam
Dei minimè cõsiderãtes,per immo
deratum pecuniæ ambitum pollu
mentes suas periurijs ornando ma
gis quàm pretio,tales deiecit Domi
nus de templo dicens,Nolite facere
domum patris mei domum negoti
tionis.Et ad hoc vide gl.notabi
l.semper in cõuentionibus.ff.de re
gulis iuris,quæ dicit,quòd licet les

dicat, quod sit licitum cõtrahentibus se decipere, non tamen conuenit bono viro. sed in foro conscientię quilibet debet esse bonus vir: ergo, &c. Et ita tenet Bald. per illam glo. quã dicit esse singularẽ in c. cũ causam. el ij. in fine, extrà de testibus. & ita tenet Anton. de But. licet nihil alleget in c. in ciuitate. versiculo, venio ad glo. extrà de vsuris. de quo vide etiã per eundem in c. quia plerique. in fine. antepenul. colum. versi. quintus casus. extrà de immu. eccle. & ibi Doct. & dixi suprà in fine primi ca-
23 sus princip. *Sed quę potest esse ratio, quod in foro ciuili vel canonico licitũ est contrahentibus se decipere in pretio, & sic licitũ est carius vẽdere vel vilius emere vsque ad dimidiam iusti pretij exclusiuè, & nõ sic in foro conscientiæ? Respondeo secundũ beatũ Thomam secũda secũdæ quæstio. lxxvij. articulo primo, versicu. ad primũ ergo dicendum, quod lex humana populo datur, in quo sunt multi à virtute deficientes: non autem datur solis virtuosis. Et ideo lex humana non põt prohibere quicquid est cõtra virtutẽ, sed ei sufficit, vt prohibeat ea, quę destruunt humanũ conuictum: alia verò habeat, quasi licita, nõ quia ea approbet, sed quia nõ punit. Sic ergo habet quasi licitũ, pœnam nõ inducens, si absq; fraude vẽditor rẽ suã superuendat, aut emptor illius emat, nisi sit nimi⁹ excessus: quia tũc lex humana cogit ad restituendũ, puta si aliquis sit deceptus vltra vel citra dimidiam iusti pretij. Sed lex diuina, quæ nõ solùm datur populo, sed omnibus virtuosis, nihil impunitum relinquit, quod sit uirtuti contrariũ. Vnde secundũ diuinam legem illicitũ reputatur, si in emptione & venditione nõ sit æqualis iustitia obseruata. & tenetur ille, qui plus habet recompẽsare ei, qui damnificatus est, si sit notabile damnũ. quod ideo dico, quia iustũ pretiũ quandoq; non est punctualiter determinatũ: sed magis in quadã existimatione consistit, ita quod modica additio vel diminutio non videtur tollere ęqualitatẽ iustitię. & hoc videtur sequi, & tenet beatus Bernardinus in dicto libello de cõtractibus & vsuris, in sermone xxxv. articulo j. c. ij. & ad hoc vltimũ adde, quę dicam infrà in ver. verũ quia dictum est. ibi, & si non posset præcisè dici.
24 *Sed dubiũ est circa prędicta, quid si ista duo cõcurrant? Primũ, scilicet quòd vnus contrahens non decipit alium: quia quilibet sciebat & intelligebat valorẽ rei venditæ. Secũdũ, quòd nullus eorũ erat in necessitate cõtrahẽdi propter aliquã magnã egestatẽ, seu quãcunque aliam magnã necessitatẽ, & nihilominus res fuit vendita, vel in solutum data, vel aliter alienata plus vel minus iusto pretio, an hoc sit licitũ in foro conscientię? videtur quod nõ, per dictum c. humanum genus. j. distinctio. sed vt mihi relatũ est, beatus Bernardinus dicebat quod sic. Ego probo ex coniunctione duarũ regularũ. Primò scilicet, per regulam l. nemo videtur. ff. de regulis iuris. in penult. charta. vbi sic dicit text. Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt & consentiunt. ad hoc l. cum donationis. C. de transactiõi. vbi dicitur, quod volẽti dolus nõ infertur. & c. sciẽti. de regulis iuris, in vj. vbi dicitur, Scienti & consentienti non fit iniuria, neque dolus. &

proba

probatur in l.j.in fine.ff.de action. emp.& l.j. §.si intelligatur.& l.qa. §. penultimo,& finali.ff.de ędil. edic. & in l.domū.ff.de contrahenda emptione.& hoc tenet gl.in l. vēditor. C.de rescindenda venditione. quæ dicit,ꝙ vbi est cōsensus cū conscientia,ibi cessat dolus.& vide quod dicam in vij. præsumptione. Secundò per aliam regulam l.donari videtur. ff.de regulis iuris.& ff. de donationib.vbi dicitur, Donari videtur, qđ nullo iure cogente cōceditur.& hoc videtur tenere Antonius de But. in c.quia plerique.in fine,vbi est casus,
25 extrà de immu. eccle. vbi dicit, *ꝙ quis non tenetur ad restitutionē etiam in foro conscientię,quando vēdens vel alienans læsus est sagacissima persona, ita quòd verisimile sit, quòd in plus nō appretiauerit rem, & residuū voluerit habere pro derelicto. Aliqui addunt & tertiū,scilicet ꝙ ille,qui dicitur lęsus in pretio,non fuerit ductus leuitate mentis aperta siue præsumpta ad sic contrahendū.Exemplū pone in iuuenibus,qui leuitate sæpissime ducūtur. xxxiiij. distinctione, quorundā. ibi, meritò inutilis dicitur, qui iuuenilibus desiderijs occupatur.& facit l.fi. §.filij autē. ibi,iuueniles. C. de bonis,quæ liberis.nam licet talis nō ignoret verū valorem rei suæ,nec sit in necessitate constitutus, tamen si est in foro conscientiæ, non est tutum, ꝙ daret vel acciperet rem pro pluri vel minori pretio,quàm cōmuniter valeret: quia leuitas illa sapit quandā ignorantiā, & etiā quandā necessitatem inducit ita faciendi, vt probatur in dicto c. quorundā. & in dicto §. filij autē. Sed vidi tractatū siue libellū sancti Bernardini Senensis de cōtractibus & vsuris,in sermone xxxiij.articulo ij.in tertia parte,c.vij.qui videtur idem in effectu licet breuioribus verbis,dicere,
26 dicet, *Quòd in foro conscientię tenetur ad restitutionē,etiā si in contrahendo sit minor deceptus in dimidia iusti pretij,si procedit lęsio ex vno vel pluribus istorum iiij. verbi gratia: Si procedit ex ignorantia, mentis leuitate aperta siue præsumpta,aut ex quacūque alia magna necessitate,ex quibus cōpræhendi potest,quòd talis contractus non procedit ex mera,grata & gratuita voluntate,& ideo talis lęsio,quæ consistit in minus emendo,aut plus vendendo,non solùm contra iustitiā est, sed etiam charitatem & contra naturam hominis pietatem,licet ex vtriusque partis voluntate & consensu vel contractu procedere videatur. Et quāuis beatus Bernardinus quatuor prędicta esse dixerit,ex quibus mera & libera volūtas non pręsumitur,scilicet ignorātia,leuitas,egestas,necessitas:tamen ego suprà tres dixi,egestatē sub necessitate,tanquàm speciem sub genere cōiūgens:ego etiā addo & quartū,scilicet quòd contrahens non inducatur ad contrahendū,scilicet pluri vel minori, propter nimiam affectionē vel cōmoditatem. Exemplum: vnus habet affectionem in aliqua re particulari,vt in auibus, vel libris,vel similibus,vt sępe contingit: vel quia res fuit maiorū suorum:vt l.si in emptione.ff.de minor. l.libertus,qui soluēdo non erat.ff.de bonis libertorū.& l. j. §. sed si rē.ff. ne quid in fraudem patron. vel alia de causa,vt infrà dicā in xvj. pręsumptione.

ptione. Exemplum: commoditate v-nus vult facere viridariũ vel ampliare domum. Vel vnus habet vnã possessionẽ, & in medio vel in finibus vicinus habet aliquos cãpos vel domunculam, qui sibi non sunt necessarij, sed commodi propter vicinitatẽ. Sæpe enim confines etiã supra iustã existimationem interest nostra acquirere, vt est textus in l. si cui fundus. ff. de legatis ij. Nam his casibus, licet de iure ciuili vel canonico esset licitũ plus vẽdere vel aliter alienare propter affectionẽ vel commoditatem ementis siue accipientis, tamen in foro cõscientię crede, ꝙ nõ sit licitum, quia nõ diligo proximũ sicut debeo, vt probatur in d. j. distinct. in princip. & quia illa affectio vel commoditas nõ permittit illũ, qui eam habet in verã libertate consistere, sed potius inducit quandã necessitatem. Multi enim propter affectionem & concordiã magis impelluntur ad emẽdum pro pluri, quasi alia necessitate astricti essent. subest & alia ratio. nã si interest mea propter commoditatẽ, vicinus non debet mihi vendere illam cõmoditatẽ vel opportunitatẽ, quæ est mea, non sua, sicut dicitur in vsurario mutuante, qui debet recipere aliquid vltra sortem pro re mutuata, quæ est effecta illius, cui mutuata est, & si aliqd solueret vltrà, esset vsura: quia solue-tur de re sua, quod esse nõ debet. quod nota contra multos. & in hac sentẽtia fuit beatus Bernardinus in dicto suo opere de contractibus & vsuris, in sermone xxxvj. articulo j. & c. ij ad finem. qui allegat ad hoc Sco. in iiij. xv. distinctio. quæst. ij. & allegat etiã beatum Thomã in secũ-

27 da secundæ, quęst. ij. artic. j. *Vbi dicit, ꝙ si emptor multùm iuuatur ex re, quam emit, & ille, qui vendit, nõ damnificatur vltra cõmunem valorem illius rei, non debet vẽdere eã vtilitatem emptori, quia nõ est sua, sed emptoris, licet possit ei vendere damnũ, quod venditor patitur, vẽdendo illam rem vltra cõmunem ęstimationem. Subdit tamen, ꝙ ille, qui multùm iuuatur ex re, quã emit, potest sponte & sua mera liberalitate aliquid vltra cõmune pretiũ supererogare, quod ad honestatẽ pertinet, quã spontaneã & merã liberalitatẽ in dubio subesse nõ pręsumo, si aliquid de prædictis quatuor concurrit. ad quod adde, quod dicam in sequenti præsumptione, ꝙ est bene notandũ, quia multi in ciuitate Veronę contrarium faciunt, & maximè quando quis vult emere fundũ sibi commodũ propter vicinitatem, dominus vult triplũ aut quadruplum plus eo quod valet etiã. & quando emphyteotæ vel liuellarij volunt à dominis emphyteotę acquirere iura directa, & sic se liberare ab onere liuellario: quia vbi cõiter soluuntur quatuor duc. pro liu. domini volunt vij. aliquãdo viij. aliquãdo x. aliquãdo vltrà. Et malè in foro cõsciẽtiæ, in quo tenẽtur vẽdẽtes ad restitutionẽ illius pluris, in quo dãnificati nõ

28 sunt. *Verũ qa dictũ est, ꝙ nõ est licitũ cõtrahentibus in foro cõsciẽtię se decipere, etiã in pretio: & sic quãdo res vendi vel alienari debet vero & iusto pretio: dubitatur apud multos, quod dicatur verũ & iustũ pretium in foro cõsciẽtiæ. Ad hoc dic: Aut pretiũ est taxatum à lege vel statuto, illud est verũ & iustũ pretium, nec

nec licet vltrà aliquid accipere, etiā modicū:quia lex etsi dura sit,seruanda est l.prospexit.ff.qui & à quibus. & dixi suprà in verbo, vel nisi taxa-
29 tū. *Et est ratio:qa vbi lex figit pedes suos,nō licet vltrà trāsgredi : vt no.gl.pen.in l.si nō fuerint.ff. ꝓ socio. & probatᷓ in c.fleat peccator.extrà de re.iur.cū si.Et ad hoc vide, qđ scripsit dñs Pet.de Ancha.in repe. c. canonū statuta.in cxxij.col.fin.extrà de cōstitu.vbi dixit,ꝙ ad hoc vt cōpetat beneficiū l.ij.C. de rescinden. vēdi.sufficit ꝙ lesio sit vltrà dimidiā iusti pretij,etiā in vno nūmo tantū: qa d.l.ij.sic figit pedes suos,p gl.in l. si nō fuerint.ff.ꝓ socio.Et idē tenet Bal.ĩ d.l.ij.xij.q.& idē no.gl.& ibi p Doc.in c.cū causam.extrà de emp.& vē.Aut p̄tiū nō est limitatū aut taxatū,& in hoc pendēt leges & ꝓphetę: qa res sæpenumero diuersis pretijs vēdūtur,præsertim in diuersis locis. vt l.ideo.ff.de eo quod cer.lo. Et tūc subdistingue:Aut loquimur de reb⁹ mobilibus aut immobilibus. Si loquimur de rebus mobilibus,tūc dic, quòd res tantùm valet, quantùm cōmuniter vendi potest: vt l. si seruus furtiuus.in prin.ff.de condi.furti.& ibi gl.in verbo inuenerit.hoc no. & allegat ad hoc cōcordantes.qđ intellige scienti & intelligenti conditione rei,vt est tex.cū glo.not.l.mortis causa capimus.§.fin.ff.de dona.cau. mor.vbi per Docto.& statim dicam.
30 *Itē intellige,quātū cōmuniter vē-
a di potest a,non existenti in egestate, nec in aliqua necessitate, nec in aliqua leuitate,nec in aliqua nimia affectione,vel cōmoditate:vt patet ex his,quę dicta sunt suprà. Itē intellige,quantū communiter venditur & vēdi pōt tēpore cōtractus, sec[...] Hosti.Kay.& beatū Bernar. &[...] net Bar.in l.nō intelligit.§.diu[...]tres.ff.de iure fisci.& no.p Doc[...] ij.C.de rescin.ven.nisi ille,qui v[...] imprę sentiarū,nō est venditur[...] puta pelles tēpore æstiuo,sed ea[...]uaturus vsq; ad hyemē, rogatus [...] instigatus p aliū,vt ei vēdat.Nā tu[...] pōt augere pretiū super id, quod [...]muniter in præsenti valet,in tātū,[...] se seruet indēnem.propter quod a[...]quid dixerūt,ꝙ qui merces suas p[...]tas habet,vt portet ad nundinas,[...]risimiliter sperat lucrū ex mercium [...]larū venditione,& inducitur in [...]co,vbi nūc sunt ad vendendū mo[...] prædicto,scilicet instigatus pre[...] videtur ꝙ talis vēditor se possit [...]dēnem cōseruare,augēdo pretiū,[...]cundū beatū Bernardinū in libro [...] cotractibus,& vsuris, xxxiiij. artic[...]lo, in c. iij. qui subdit, ꝙ talis ca[...] non est practicabilis,quia pericu[...]sus,& quòd in eo est habenda ra[...] periculorū & laboris, & expensa[...] quas venditor subijsset transfer[...] merces illas, quas hic vendend[...] subit,ideo modò potest eas ta[...] vendere, quantùm venderet [...] loco nūdinarū:& ita etiā tenēt Do[...]ctor.in c.nauiganti. extrà de vsuris. & maximè dominus Iacob. Ca[...] vij.quęst. Et quod dixi, ꝙ res tant[...] valet,quantùm cōmuniter vendi po[...]test tempore contractus,non int[...]gitur de die contractus tantùm, sed quantùm communiter vēdi poter[...] illa die, & antè & pòst, vt est cas[...] not.in l.pretia rerum.ff. ad l.Falc[...] & ibi hoc not.Bartol.& Docto. in l. ij.ad fin.C.de rescindenda vendi[...]tione, & per eundem Bartol.in l.si seruus

nus.in princip.ff.de cond.fur. & per Ang.in l.in lege Falc.hoc est seruandũ. §.j.ff.ad l.Falcidiã. Item quod dixi, ꝙ res tantũ valet, quantùm cõmuniter vendi potest, intellige quantũ vẽdi potest, scilicet cũ onere suo, & sine: quia minus cõmuniter vẽditur sine onere quàm cũ onere. Exemplũ si potest vendi sine cautione & fideiussione nõ præstita, vel si vendi potest præsenti pecunia vel ad terminũ, vel si vẽditor aut emptor est legalis aut locuples, vel implicitus debitis, ita quòd nõ reperisset emptorẽ, nisi certæ quantitatis. argu. tex. nota. in l.iij. §.mulier.ff. de in diẽ addi.& not.Barto.singulariter in l.j.§.si hæres. ff.ad Trebellian. vbi omnino vide not. Ang.in l. in lege Falcidia, hoc est seruandum. ff ad l.Falci. Facit l.si quis stipulatus sit Stichum aut Pamphilum. & ibi notat dominus Pau.de Castro.ff. de verborum obligatio. quod not.Barto.in l.in lege Falci.nõ habetur. & in l.j.& l.quærebatur.ad l.Falc. Ad quod adde, quod dicam in sequẽ.præsumptione. ver. & prædicta de re procedunt. Item ꝙ dixi, ꝙ res tantùm valet, quantũ cõmuniter vendi potest: intellige quãtùm communiter venditur, similis res, & vendi solet in foro publico, vt est text.in l. septem. & ibi Bar.C.de eroga.mili.libr.xij. & probatur in c. j.ibi, quem in mercato.extrà de emptione & venditione.& habetur per Barto.& Docto.in dicta l. pretia rerum.ff.ad l.Falcidiam.& in dicta l.si seruus.ff.de condi.furt.& per Anto. de But.in c.cùm causam.in ver.ad secundum demum probandum. extrà de emptione & venditione. Et si in foro huiusmodi res vendi non consueuit, inspicitur quantùm vẽdi põt in eo loco vel ea regione. Et si in foro, vel in illo loco diuersis pretijs vẽderetur, tunc media via est eligẽda, vt statim dicam in casu seq. Item res tantùm valet, quantùm est æstimata in æstimo communis, vt probatur in l.hi qui.& ibi hoc no.Bart.C.de prædi.naui.lib.xj. Item res tantùm valet, quantùm est æstimata per duos peritos æstimatores. vt not. Barto. & ibi Doc.in l.ij.C.de rescindẽda vẽditio. Si verò loquimur de rebus immobilibus, dic ꝙ non põt dari certa doctrina, quando sit verum & iustum pretium: nisi hoc modo, si vendo fundum pro centum, debet considerari, si tantùm valet, verè habito respectu ad eius qualitatẽ & conditionẽ, & fructuum perceptionem, vt l.si quis.C.de rescindenda venditione. & in l.si fundum per fideicõmissum. in princi.& ibi glo.j.ff.de leg.j.& in l.pen.ff.de rebus cor.& notat gloss. Barto. & Doctor.in l.ij.C.de rescindenda venditione. & notat glossa & Doc.in c.cùm causam.el ij. extrà de test. & si cõmuniter vẽdetur pro tanto in loca pertinentia vel contracta scienti & intelligenti qualitatẽ & cõditionem rei venditæ, est text. cum glossa nota. in dicta l. mortis causa capimus. §.finali: & ibi per Doctores.ff.de donation.causa mortis. & habetur in l.si seruus.ff.de cond. furti.& in l.pretia rerum.ff.ad l. Falcid. & per Barto.in l.non intelligitur.§. diui fratres.ff.de iure fisci.& probatur in l.si quis vxori.§.si statu liber. & ibi hoc notat Barto. & Angel. ff. de furt. & ibi per Bartolũ & Docto. in l.j.§.si hæres.ff.ad Trebel. & per eundem Angelum in l. in lege Falcidia,

dia hoc seruandũ. §.j.ff.ad legẽ Falci. vbi omnino est videndũ. Et istud esset commune, verũ, & iustum pretiũ. debent etiã considerari ea, quæ dicta sunt suprà de rebus mobilibus, & si non posset præcisè dici quantũ communiter possent vendi: quia fortè aliquando huiusmodi res vendũtur communiter centum, aliquando centum & quinq;, aliquando octuaginta quinq;: tunc in his non esset illicitum, quocunq; de illis pretijs cõcurrẽtibus venderetur propriè. Sed tutius esset, ꝙ eligatur medium pretiũ in casu proposito de centũ, & in
31 similibus. *Et sic media via tanquã tutior esset eligenda. & ad hoc vide tex. qui optimè facit in l. fundum. cũ l. sequenti, quę incipit, ita vt omnes. in principio. ff. mandati. coniuncto c. illud. extrà, de clerico excommunicato mi. adde tamen circa prædicta quod plenè notat beatus Bernardinus in dicto libello de contractibus & vsu. in trigesimotertio sermone, articulo secundo, in secunda particula capituli vij. in fine, & plenius per eũdem in eodẽ libro, trigesimoquinto sermone, articulo primo. & cap. ij. & plenissimè in extractis dicti tractatus beati Bernardini in titulo vsura. tertio, vbi ponuntur duodecim regulæ iusti pretij, vbi videri poterit. Aliqui tamen dicunt, quòd in hoc casu, quãdo res vẽditur minori pretio quàm valeat, & ab ipso principio vẽditionis, est actũ, quòd teneatur emptor locare dictam rem venditam cum pacto de retrouendendo pro iusto pretio, quòd non sit prohibitum vel illicitum rem emere etiam prope dimidiam iusti pretij de iure ciuili, vel canonico, nec etiam in foro conscientiæ, ex quo illud quod plus valet res vendita, remanet apud venditorem pro suo iure vtilis dominij, cùm saltem aliter ipse non esset venditurus. Vnde non videtur esse deceptus in aliquo venditor, quo penes ipsum remanet omne id quod plus valet res vendita iure suo, scilicet vtilis dominij, illud instantest vendere, vt lege finali. C. de iure emphyteoti. Ad quod addam, quæ dicam in quinto casu principali, versicul. iij. casu. ibi, credo tamen esse maior præsumptio. Sed certe isti hoc non bene dicunt, nec sequitur quòd plus illud, quod valet res vendita, remanet apud venditorẽ, eundemq; conductorem pro suis melioramentis, & sic pro iure suo. ergo non læsus: quia illud plus non potest liberè vendere, sicut potuisset, si non esset venditum, sed cum suo onere liuellario vendere tenetur, quod sibi difficilius erit, & magis damnosum. pro hoc lex tertia. §. meliorata. ff. de in diem addic. & dixi supra. Itẽ q̃a tenetur prius domino denunciare, & eo emere nolente, tenetur laudemium, quod theloneum siue quinquagesima appellatur, soluere, vt lege finali. C. de iure emphyteo. Item quia si alienaret domino irrequisito, caderet ab omni iure suo, vt dicit dicta l. finalis. Item quia propter canonem debito tempore nõ solutum, caderet à iure suo, cum propter culpam suam perderet etiam illa melioramenta. vt habetur in dicta lege finali, & in lege ii. C. de iure emphyteotico. & in capitulo potuit. extrà de locato. quæ non perderet, si non essent in dicta venditione. Item amitteret etiam illud ius

ius redimendi, quando esset concessum & appositum in instrumento locationis liuellariæ: quia tunc censeretur esse ius emphyteoticum seu pars iuris emphyteotici, in lege sterilis. §. si tibi. ff. de actio. empt. & in l. qui fundum vendidit. ff. de contrahenda emptio. facit etiam lex fundi partem. eodem titulo. Vnde cùm liuellarius non soluens canonē tempore debito, vel alienans irrequisito domino, cadere debet à iure suo emphyteotico: vt l. ij. & l. finali. in fine. C. de iure emphyteoti. cadet etiam ab isto iure redimendi, quod à est pars iuris emphyteotici, vt dixi. Secus si ipsum ius redimendi esset concessum & ascriptum in ipso instrumento vēditionis, separato ipso ab instrumento locationis liuellariæ, vel post instrumentum iuris emphyteotici, vel quandocunque in alio instrumento, & de per se: quia tunc non posset dici pars iuris emphyteotici, sed quoddam aliud ius personale separatum à iure emphyteotico. Et ideo licet propter culpam commissam in nō soluendo canonem, vel alienando, caderet à iure emphyteotico, vt dicta l. ij. & fina. non tamen caderet à iure reemēdi, per dicta iura, quod est bene notandum: quia sæpe in facto euenit, & Doctores hoc non tangunt. Et prędicta procedunt, etiam si in instromēto venditionis contineat donatio, de eo quod plus valeret ipsa res vendita, secundùm ea, quæ dicam in septima præsumptione.

a Vēdi pōt. *Quantum uēdi pōt in loco in quo est res, licet alibi plus uēderetur uel minus. l. fi. C. de admi. tu. & tenet Ludo. Pō. in l. j. §. si hæres. ff. ad Treb. pone exemplū de libro in loco studij, secūdū Barto. in l. etsi equo. de le. j. itē tātum res ualet, quantum est æstimata ut æstimo communis. l. hi qui. & ibi Bar. C. de præ. nauic. lib. xj. in j. q. Bald. contra l. ij. pen. colum. C. de rescin. uendi.*

32 TERTIA* præsumptio est, quando esset læsio in locatione seu in quantitate fictus. & hoc potest esse quatuor modis, in persona conductoris, & alio modo in persona locatoris. Primo modo ex persona conductoris, quādo excedit summam iusti pretij habito respectu ad quantitatem pecuniæ solutæ pro re uendita, eadēq; locata. Et habito respectu ad fructus, qui recipiūtur seu pcipi possunt ex dicta re locata, & ad possessionē, quæ exolui debet ex re liuella. Exemplum: Emi à Titio fundum cētum aureis, & sibi locaui eundē fundum pro xxxiij. libr. in anno. certè ista est læsio respectu pecuniæ meæ solutæ, quia soluuntur communiter in ciuitate Veronæ vigintiquinq; libræ denariorum pro re empta centum ducatis. & est læsio respectu fructuum percipiēdorum ex dicto fundo valente centum aureos vltra vigintiquinq; libras denariorum, vel circa earum æstimationem deductis expensis, ac etiam est læsio respectu liuelli: quia licet fictus meæ locationis sit iustus, & communiter Veronæ reputetur iustus, quādo soluuntur de liuello emphyteosi, & nō de locatiōe simplici, debet solui pro minori quantitate, videlicet in ratione quinque pro centenario, quia istud est iustum pretium fictus liuelli siue emphyteosis. Nam quantùm ad soluendū fictum de liuello, oportet non ex reditibus metiri emphy-

teosim, sed æstimari pensionē subtiliter, & ex ptio collecto reditus possibiles in viginti annis computari, & in reditibus ex hoc computatis agi emphyteosim: vt est tex. in authē. de nō alienan. §. quia verò Leonis. in fi. & in authē. perpetua. C. de sacrosan. eccl. Et sic pensio iusta, quæ recipitur ex re liuellata, est illa quæ collata in viginti annis vltra viginti annos, continet æstimationē rei liuellatæ: vt not. glo. in dicta a uten. perpetua. in verbo iuxta. & in dicto §. quia verò Leonis. in fin. in verbo, faciendā. & sic ex hoc patet, ꝙ pretium fictus, quod ex simplici locatione annuatim soluitur, per respectum ad ipsos fructus, videtur esse quædā tacita vēditio fructuū: sed pēsio siue fructus, qui soluitur ex cōtractu emphyteotico siue liuellario, nō datur principaliter per respectū ad fruct⁹, sed in recognitionē domini tātùm, vt notat Bartolus in l. j. in ij. oppo. C. de iure emphyteotico. & Anton. de Butr. in c. potuit. extra de loca. Et est ratio inter fictū rei locatæ simpliciter, & fictū rei liuellatæ: quia liuellarius tenetur manumittere rem liuellatam suis expensis, maximè cū detur & dicatur in instrumēto liuellario ad meliorandū & non peiorandū, vt habetur in l. j. & fin. C. de iure emphyt. & ēt. si res liuellata culpa liuellarij, vel etiā sine culpa, sed casu fortuito deterioraretur, nihilominus liuellarius siue emphyteota semper tenetur ad pensionē, nisi tota res pereat, vt d. l. j. & ibi not. C. de iure emphy. & habetur in §. adeò, Institu. de locati. in tantùm, quòd liuellarius verus, qui non potuit percipere fructus aut reditus rei liuellatæ, pensionem soluere tenetur in recompensatione, quod minus soluit, quàm si ... ductor, vt habetur in d. l. j. C. emphyteotico. & in c. propter sterilitatem. extrà de loca. & ita ... tudine generali Veronæ ... tur, quod non est in simplici vel conductore, qui nō tenetur sumptibus rem locatā manutenere, vt habetur in l. colonus. in ... ca. & in l. hactenus. ff. de vsu ... etiam tenetur ad soluendum si non percepit fructus ex re ... vt l. item quæritur. §. exerc... ex conducto. §. si vis tempe... §. sed & si labes. & in l. si me... vis maior. ff. loca. & in l. si vn... titulo. Et habetur in dicto cap. propter sterilitatem. & ad hoc ... cum gloss. nota. in autentic. ... alienan. §. quia verò Leonis. in ... bo, diximus. quæ incipit, accip... bum, id est, concedimus. colla... text. cum gloss. in verbo, p... tuitos casus. § dudum. eo... lo, & sic cùm liuellarius grauat... in aliquo, imò in pluribus, ... quàm simplex conductor, ... alio releuari. & sic quòd l... soluat tantū fictū in ratio... pro centenario. argu. l. eum ... ibi notat. ff. de iureiurā. ... quòd qui in vno grauatur ... debet releuari, & econtrà. & ... gula c. qui sentit onus. & c. ... congruit. de regulis iuris. in vj. cum similibus. Alio modo contingeret læsio in locatione seu quant... te fictus, videlicet quando exce... summam iusti pretij, habito resp... ctu tantummodò ad quantitate pecunię solutæ pro re vendita ... demq; locata, de qua suprà po...

est exemplũ circa principium huius tertiæ præsumptionis. Tertiò modo cõtingeret læsio, habito respectu solùm ad fructus vel reditus, qui percipi possent ex re locata. exemplum poni põt sicut dictũ est s. in primo modo læsiõis. Potest etiã poni aliud exemplum, in quo communiter decipiuntur: Aut ipsi decipiunt in ciuitate Veronę ementes, ac demũ incõtinenti locantes eãdẽ rem, videlicet quando res vendita, eademq; locata erat domus. Nam licet ego emerim domum pro centũ, & sic iusto pretio, & locauerim iure liuelli eidem venditori eandem domũ pro vigintiquinque libris denariorũ, sic quòd cõmuni pretio, habito respectu ad dictos centum ducatos: quia dictæ vigintiquinque libræ, licet sint commune pretium Veronæ rei, quæ est valoris centum ducatis: quod tamẽ iniustũ, vt statim dicetur, tamẽ certũ est, quòd non est iustum habito respectu ad pensiones siue reditus, qui percipi possent ex dicta domo liuellata: quia dictũ pretium vigintiquinque librarum esset etiam iniustũ respectu locatiõis simplicis. Nam illa domus si tertiæ personæ deberet locari ad tempus, nõ posset locari nisi vsque ad vigintiquinque libras, vel circa. & sic in ratione triũ, pro centenario vel circa. Soluendo ergo hoc casu vigintiquinque libras in anno, esset sine dubio læsio respectu reditus vel pensionis, qui percipi possent ex dicta domo, vt dixi. Quarto modo potest contingere læsio habito respectu solummodò ad pensionem, quæ solui deberet ex re liuellata, vt proximo casu præcedenti, quando soluuntur vigintiquinq; libræ de liuello pro domo vendita centũ; pro quo pretio alij nõ locassent, sed pro maiori: quia ille fictus vigintiquinque librarũ non solum est iustus respectu simplicis locationis, vt dixi, sed etiam liuellariæ: quia si illa domus daretur in emphyteosim tertiæ personæ, non posset dari vltra vigintiquinq; libras. Quinto modo potest cõtingere læsio ex parte locantis, quando emisset rem locatã pro minori pretio quàm valeret. Exemplũ, Emit vnus fundum pro centũ, qui valebat centũ & quinquaginta, & incontinenti venditori locauit in perpetuũ eundẽ fundũ vigintiquinque libris denariorũ in anno, cũ pacto de retrouendẽdo: nam emptor videtur esse deceptus: quia si verè emisset, ex quo ille fundus potuisset alteri locari vigintiquinq; libris cũ dimidia, in ratione vigintiquinque lib. pro centũ ducatis est læsus in duodecim cũ dimidia. Et propter hoc est præsumptio, ꝙ nõ sit verus cõtractus emptionis, ex quo locauit minori pretio nõ duct⁹ necessitate. ad hoc adde, quod dicã in seq. præsumptione. 33 * Conclude tantùm circa prædicta, quæ & quando dicatur, & sit iusta pensio. Aut venditio est facta iusto pretio aut iniusto. Primo casu fundus vẽditus, q locatur vẽditori, aut alliuellatur, aut sibi in emphyteosim cõcedit. Si locatur, pẽsio iusta est, habito respectu ad fructus & reditus, qui percipiuntur ex ea. sed si liuellatur, tũc aut fructus reddit fructus communes, sed multò plus aut minus, quàm cõiter aliæ possessiones reddunt. si reddit fructus cõmunes, & tunc pensio iusta est, habito respectu ad valorem

Pensio alicuius Rei, quę dicat iusta et quando. not.

rei, quæ est secundùm pecuniã solutam per emptorem ratione quinq; pro cẽtenario. Sed si fundus vendit⁹ reddit multò pl⁹ vel minus de fructibus vel reditibus quàm aliæ possessiones. Exemplũ de pluri in molendino, quod est in flumine publico, vt puta Athesi, quod cõmuniter valet centũ ducatos, vel modicũ vltrà, & reddit de fictu simplicis locationis omni anno quadraginta vel quinquaginta minalia frumẽti, & sic vltrà duodecim pro centenario. Exemplum de minori, in domibus vel palatijs, quę cõmuniter multùm valẽt, pro modica pensione locãtur habito respectu ad valorem eorũ: vt est textus in l. fin. §. sin autẽ legata. ibi, veluti domus in prouincijs pretiosæ. C. de bonis quę liber. & ibi Bald. qui dicit per illum tex. quòd domus pretiosæ sunt quodammodò steriles, quia nõ correspondẽt reditibus
34 pretio domorum. *Nam in ciuitate Veronæ cõmuniter in ratione trium pro centenario domus locantur: & quandoque pretio viliori, si sint domus pretiosæ. his duobus casibus videtur, quòd iusta pensio sit, habitō respectū ad fructus vel reditus, quãdo esset locatio simplex: sed si esset liuellatio, tũc in molendino credo, quòd non habeatur respectus ad reditus, qui sunt in magna quantitate, sed in ratione quinque pro centenario, habito respectu ad valorem rei, vt habetur in dicto §. quia verò Leonis. in authen. de nõ alien. colla. ij. Et licet molendinum videat minus valere respectu quantitatis fictus, tamẽ illud est propter periculum, quod est in eo, ne pereat vel deterioretur, & propter magnam impensam, quæ fit in eo manu[...]. Vnde deducẽdo omnes exp[...] æstimationes periculi, nõ dic[...] veritate dominus perciperet [...] de fictu. Cùm ergo liuellatur molendinum vm, & in eo tra[...] omne periculum, & omnis impe[...] ad eum spectet, sicut & dominus [...] mit modico pretio propter dist[...] periculum & impẽsam futuram, [...] debet etiam modico pretio liuel[...]ri, ex quo, vt dixi, in liuellarium [...] it omne periculum & impensa[...] j. cum ibi not. C. de iure emph[...]tico. & dixi suprà. sed in domo [...]do, quòd ista sit iusta pensio, q[...] set iusta, si alteri non venditori [...]laretur. Quæ autem sit illa: dic[...] est illa, qua communiter tales [...]mos liuellari solitæ sunt in eodem loco, vt dixi in prçcedenti præsum[...]ptione, ver. verum, quod dicitur de quo dic vt ibi. Secundo cas[...] quãdo iniusto pretio vẽditus fui[...]dus, qui nũc locatur, & eodẽ mo[...] distingue: Aut fundus venditur [...]dit fructus communes, aut nõ. [...] dit fructus communes, & tunc [...] ro ciuili vel canonico iusta [...] locationis, si in plus est habito [...]ctu ad fructus, & iusta pensio [...]uelli est in ratione quinque pro ce[...]tenario, habito respectu ad valorem rei, & nõ ad pecuniam per emptorem solutam, sed in foro cõscientiæ cre[...]do quòd debeat haberi respectus [...] pecuniã solutã, vt dicam in quinto casu princip. Si autem res nõ red[...] fructus cõmunes in simplici locatio[...]ne, debet haberi respectus ad fruct[...] in liuello. dic vt dixi, quãdo fundus est venditus iusto pretio. & prędicta clarè procedunt, quãdo pensio con[...]sistit

sistit in pecunia. Si autē consisteret in alijs rebus, vt vino, oleo, frumēto & similibus: & tunc debet inspici quantùm communiter valet, & valere æstimatur illud, quod soluitur pro pensione: & in hoc debet etiam cōsiderari, si cōductor tenetur portare vel conducere illum fictum ad domum locatoris, vel nō, iuxta not. per Barto. & Docto. in l. item illa. ff. de constitu. pecunia. & per Bald. in l. acceptam. in xij. vsq; ad sextamdecimam quæstionem. C. de vsuris. & per Angel. in authen. vt exactio instante do. §. illud verò. collatione septima. nam si de iure non teneretur conductor liuellarius conducere fictum suis sumptibus ad domum domini locatoris, & esset conuentū expressè, quod liuellarius teneretur in æstimatione iusti pretij fictus, hęc expensa deberet addi, & per hoc tāto plus fictus æstimari. Idem in expēsis portarum & in gabellis, & in alijs similibus, quod nota: quia aliqui in hoc non aduertunt. Aliqui tamen dicunt, quòd in prędictis casibus licitum est hodie plus recipere de fictu, seu liuello in monetis seu libris denariorum, quàm aliàs: quia in superioribus annis valebat Veronæ aliquando tres libras cum dimidia; aliquādo quatuor: nunc vero valet quatuor cum dimidia. Quando valebat tres libras cum dimidia, cùm sit licitū recipere tantùm quinque pro centenario de fictu liuelli, vt supra dixi, iusta pensio erat in decē & septem libris cum dimidia tantùm, quę tunc erāt quinque ducati. Quādo valebat quatuor libras, iusta pensio erat in viginti libris, quæ erant quinq; aurei. Nunc verò cū ducatus valeat quatuor libras cū dimidia, iusta pēsio est in viginti libris cū dimidia, quę sunt hodie quinque aurei.

35 *Vnde in effectu quicquid valeat aureus, siue eius æstimatio crescat, siue decrescat, semper debet solui tātùm in monetis de fictu liuelli, ꝙ valeat quinq; ducatos de liuello in ratione centū ducatorū: & sic quinque pro centenario. & istud est verissimum, & ita teneo. & ideo cōtractus liuellarij siue emphyteotici celebrati Veronę, tēpore quo ducatus valebat quatuor libras, ex quib⁹ soluebātur viginti sex libre pro centū ducatis, sicut cōmuniter nūc soluūtur Veronæ, sunt illiciti: quia illę vigintiquinq; libræ erāt sex ducati & vnū quartū, & ita erant ratione sexti & vnius quarti pro centenario, quod est bene notādum per Veronenses, ad quod videatur omnino, quod etiam dicam in quinto casu principali, & præcipuè in ver. & ideo. Veronenses seruare videtur. Item aliqui dicunt, quòd indistinctè licitum est emptori locare, siue liuellare rem emptam ipsi vēditori vel alteri pro maiori fictu vel pēsione, quādo est pactum de retrouendendo, quàm si nō esset. nam hoc casu non videtur plenariè, & cū effectu translatū esse dominium in emptorem, ex quo vēditor post certum tempus vel quādocunque potest redimere. cùm enim sit in potestate venditoris posse, quando redimere vult rem venditam, & se liberare à prestatione fictus, siue liuelli, videtur in hoc fieri deterior cōditio emptoris, eiusdēq; locatoris, qa dicta res videtur valere min⁹ ipsi emptori, & præsertim si vēdere vellet emptor, idemq; loca-

tor ius suum, quod habet in ipsa re empta, & per eum locata: non enim ita faciliter reperiret emptorem, sicut reperiret, si non esset pactum de retrouendendo, & si reperiret mino ri pretio ipsum, quando vendere o-
36 porteret, *vt experientia docuit, à qua bonum est sumere argumentũ, vt probatur in Clemẽ. dispẽdiosam. in princ. de iudic. & in c. quàm sit. in princi. de electio. lib. vj. & xliiij. dist. multis. ibi, nisi hæc actionum tuarũ experimentis approbarem. & in authen. de questore. circa principium, ibi, vtilissimo ex ipso rerum experimento. collatione vj. cum similib⁹. Sed certè isti nõ bene sentiunt. Nã licet res empta cum pacto de retrouendendo non ita faciliter reperierit emptorem, sicuti si esset empta sine vllo pacto: non tamen propter hoc debet minori pretio emi, sed ve
b rò, communi & iusto pretio[b]. Nec etiã debet illud cõsiderari, videlicet quòd eodẽ pretio posset quãdoque vendi: quia nõ emit causa vẽdendi, & lis sibi est, quòd emat rem pro iusto pretio, & quòd habeat fruct⁹ seu reditus, aut fictus iustos. hoc probatur per argumẽtũ ab absurdo. Pone enim quòd quis emit fundum, & venditori locauit cum pacto de retrouendendo pretio iniusto in damnum venditoris, eiusdemq; conductoris, & emptor nunquàm vendidit, neque animum vendendi habuit iura sua, quæ habet in dicto fundo empto & locato, vel venditor ipsum redimit post certũ tempus ab ipso primo emptore, nónne esset iniquum & iniustum eum emisse pretio minori, quàm valeret, vel ꝙ recepisset fructus vltra iustũ, cõmune, & verum pretium? certè sic [...] cupletaretur cum iactura alte[...] nam hoc natura. de cõdictio[...] biti. ff. hoc etiã suadet. l. seruus [...] ser. expor. ibi, beneficio affici [...] nem, interest hominis. & ibi [...] glo. quòd quilibet debet esse in[...] tus, vt alij prosit. & allegat [...] iura. facit ad hoc l. vt vim. cum [...] nota. ff. de iustitia & iure. Item [...] iubet lex charitatis dicens, Dilige proximum tuum sicut teipsum [...] habetur Matthæi, vigesimo se[...] do, & ad Philipp. & facit extrà, [...] ma distinctione, humanum g[...] quæ dilectio non solùm est ser[...] da in corde, & proferẽda in ore [...] etiam est exhibenda opere, iux[...] lud Ioã. tertio, Non diligamus [...] bo neque lingua, sed opere & ver[...] tate. Vnde concludendo dici potest, quòd contra rationem naturalem, & contra legem ciuilem & charitatem esset, rẽ minori pretio emere, quàm esset commune & iustum pretium, & locare iniusto fictu in damnum cõductoris, sub hoc prætextu quòd non ita faciliter illud ius vẽditæ & locatæ posset vendi, [...] quandoq; nõ nisi minori pretio [...] di posset propter dictũ pactũ de re[...] trouendendo, vt patet ex prædictis.

a Ad quãtitatẽ pecu. *Res ualet quantum cõiter uẽdi uel locari põt. l. si seruum [...] ij. in prin. & ibi glo. in uer. inuenit. [...] quantũ uẽdi uel locari põt pactis [...] sitis, nõ aũt simpliciter. Bal. in c. de [...] denti. v. col. uersi. de pac. ff. qui [...] pos. l. si uẽditor. § si de seruus expo. [...] in c. cũ Ioã. de fid instr. prædicta [...] etiã in actione. ut tãtũ ualeat, quantũ uẽdi potest modis prædictis. Bald. in [...] per diuersas. j. q. C. man.*

Iusto

b Iusto pretio. *Pretium iustum & uerum dicitur, quod cōmuni æstimatione probatur iustum. Bal. in l. ij. C. de rescind. uen. ulti. col. uer. sed hic occurrit dubium. Item quod in subhastatione offertur. Bal ibi ad fi. Item quod habiturus erat possessor. Bal. ibi, in fi. per l. in fundo. de rei uen. Item uerum inspecto tempore contractus. l. si uoluntate. & ibi Bal. C. de rescin. uen.*

37 QVARTA *præsumptio est, quando contingit læsio in pacto de retrouendendo in quantitate pretij, & hoc potest esse duob⁹ modis. Vno modo in persona vēditoris, alio in persona primi emptoris, eiusdemq; locatoris. De primo pone exemplum, emi fundum à te pro centum, eumq; tibi locaui iusto pretio, & feci tibi pactum, quòd quandocūque possis redimere pro ꝑtio centum & viginti, & sic pro pluri quàm ego emerim: quia si emi fundū pro centum, & posteà sibi eundem locaui iure liuelli, cum pacto de retrouēdendo, omne quod plus valet ipse fundus tempore dictæ locationis, & etiam post melioramentum eius, spectat ipsi liuellario, iuxta l. fina. cū ibi not. C. de iure emphyteo. & dixi suprà secunda præsumptione ad finē. Si ergo volo, quòd ipse conductor quando vult retroëmere, teneatur mihi dare aliquid vltra dictos centum ducatos, quibus emi dictum fundum, volo illud vltra sortem meam, & illud plus est illicitū, vt probatur in c. illo vos. ibi, & quòd vltra summam receptam xl. solidi deberētur. extrà de pigno. & ita tenet Innocen. in c. in ciuitate. in fi. extrà de vsur. Et idem voluit dominus Guil. de Monte Laudu. in Clemē. ex grandi. de vsuris. quē sequitur ibi Cardi. §. cæterū. in iij. quæst. Et alleg. ad hoc Hostiē. & Doc. in c. ad nostram. extrà de emptio. & vend. Imò potest fortè dici vsura, quia quicquid accedit sorti, est vsura, vt est tex. cum gl. in verbo, non possit. in fi. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si certum petatur. & probatur in l. si tibi decem millia. in principio. ff. de pactis. & hoc tenet beatus Ambrosius, vt habetur decimaquarta, quæ-
38 stione tertia, plerique. *vbi dicitur, quodcunq; accedit sorti, vsura est. Hoc idem probatur ex consilio Agatensi. & habetur eadem quæstio. iij. vsura. vbi dicitur, Vsura est, vbi amplius requiritur, quàm quod datur. verbi gratia, si solidos decē dederis, & amplius quæsieris: vel dederis frumenti modiū vnū, & super aliqd exegeris. Et regula illa, quicquid accedit sorti, est vsura, procedit nō solùm in mutuo, sed etiam vbi aliquid excogitatur in fraudem vsurarum, vt est gl. notab. in c. conquestus. in glo. magna, ibi, & dicitur, quicquid sorti ac-
39 cedit. extrà de vsuris. *Et ideo dixit Hosti. in summa de vsuris. §. fin. versi. ij. quod contractus vsurarius detegitur, si creditor recipit aliquid vltra sortem. ad quod vide, quod dicitur in sequenti præsumptione. De secundo modo læsionis in pacto de retrouendendo contingentis in persona primi emptoris, eiusdémque locatoris, potest poni exemplum: Emi à te fundum pro centum, qui valebat centum & quinquaginta, vel vltrà, & feci tibi pactum de retrouendendo in continenti vel ex interuallo pro centum tantùm: certè ego sum læsus in eo quòd vltra centum valet fundus, & propter hoc inducitur præ-

ſumptio contra emptorem, qui fecit dictum pactum de retrouendēdo eodem pretio, ex quo fundus valebat multò plus. Non enim eſt veriſimile, ꝙ ſi voluiſſet, quòd eſſet verus cōtractus emptionis, quòd ſibi feciſſet dictum pactum de retrouendendo pro dicto pretio, ex quo non erā in neceſsitate vendendi, & alij non vēdidiſſem illo pretio, ſed tantùm pluri & iuſto pretio. ad quod adde, qđ dixi in precedenti præſumptione, in quinto modo læſionis. & hanc prçſumptionem bene nota.

40 QVINTA *præſumptio eſt, quæ colligi poteſt ex his, quæ ſtatim dicā, quādo ſcilicet plus exigitur ſiue percipitur ex venditione ſecunda, quàm ſit illud, quod ſoluitur in prima, nō in pecunia, ſed in alia re. Exemplum, ſi emi fundum à Titio centum aureis, & ſibi eum incontinenti liuellaui cum pacto de permutando, hoc modo: videlicet quandocunq; vel vſque ad certam tempus dabit mihi Titius vnum liuellariū bonum tam pro contracambio reſpectu fundi, quàm etiam reſpectu ꝑſonæ liuellariæ, quòd ſim ſibi obligatus facere retrouenditionem dicti fundi. Nam ſi dictus fundus in primo venditus non fuiſſet ſufficiens, vel Titius vendens nō eſſet idoneꝰ vel ſufficiens liuellarius, vel ſi ipſe Titius venditor, idemq; conductor, & fundus venditus eſſet ſufficiens, & idoneus, & vellē quòd in permutatione pro contracambio teneatur mihi dare, aſsignare fundum vnum, & liuellarium meliorem: tunc eſſet illicitum, & vſura, vt probatur ex his, quæ dixi in præcedenti prçſumptione. & ꝓbat̃ expreſsè ex verbis beati Hieronymi ſup Ezechielem, [...] habetur xiiij. quæſt. iij. putant. [...] text. dicit, Putant quidam vſura[...] tùm eſſe in pecunia, quod prou[...] diuina ſcriptura omnis rei auferr[...] perabundantiam, vt plus non re[...] pias quàm dediſti. & probatur ex [...] quæſtione; ſi fœneraueris. & cap. plerique. cum ſequēti. Facit ad hoc etiam optimè gl. in l. rogaſti. §. ſi ti- bi. in ver. nō poſſe. ff. ſi cert. petatur. & gl. ij. in fi. in l. ſi tibi decem millia. ff. de pac. & ſi in pacto de retrouendendo eſſet actū, vt venditor idem conductor tenentur dare vnū contra cambium æque bonum, licitum [...] ſet: quia licet difficilius reperia[...] contracambium quàm pecunia[...] men ſi in contracambio nihil p[...] vel melius interueniat, vel reſpe[...] fundi, vel reſpectu liuellarij, non [...] ſet illicitum, per prædicta.

41 SEXTA *præſumptio eſt, quan[...] do in pacto de retrouendend[...] contingit læſio in aliqua expen[...] quæ ſpectaret ad ipſum emptor[...] eundemq; locatorē, & ipſe vult [...] la expēſa ſpectet ad ipſum prim[...] ditorem, eundēq; conductorē [...] plum, quia in inſtrumēto pacti [...] trouendendo actū & dictū eſt, [...] quandocunq; conductor retroue[...] re voluerit, teneatur ſoluere o[...] expenſas chartarum & inſtrum[...] rum, vt cōmuniter apponere con[...] uerūt notarij Veronæ, & malè [...] de iure communi & etiam de con- ſuetudine Veronæ verſatur, qu[...] emptor teneatur ſoluere inſtrumen tum emptionis: quia iſtud inſtrumē tū ad probationem iuriū ſuorū [...] debet penes ipſum emptorem: vt in c. j. extrà de proba. Et ita vt ſuprà di- xi,

xi, cõmunis consuetudo & obseruãtia est, quòd emptor rei exoluat expẽsas chartarũ siue instrumẽtorum, si vult eas vel ea habere. Et ex quo tractatur de eius cõmodo, etiã debet sentire incõmodũ, per regulã capituli, qui sentit. de regu. iur. lib. vj. & l. secundũ naturã. ff. eo. ti. & habetur in l. cũ qui. in princ. ff. de iureiu. nec ferendum, vt quis lucrum velit amplecti, & onus penitus subire recuset, vt in l. vnica. §. pro secũdo. de cadu. tol. & ita tenet Albe. de Ro. in l. dissolutæ. C. de condi. ex lege. videlicet,
42 * quòd creditor teneã soluere tabellioni conficienti instrumentũ crediti. allega. l. eos. §. interdicta. cũ gl. ibi. C. de vsuris. qui dicit, quòd ita vidit cõmuniter obseruari. Et idẽ tenet in d. l. eos. in fine. qui subdit quòd cõtrariũ faciũt vsurarij Bergomenses: cũ ergo emptor ideẽq; locator velit, quòd conductor soluat omnes expensas chartarum vel instrumentorũ, apparet quòd non vult soluere pro instrumẽto emptionis suæ, qđ ad ipm spectaret: & sic est præsumptio contra eum, ex quo vult aliquid vltra sortem. & non videtur etiã habuisse animũ emendi, sed potius, quòd res vẽdita fuerit in effectu sibi pignorata: quod est notãdũ, quia multi in hoc errant, vt hic probatur, per ea quę dixi in præcedenti præsumptione. Et idem est dicẽdũ, quãdo locator vellet, quòd cõductor quandocũque redimere vellet, teneret soluere omnes expẽsas per ipsum emptorem, eũdẽq; locatorem pro gabella emptionis, vel proxenetis in casu, quòd dicta expensa spectaret in totum vel in partẽ ipsi emptori, iuxta nota. in l. debet. ff. de ædil. edict. & per Bal. & Salyc. in rubri. C. de rebus credi. & per Bal. in l. si prædiũ. C. de ædili. action. & ego plenè scripsi in d. l. debet. quę tamen lex videtur facere in contrarium, dũ vult, quòd vẽditor teneatur emptori restituere illud, quod soluerat emptor pro gabella, & proxenetis. & ibi ideo est: quia cõtractus resoluitur ex culpa venditoris, quoniã res vẽdita erat morbosa vel vitiosa: hic verò ex voluntate vtriusq; ad preces & volũtatẽ venditoris resoluit.

43 SEPTIMA * præsumptio est, quãdo res pro parte vendita, & pro parte donata, & non subest iusta causa donationis, argumento l. per diuersas. cum ibi nota. per glo. & Doct. C. mandati. & tex. cum ibi nota. in l. ab Anastasio. eod. titu. & ita tenet Bal. in l. ij. C. de repudianda hæreditate. & in l. fina. ibi, tertiò põt impugnari. C. ne lic. potent. Et in cõsi. suo, quod incipit. ad probandũ & ostendendũ. in ij. articulo. & Spec. in ti. de cessione actionis. §. j. versi. præsumitur simulatus. Ad quod optimè facit l. vir vxori. & ibi nota. ff. de iure dot. quia nõ est verisimile, quòd fuerit animus donandi, vbi est pactũ, & vbi est de redimendo appositũ. ar. l. qui sic soluit. ff. de sol. etiã si sit dictũ, quòd donetur ob benemerita: vt infrà statim dicam, quod est bene notandũ cõtra vsurarios & illicitos cõtractus celebrantes, qui ne videantur decipere venditores in pretio, faciunt quod in instrumento dicitur, & si qd plus valeret dicta res vendita, quantũcũq; sit illud plus, illud donat dictus vẽditor, iuxta ea quæ habentur per Doctor. in l. si quis cùm aliter. ff. de verborum obligation. Et in l. ij. C. de rescindenda venditio. & in l. si quis do-

donationis.ff.de contrahenda em-
ptione.& per Bart.& Docto.in l.ſi ti
bi.in princip.ff.de pactis.& per An-
to.de Butr.& Docto.in c.cũ cauſam.
extra de emptione & vẽditione.Nã
talis cautela donationis inducit prę
ſumptionem fraudis: quia donatio
dicitur iactatio, & dilapidatio.l. fi-
liusfamil. in princ.ff.de donatio.&
habetur in l.contra iuris.§.ſi filius.
ff.de pac.Sed nemo præſumitur ia-
ctare vel dilapidare ſuum.l.cùm de
indebito.ff.de proba.cum ſi.cùm nõ
ſubſit iuſta & legitima cauſa donan-
di in venditore,ſed potius neceſsi-
tas,ex quo magis indiget quam em-
ptor:quia communiter quis vendit
poſſeſsiones ſuas propter neceſsita-
tem cauſa habendi pecuniam,cui po
tius eſſet facienda donatio,quàm ꝙ
44 ipſe emptori donaret. * Nam do-
natio pura & ſimplex fit propter li-
beralitatem & munificentiam,vt di-
cit tex.in l.j.in ſecundo reſponſo.ff.
de dona.Sed in neceſsitatibus nemo
liberalis exiſtit,nec exiſtere præſu-
mitur,vt l.rem legatam.in fine.ff.de
adimen.legat.& id donari videtur,
quod nullo iure cogente concedit:
vt l.donari videtur.ff.de regu.iur.&
ff.de donat.præſumitur ergo dicta
donatio facta à venditore,ſi nõ pro-
betur per emptorem iuſta & legiti-
ma cauſa,cùm in dubio non pręſu-
matur,vt dicta leg.cùm de indebito.
in principio.quòd potius facta fue-
rit ob neceſsitatem,quàm ob merã
liberalitatẽ,quòd emptor aliter non
a emiſſet,niſi cum dicta donatione,[a]
& quod non donaſſet,niſi illam par
tem donatarius emiſſet,vt no.glo.in
l.ab Anaſtaſio.in verbo coloratam.
C.mandati.& ſic donatio in fraudẽ
facta eſſe præſumitur,ne videatur
ſe deceptus in pretio.ad quod b
aduertant notarij,ne ſint faciles
prompti ad ſcribendum dictam c
ſulam donationis pleniſsimam in
ſtrumentis venditionũ.Sed illã ſim
plicem,videlicet,ſi quid plus valet
&c.& indiſtinctè poſſunt apponere:
quia illa clauſula refertur ad modi-
cum,vt habetur in l.ſi quis cùm ali-
ter.ff.de verbo.obli.& in l.ij.de re-
ſcin.vend.& in l.ſi quis donationis
de contrahen.emptio.Et prædicta
procedunt,etiam ſi in dicta donatio
ne,quæ refertur ad magnam quan
tatem,ſit dictũ pro bonis meritis &
ſeruitijs, vel pro benemeritis, quæ
ipſe donans recepit ab ipſo donata-
45 tio:*quia in dubio benemerita non
præſumuntur.l.ſi fortè.& l.caſtren-
ſe.ff.de caſtren.pecu.& not.gl.in l.ſi
donatione.& ibi per Doct.C.de col
la.& per Docto.in d.l.per diuerſas.
C.manda.niſi illa benemerita vel ſer
uitia fuerint expreſſa vel nominata
in ſpecie:quia tunc pręſumuntur,ſe-
cundùm Bald.qui ita not.in l.illud
quæſtio.iiij.in fi.C.de ſacr.ſanct.ec-
cleſi.allegat l.Aquilius Regulus.ff.
de donatio.& idem ſentit ipſe Bal.
in l.ſi donatione.verſi.ſed quid ſi pa
ter.& in auten.vnde ſi parens.circa
principium.C.de inoffici.teſtamen.
Vel niſi eſſet facta mentio merito-
rum cum iuramento:nam tũc etiam
hæredes iurantis cogerentur ſtare
tali iuramento,vt in autẽti.quod ob
tinet.cum ibi notatis.C.de probat.
ſecundùm Bal.qui ita notat in d.l.ſi
donatione.verſicu.ſed quid ſi pater.
Ex quo tu ſumas cautelam,videlicet
quòd donans ſpecificet illa beneme
rita,& ſeruitia iuret illa eſſe vera:quia
tunc

tūc stabitur illi confeſsioni. quod iuramentū nūquàm apponi facias, niſi vera tibi eſſe affirmentur, ne ſis autor periurij in perditionem animæ tuæ, & contrahentiū. hoc tamen iuramentum parū proficeret, vbi aliæ coniecturæ vel præſumptiones concurrerent, quę redderent contractū ſimulatū, vt eſt glo. not. in l. emptione. C. plus valere quod agitur. quam ſequuntur ibi Doct. & Franciſc. Zaba. in c. ad noſtram. in ij. quæſt. extrà
46 de emptio. & vendit. *Vbi dicit, ꝙ per illam gloſſam, ꝙ contractus ſimulatus non validatur iuramento: reſpōſionem aſsigno. nam cùm deficiat aſſenſus in cōtractu ſimulato, iuramentum ad illud nón extenditur, per id quod habetur in l. fi. C. de non nu. pec. quod tamen intellige, niſi expreſsè fuerit iuratū, omnia & ſingula in inſtrumento contenta vera eſſe: quia tūc allegando ſimulationem, veniret contra iuramentū. ſecus quando ſimpliciter iuraſſet non cōtrauenire, ſecundū Ioan. de Imol. qui ita not. in d. c. ad noſtrā. ad fi. de emptio. & venditi. Itē intellige, niſi iuramentū interueniſſet ex interuallo: quia tunc validaretur dictus contractus, argument. l. ij. cū ibi nota. C. quod me. cauſa. Et facit quod nota. Barto. in l. nemo poteſt. de legat. j. in prin. iij. colum. verſi. quæro an renūciatio exceptionis, in fi. vbi dicit, ꝙ licet renunciatio exceptionis ſimulationis nō valeat, quādo fit inconti nenti: ſecus ſi fiat ex interuallo poſt inſtrumētū, quod dicitur ſimulatū, per dictā l. ij. C. quod metus cauſa. Cæterū ſi ſolū interueniret hæc præſumptio, ꝙ res pro parte eſſet vendita, & pro parte donata, etiā cū pacto de retrouendendo, nō ſufficeret ad præſumendū contractū ſimulatū vel vſurarium, ita quòd poſſet reſcindi in foro ciuili vel canonico. in quo ſtandū eſt ſcripturis. l. cum precibus. C. de probatio. niſi alia indicia concurrunt. ſed in foro cōſcientię & pœnitentiali ſtandū eſſet veritati, ſecūdùm Baldū, qui ita conſuluit in cōſi. ſuo lxij. in ordine, modo incipit. Quidam Petaritius Licij. vbi vide. & nota quia hábui de facto.

a Donatione. *Donatio in fraudē an et quādo præſumitur, uide* Bart. *plenè in l. poſt contractū. & in l. omnes. §.* Lu*cius. de his quæ in frau. cre. & in l. fi. de præto. ſti.* Bal. *in auten. ſed iā neceſſe. C. de do. ante nu. & in addi.* Spe. *de don. uer. pc.*

47 OCTAVA *præſumptio etiā colligi poteſt ex quibuſdā verbis, quæ ſolent apponi in pacto de retrouendendo, dum dicitur, ꝙ quādocunque dictus conductor dabit aut ſoluet fictus rerū venditarū, teneatur dictus locator facere inſtrumentum venditionis, quæ verba important, ꝙ per ceſſationē ſoluēdi fictum per biennium vel triennium, non cadit emphyteota ſeu liuellarius à iure ſuo: vt habetur in l. ij. C. de iure emphyt. & in c. potuit. extrà de locato. Nam quādo apponitur pactum in contractu cōtra eius naturam, & ſic cōtractus eſt inſolitus: eſt præſumptio ſimulationis & fraudis, vt l. ſi quis ſub cōditione. quę eſt lex ſpecialiſsima, & ibi gl. & Doct. ff. de condi. inſtitut. & notat. Bald. in c. j. ver. quæro de quibuſdā pactis. in tit. de feudo dato in vicē leg. cōmiſſoriæ. in vſib. feu. & hoc etiā probatur in c. illo vos. extrà de pigno. vbi pa-

ctum

ctum de cōputandis reditibus in sortem, repugnans naturæ enptio. proportionabile naturæ pignus facit præsumere esse aliū cōtractū, quàm verba contractus sonent, & sic esse simulatū, vt ibi no. Anton. de But. in iiij. nota. & Doctores ibi scribentes. Ex quo dicendū est, quòd vbicunq; apponuntur pacta contra naturam emptionis vel venditionis, siue alterius similis contractus, aut locationis, vel cōductionis in damnū venditoris eiusdemq; conductoris, presumitur contractus simulatus. l. qui testamētum. & l. cū tacitū. cū ibi nota. ff. de proba. ad quod adde, quod dicā in sequenti præsumptione. Auget etiā hāc presumptionē illud verbum, Venditarū, dum dicitur, fictus rerum venditarū & non rerum locatarum. Nam liuellarius non dicitur vendere proprietatē, sed vtile dominium. & dicitur vtilitas fructuū locari in perpetuum, ex qua locatione quæritur ius vtile, etiā in superficie, & fructibus, vt habetur in l. j. ff. si ager vectig. vel emphyteoticarius petatur, & in dicto c. potuit. de locato. Hæc tamen præsumptio sola parum operaretur, præsertim illa quę venit ex verbo Venditarū: quia illud verbum potius apponitur in instrumentis culpa tabellionis, quàm ex mala mente cōtrahentiū, qui sępissime vt idieotę ignorant sensum & intellectū verborū, iuxta nota. in l. quòd si nepotes. ff. de testamentar. tutela. & habetur per textū notabilē in capitulo primo, circa principium, ibi, sed propter simplices, & nominis significationis ignaros. in titul. de noua forma fidelitatis. in vsibus feudorum. Sed cū alijs præsumptionibus coniuncta satis operaretur: quia sicut dicitur, & quæ nō prosunt singula, multa iuuant: vt probatur in l. instrumenta. ibi hoc nota. gloss. C. de probationibus. ita econtrà, & quæ non nocent singula, multa nocent: vt ibi eadem ratione.

48 NONA * præsumptio colligitur ex pactis vel clausulis insolitis in instrumento appositis, vt no. in l. si quis sub conditione. ff. de conditio. institut. & ibi hoc not. gl. Bald. Angel. & Doct. & idē no. Bal. in versic. quæro de quibusdā pactis. ad [?] in titul. de feudo dato in vicem le[?] cōmiss. & habetur in c. illo vos. extr. de pigno. & in c. ad nostrā. extrà de emptio. & venditio. & facit quod dixi in precedenti præsumptione, quod bene nota contra multos, qui conantur apponere ī instrumētis multa pacta extranea, & insolita ad illaqueandum debitorē: quod nō est in dubio faciendū: quia sæpenumero talia pacta vel clausulæ huiusmodi indicant potius fraudis suspicionē, quàm contractus validationē cōtra mentē contrahentiū. Ex quo infero, ꝙ si locatur domus vendita ipsi vēditori pro fictu vini vel olei, aut alteri' fructus, qui non percipiantur ex ea, cū tales fictus præstari non soleant ex domibus, & tale pactū sit insolitū, contra talē locantē erit præsumēdū. Et idē est dicendū in similibus, quod nota. Itē ex hoc infero, ꝙ si in instrumento essent ista verba, vendidit & tradidit verè, & non in fraudē vsurarū, vt vidi sæpissime in instrumentis: ꝙ a ex istis verbis instrumētum [a] magis presumeretur suspectū secūdū Baldū, qui ita not. in l. emptione. versi. ꝙ si in instrumēto. C. plus valere quod agitur.

agitur.per gl.in d.l.si quis sub cōditione.ff.de conditio.institu. quē sequitur Ioā.de Imol.in d.c.ad nostrā. circa finē.cui adde qđ dicam in fine omniū præsumptionum.versic. sed circa prędictas presumptiones.

a *Instrumēt. Instrumentū de cuius simulatione cōstet, nō prodest. l. quāuis. & ibi Bal. C. si quis alteri uel sibi. Instrumentū simulatū nō dicitur instrumentū, & ideo non uenit appellatione instrumentorum in statuto.* Bald. in l. *fi. §. in computatione. ulti. col.* C. *de iure deliberandi.*

49 DECIMA *præsumptio hîc potissima est in pacto de retrouēdēdo, qñ dictus emptor idēq; locator voluit cōtractū vēditionis posse dissolui, nisi vsq; ad certū tempus: & sic nisi certo tpe lapso. puta, sex annorū: sed tantū post sex annos qñcūque. & sic resolutio cōtractus nō pēdebat à facultate primi venditoris ab ipso principio, sed solùm post certum tempus: quia hoc casu apparet, quòd primus emptor idemq; locator voluit esse pro illo tempore in lucro percipiendorum fructuū seu fictuum, & ita esse certus de hoc. Dubitauit enim fortè, quòd venditor idemque conductor nisi illud pactū interuenisset, retroēmisset dictam rem venditam post modicum tempus, postquàm res suas peregisset cū pecunia per emptorem soluta: & sic ipse venditor rem suā ageret cū modico vel nullo damno: qñia parū de fictu solueret, & ipse emptor modicum lucraretur de sua pecunia: ex quo ergo voluit esse securus ꝓ certo tempore in percipiendo fictu, videtur dubitasse, quòd emptor habuit potius animū pignorādi quàm vendendi, & quòd hoc non obstante voluerit fictum certum & securū pro aliquo tempore, & sic ex hoc insurgit præsumptio simulationis & fraudis: & hoc probatur in c. ad nostrā. ibi, promisit: vt quādocunq; à septennio vsq; ad nouenniū daret. extrà de empt. & vēdi. & in c. illo vos. ibi, vt si à tēpore contractus vsq; ad duos annos. extrà de pignori. & ita vidi consultū per multos sacrorū canonū interpretes. & ita tenet Hosti. & Ioan. And. in c. ad nostram. super verbo, ad nouēnii. in nouella. & beatus Bernardinus in suo tractatu de contractibus & vsuris. in xxxix. sermone. art. ij. c. j. & allegat ad hoc solummodò Hosti. & Ioan. An. in d. c. ad nostrā. Sed Bal. in c. j. versi. quæro de quibusdā pactis. in titu. de feudo dato ī vicē legis cōmiss. in vsi. feud. in hoc referendo aliorū opiniones approbat illam, scilicet, ꝙ ex hoc pacto de retrouendēdo non censeatur cōtractus fœneratitius, qa nulla lex

50 vel decretū hoc dicit. *Et quia emptio & vēditio pōt fieri ad certū tēpus, vt l. ij. C. de pactis inter emptorē & venditorē, nisi emptor esset solitus fœnerari, & in fraudē vsurarū instrumenta simulata cōficere, vt habetur in regula, semel malus. de regu. iur. in vj. & hoc dictū Baldi procederet sine dubio, quādo rē meā locarē vni in perpetuū cum pacto de emendo post certū tēpus, & non ante. quo casu non modò iste contractus non censeretur vsurarius ibi, imò nulla vsuræ præsumptio ex hoc insurgeret. sed si emissem purè fundū à Titio, & sibi non locassem, sed tempore venditionis feci sibi pactū, quòd lapso certo tempore tantùm, & non

antè

ante posſit retroëmere. quo caſu loquitur tex. in d. c. ad noſtrã. & in d. c. illo vos. vel ſi emiſſem ab vno fundũ, & ipſum eidẽ incontinenti locaſſem, vel feciſſem pactũ de locando cũ pacto de rẽtrouẽdendo poſt certum tẽpus, ſiue lapſo certo tempore tantùm. Et his duobus proximè caſibus negari non poteſt, quin inſurgat mala pręſumptio contra dictum emptorẽ propter dictũ pactũ de retrouendendo poſt certũ tẽpus, & nõ antè. probatur in d. c. ad noſtrã. & c. illo vos. in quibus non fit mentio de illo pacto ſine cauſa, vt probaui in principio huius pręſumptionis. Et ita intelligo prędictos Doctores, qui in hoc cõſuluerunt, & bene, vt ſuprà dixi. Sed tamẽ iſta pręſumptio ſola ſine alijs non ſufficeret ad probandũ contractũ vſurariũ, ſed cõiuncta cum alijs præſumptionibus ſic. Et ita intelligo dictũ Baldi, in d. c. j. in titul. de feudo dato in vicem leg. commiſſ. & probatur expreſsè in d. c. illo vos. vbi erat dictũ pactũ, & tamen quando concluditur, dicendũ contractũ eſſe vſurarium, non ſe fundat Papa ex dicto pacto tantùm, ſed etiã ex tribus alijs cõiecturis ſeu pręſumptionibus. Prima, quia fuit actũ quòd fructus percepti deberent in ſoluenda pecunia numerari. Secunda, quia vltra ſummã receptam ſexaginta ſolidi debebãt perſolui. Tertia, quia primus ille emptor vſuras cõſueuerat exercere. & probatur in d. c. ad noſtram. de emptio. & venditio. vbi etiam fuit appoſitum dictum pactũ de retrouendendo poſt certum tempus, & non antè. Et tamen Papa ibi dum concludit, illum contractũ eſſe vſurariũ, non ſe fundat in dicto pacto tantùm: ſed [...] in enormitate pretij, quod n[...] midiam iuſti pretij continge[...] quibus præſumit emptionem [...] in dolo vel fraude: quia ibi pa[...] veritate fecerunt mutuũ. Sed [...] mutuans quòd fieret inſtrumen[...] de venditione.

51 VNDECIMA * præſump[...] eſt ſimilis præcedenti, qu[...] in pacto de retrouendendo fi[...] ctum ecõtrà, videlicet quòd e[...] teneatur retrouendere vẽditor[...] dum venditũ vſque ad certum [...] pus, puta decem vel octo ann[...] poſt octo vel decẽ annos ſit in[...] tate ipſius primi emptoris, ꝙ v[...] tor ſit & remaneat liuellarius p[...] tuus, vel quòd poſsit cogi ad r[...] uendendũ dictũ fundũ vendit[...] quando fuiſſet locatus, vel qua[...] non fuiſſet locatus, ꝙ poſt dictũ [...] minum ſit in libertate dicti empt[...] ris vel retinere rẽ emptam pro [...] libera, vel retrouẽdere primo ve[...] tori, vt probatur ꝑ ea quæ dicta [...] in præcedenti præſumptione, & [...] d. c. illo vos. ibi, vt ſi à tẽpore c[...] ctus. extrà de pignorib. & hoc [...] fectu tenet Hoſtien. in ſumma [...] ſuris. §. fi. verſi. ij. vbi dicit, ꝙ e[...] ſumptio mala contra creditorẽ [...] do vult, quòd ſit in eius poteſ[...] an velit reſcindi. Adde tamen p[...] dictis, quòd ſi eſſet pactũ appoſ[...] ꝙ poſt certum tempus vel cond[...] nem liceret venditori recipere re[...] per ipſum venditã, ſi ipſe vellet, [...] tale pactum valeret, vt eſt textus [...] ta. in l. ſi vir vxori. ff. de præſcript[...] verbis. & notat etiam Baldus [...] leg. final. C. de iure fiſci, libr. x. Et [...] de quod notat Bald. in c. j. in titu[...] fe[...]

feudis dandis mini. valuas. in vsibus feudo. Circa quod dic, vt dixi in præcedenti præsumptione. quia est par eademq; ratio.

52 DVODECIMA* præsumptio secundū aliquos, qn̄ quis vēderet fundū mihi, & ego dictū fundum sibi locarē in perpetuū, & simpliciter esset appositū pactū de retrouendēdo vsq; ad certum tēpus tantū, puta septem vel decē annos. nam isti dicunt, ꝙ per pactū de retrouendēdo vsq; ad certum tēpus tantū, videtur ꝙ vēditor ideq; cōductor nō habuerit animum vendendi, ex quo sperat vsq; ad illud tēpus retroëmere. & eadē ratione videtur, ꝙ ego emptor verè voluerim emere postquàm feci sibi dictū pactum, & dictus venditor non erat aliter vēditurus, nisi cū dicto pacto. & quia ex hoc quod paciscitur vsq; ad certum tēpus, apparet ꝙ interim voluerit lucrari fructus secūdū Ant. de But. in d. c. ad nostram. ibi, quid in dubio. extra de empti. & vend. qui hoc vltimū notando, videtur illud sentire. & isti q sunt in hac opinione, dicunt, ꝙ melius & tutius esset apponere pactū de retrouēdendo in perpetuū. Et pro hac opinione facit, quod dicā in xxv. præsumptione. Alij dicūt ecōtrà, videlicet ꝙ maior est præsumptio, quādo appositū est pactū de retrouendēdo in perpetuū: quia videtur maior præsumptio ex parte venditoris, ꝙ verè noluerit vēdere, ex quo voluit semper esse in libertate redimēdi. & sic est ex parte emptoris: quia non videtur habuisse verè animum emere, ex quo concessit venditori, quòd possit quandocunque redimere. quid dicendum.

53 *Hæc quæstio decisa est de iure ciuili: quia non est differentia an fiat pactū de retrouendēdo vsq; ad certum tēpus completum vel in perpetuū. & in vtroq; casu est licitum, nec ex eo insurgit aliqua mala præsumptio: vt est casus expressus, & in terminis sæpe allega. l. ij. C. de pactis inter emptorē & venditorē. ibi, pretiū quandocunq; vel intra tempora obtulissent. vbi hoc no. Bal. in fin. qui dicit, ꝙ ex pacto de retrouendendo eodem pretio etiā lucrāte emptore fructus medij tēporis etiā ante moram, contractus nō præsumitur simulatus. & idē de iure canonico, vt probatur in d. c. ad nostrā. de emp. & vēdi. & in d. c. illo vos. de pigno. nā ibi tale pactū simpliciter non reprobatur. ad quod vide quod dixi in x. præsumptione, & in secundo casu principali. Et illud idē ego credo in foro conscientiæ, quod de iure ciuili vel canonico, dictum est, vt suprà dixi in principio huius tractatus, in ver. alij dicunt, ꝙ dictus contractus. & etiam dixi in secundo casu principali: quia hoc solum pactum de retrouendendo ad tempus, vel in perpetuum nō inducit aliquam malā præsumptionem, maximè præsumentem contractum esse vsurarium vel simulatum, vt dixi dicto secundo casu principali. Nam si lex ciuilis & canonica hoc permittit. non est damnum illicitū, ne inde iniuriarū nascatur occasio, vnde iura nascuntur. l. meminerint. C. vnde vi, & c. qualiter & quando. el primo, extrà de accusation. & facit lex secunda. C. de indicta viduitate tollenda. & quia quod fit lege permittente, pœnā nō meretur. leg.
54 Gracchus. C. de adulterijs. facit, *Nemo dicitur damnum facere, nisi cùm id

id facit, quod ius facere non habet: vt l.nemo damnum. quæ est in pen. char.ff.de regulis iur. sed si adessent vel concurrerent aliquæ de prædictis præsumptionibus, & maximè illa, videlicet quando constat, quòd venditor non erat aliter vẽditurus, nisi cum dicto pacto de retrouendẽdo ad tempus completũ, vel in perpetuum: quo casu est præsumptio simulationis, vt dixi in prima præsumptione. & tunc procedit dicta quæstio, quæ sit maior præsumptio simulationis seu fraudis, an facere pactũ de retrouendendo ad tempus completum, an ad in perpetuum. Circa quod ego sic distinguo: Aut quærimus quo ad præsumendum contra primum venditorẽ, & tunc teneo, ꝙ sit maior præsumptio simulationis, facere pactum de retrouendendo in perpetuum, quàm ad tempus cõpletum: quia videtur, quod hoc casu nullo modo voluerit perfectè vendere, sed potius pignorare; ex quo voluit esse perpetuò in libertate redimendi. Si enim esset pactum appositum de retrouendendo vsque ad certum tempus completum, videtur saltem post illud tempus, quo habuerit animum in totum alienandi & abdicandi rem à se, in casu, quo rem venditã infra dictum tempus retroẽmere nõ posset. Aut quærimus quo ad præsumẽdum contra ipsum emptorẽ, qui fecit pactum de retrouendendo: & tunc aut venditor voluit nomináde pactum de retrouendendo in perpetuum: quia non erat aliter venditurus, & tũc nulla videtur esse presumptio contra emptorem: quia est credendum, ꝙ non libenter faceret dictum pactum, & quòd potius voluisset, ꝙ dictũ pactum esset ad temp
completũ, cùm istud sit empt-
uorabili⁹, ne rès ipsa empta si-
55 per in suspenso. *Quia in
quis presumitur velle, quod est
fauorabili⁹: vt probatur in l.iij.
les.ff.de testa.mili. Nam sine du
melius est, & vtilius & fauorabili
emptori, quòd ipse faciat venditor
pactum de retrouendendo ad tẽpus
completũ, quàm in perpetuum: qui
si facit ad tempus completum, possi
bile erit, ꝙ intra dictum tempus
redimet. & sic res vẽdita rema
pleno iure apud emptorẽ, quãd
fuisset liuellata, vel remanebit a
venditorẽ, quãdo fuit sibi liuell
perpetuo liuellario: quod erit pr
pter hoc sine dubio vtilis emptori
Item erit vtilius alia de causa: q
si vellet vendere ius, quod habet
dicta re per ipsum empta, melius &
citius vẽderetur, qñ esset appositum
in perpetuũ: imò multi & quampl
rimi in ciuitate Veronę cauent se
huiusmodi emptionib⁹ & possessio
nũ & liuellariorũ, quando liuell
habẽt pactũ de retrouendẽdo in
petuũ, vt notissimum est in ciuit
Veronæ. Et dixi s. in iij. præsumptio
ne, ver. alij tamen dicũt. Et ideo
casu ex parte emptoris, qui facit
ctũ de retrouendendo in perpet
nõ præsumitur fraus, imò potius
eum fit gratia venditori: quia
esset emptori hoc non facere. aut
ditor nolebat indistinctè pactũ
fieri de retrouendẽdo in perpetuũ
sed rogauit emptorẽ, vt faceret
pactum de retrouendendo in per
tuum, quod saltem volebat ad cert
tempus completũ. Et tunc si fiat pa
ctum in perpetuum, idem quod in
casu

casu pcedenti, scilicet quòd nõ præsumatur fraus vel simulatio ex parte emptoris, imò gratia & liberalitas. nec etiã hoc casu psumitur fraus uel simulatio ex parte vẽditoris, ex quo ponũt in libertate emptoris, quòd faceret sibi pactũ in perpetuum vel ad tẽpus, & sic intendebat in effectu vẽdere, & quòd uẽditio nõ staret in suspenso saltẽ post illud certũ temp⁹. quod est no. Ad qđ vide quod dicã ĩ iiij. & v. casu principali. Aut vẽditor nõ petijt nisi pactũ de retrouẽdẽdo ad tps vel alternatiuè, videlicet in perpetuũ, vł ad tps, nõ finiẽdo magis de vno quàm de alio, & tũc aut emptor volẽs ampliare, & facere gratiã vẽditori etiam non petẽti, quia fortè erat amicus suus, & intelligebat quòd libẽtius vellet habere pactũ in perpe
a tuum de retrouẽdendo a: & tunc dicendum est, ut statim dixi, quòd nulla mala psumptio ex parte vtrinsq;, scilicet emptoris & vẽditoris, est cõiecturãda. Aut emptor facit pactũ de retrouendendo in perpetuũ ipsi vẽditori nõ petẽti, neq; hoc cõsiderãti, neq; propter aliquã amicitiã, & qa ita emptor voluit, qa fortè dixit, ꝙ omnino volebat, quòd haberet pactum de retrouendendo in perpetuum, & non ad tẽpus completũ, ꝙ tamen eueniet raro. & tamẽ hoc casu, cùm hoc pactum in perpetuum iudicetur potius emptori damnosum, quàm illud quod est ad tempus, vt s. dixi: si fecerit hoc emptor sponte, & non ad gratiã vẽditoris, iudicarem malè esse præsumendum contra emptorem. Et ex hoc præsumi posset, ꝙ nõ habuit animũ liberũ, ꝙ esset emptio, sed potius pignus, & sic simulatorie, qa si voluisset emere, potius voluisset facere pactũ de retrouendendo ad tẽpus, quàm in perpetuũ, cum
56 sibi hoc esset vtilius. *Ex his concludo ad q. prædictã, quòd melius & tutius est, quo ad forũ cõscientiæ in dubio facere pactũ de retrouẽdẽdo ad tẽpus cõpletum quàm in perpetuũ. Et modò relatũ est, quòd sanct⁹ Bernardinus sup hoc consulẽs respõdit, ꝙ tuti⁹ esset, ꝙ nõ fieret pactũ de retrouendẽdo, nisi vsq; ad vij. annos, quod ego audiui & intellexi quantæ autoritatis ipse fuerit ĩ his q̃ sunt de foro conscientiæ, maximè in tota Italia, quã suis sacris prædicationibus illuminauit, & ĩ multis reduxit. Cogita, quia ratio potuit mouere eum ad taxandũ dictũ tempus vij. annorũ in pacto de retrouendẽdo. & licet taxatio temporis sit arbitraria, ita ꝙ non possit in ea reddi vera & præcisa ratio, vt est glos. in ver. quadragesimũ. in cle. nolentes. de hære. & gl. in verbo, quatuor. in c. ij. de rescrip. li. vj. & gl. in l. j. §. pueritiam. in ver. ratus. ff. de post. & gl. in cap. j. in verbo, possideat. q̃ incipit. istud est mirabile. in tit. si de inue. inter dominũ & vasall. lis oria. in vsi. feu. Et no. Bal. in cõclu
57 sionibus feudorum, ad fi. *Vbi dicit, ꝙ de taxationibus temporũ nulla ratio reddi potest, nisi ꝙ ita placuit legislatori. Facit quod no. Io. An. in c. statutũ. extrà, de rescrip. in nouella. Et facit quod habetur in c. non debet. de cõsan. & af. Tamẽ cõsideraui quòd ratio potuit esse, q̃ mouit eum ad taxandũ ad vij. annos, & nõ vltra decẽ: quia decẽ anni dicuntur longũ tempus: vt probatur in rubro & nigro. C. de præscip. longi tẽporis. x. & xx. annorũ. Cũ ergo etiã vẽditor vellet post longũ tps, posset retrò eme-

re rem vẽditam, videtur esse maior præsumptio, ꝙ non habuerit animũ verè vendẽdi, quod est quãdo tẽpus nõ est breue. nam si est breue, id est, non longum tẽpus, apparet, ꝙ saltẽ post illud tẽpus, si nõ reemerit, quòd remanebit perfectè apud ipsum emptorẽ, per ea, quę statim s̃. dicta sunt.

Secunda ratio põt esse: quia quando vult vẽditor pactum de retrouẽdendo vsq; ad x. annos vel vltrà, est præsumptio, ꝙ non habet animũ retroëmendi quando poterit: quia cõmuniter est verisimile, quòd vsq; ad x. annos posit habere potestatem & facultatẽ retroëmẽdi. & qui nõ posset retroëmere vsq; ad x. annos, non est verisimile quòd posit etiã pòst. Nam qui non põt c. aureos inuenire vsq; ad x. annos, raròcontinget ꝙ etiã pòst inuenire posit, ex quo est longum tẽpus. Est ergo prę sumptio, quando venditor vult pactum de retrouendẽdo vsq; vel vltra x. annos. quòd non posit infra illos x. annos inuenire vel recuperare pecuniam: sed quia vult de illa pecunia agere facta sua, & quòd vult retinere pecuniam emptoris, donec sibi placuit. & hoc maximè verum est, quando venditor non fuisset ductus necessitate ad vendẽdũ, sed pro volũtate: quia fortè volebat facere mercantiam de dicta pecunia. Tertia ratio potest assignari etiam ad hoc, quare magis dixit de séptem annis, quàm de pluribus vel paucioribus. Nam communiter in septem annis contingit saltem vna vbertas seu fertilitas, & aliquando in quinque, vt communiter dicitur. cùm ergo venditor posit in vij. annis habere vnam fertilitatem: sequitur, quòd poterit verisimiliter infra illud tempus retroẽm[...] eadẽ ratione põt dici, ꝙ satis [...]ptori infra illud tempus, quãd[...]uit rem emptam ipsi vẽditori, [...] satis sit ipsi venditori, qui con[...] rem per ipsum venditã: quia in [...] vij. annis habebit saltẽ vnam fer[...]tẽ fundi venditi. & sic nõ pote[...]cere omnes reditus esse fertilis [...] quo, vt dixi, saltẽ in vij. annis c[...]git communiter vna fertilitas [...] sic non poterit esse grauatus [...]tibus nõ fertilibus, & sterili[...] pensatur cum fertilitate, vt in [...] dicitur in l. si vno. in prin. & in [...] ff. loc. & in c. propter sterilitat[...] trà de loca. Tu cogita, si alia m[...] ratio de hoc adduci potest.

a Pactum de. *Pactũ de retrouen[...] factũ à rustico, quẽ iuris ignoran[...] cusat, non est usurarium.* Rapha. F[...] *go. & Pet. de Sum. in l.* cum a[...] *C. de usuris.*

58 TERTIA* decima pręsum[...] est, quando ab ipso initi[...] tes egerunt, quòd quandocu[...] venditor restituet pecuniam [...] ptã, emptor teneatur restitue[...] suam. Nam plus appropinqua[...] lationi, pactum de restituendo [...] & pretium, quàm pactum qu[...] trouendatur, cum hoc secund[...] supponat aliam venditionem p[...] cessisse, sed primum non. nam [...] potes mihi retrouendere, si prim[...] me non emisti: sed restituere re[...] bene potes, secundùm domin. P[...] de Castr. in consi. suo cccxxv. [...] incipit, In Christi nomine, amen. [...] causa mota per domi. Doroth[...] iiij. col. vbi nihil allegat. Tu au[...] potes ad hoc allegare. nam cum [...]cta promissio de restituendo [...]

suam & pretiū, sit contra naturā con
tractus emptionis & vēditionis, pri
mò sequitur quòd inducere vide-
tur præsumptionē simulationis, per
glo. in l. si quis sub cōditione. cū ibi
nota. ff. de condi. insti. & per ea, quæ
dixi in viij. præsumptione. Et quòd
sit præter & cōtra naturā cōtractus,
patet: quia si vera fuisset prima ven-
ditio, dominiū rei venditæ fuisset in
emptorē translatū, si vēditor erat do
minus: vt ī l. clauibus. ff. de cōtrahē.
emp. & in l. emptionē. in prin. & ibi
no. ff. de ac. emp. & interuenit tradi-
tio, vt l. traditionibus. C. de pact. vel
aliud loco traditionis, vt cōstitutū,
vt l. quod meo. in prin. ff. de acquir.
pos. & l. ab emptione. in princ. ff. de
pact. vel aliquid eorū, de quibus per
glo. in l. iij. in princi. in verb. animo.
ff. de acqui. pos. & si secūdus esset ve
rus contractus retrouenditionis, pri
mus emptor non dicitur rem ipsius
vēditoris sibi restituere: sed dicere-
tur vel teneretur tradere vel dare, vt
d. l. emptorē. nā dominiū ipsius trāf
latum fuit in primū venditorē, vt d.
l. emptorē. in princi. vnde eam am-
plius restituere nō tenetur: sed po-
test illam vel aliam soluere, si retro-
ēmerit rem per ipsum vēditā, vt ha-
betur in præallegatis iuribus. Item
potest dici, quòd dicta promissio de
restituendo rem suam & pretium, 59
est insolita: quia vbi partes volunt,
quòd fiat retrouenditio, non solent
apponi illa verba, sed verba tantùm
pacti de retrouendendo, quæ sunt
secundùm naturam contractus. Et
ideo propter hoc causatur præsum-
ptio suspitionis, vt probatur per ea,
quæ dixi suprà in nona præsumptio
ne, illa tamē verba, quòd emptor te
neatur restituere rem suam, possent
intelligi, quòd aut verbū, Suā, refe-
ratur ad personā emptoris, quod in
dubio est credendū, ex quo ista est
promissio sua, & censetur per ipsum
prolata, licet in tertia persona sint
scripta, argumento eorū, quæ not.
Bart. in l. ex facto. in prin. ff. ad Tre-
be. in l. cùm testamento. ff. de auro
& argen. legat. & in l. si quis Titio.
ff. de vsufru. accre. facit cap. primū,
in verbo, nō sua. extrà, de sponsal. &
quod not. Cyn. in l. quāuis. in fin. C.
de fideicom. & secūdùm hoc nō re-
pugnant naturæ dictorū contractuū
emptionis & venditionis. Aut dictū
verbum, Suā, refertur ad personam
dicti venditoris, eiusdemque secun-
di emptoris. & tūc bene repugnare
videtur naturæ emptionis & vendi
tionis per prædicta, nisi exponamꝰ,
Suam, id est, sibi debitā per vigorē
ipsius pacti, vt exponit gloss. in l. j. in
verbo, suum cōsequatur. ff. quod cū
eo. & in l. cū duobus. §. idem respō-
dit socius qui cessantus. in verbo, su-
um cōsequi. ff. pro socio. vbi glo. ex-
ponit, id est, sibi debitū. Et alibi glo.
exponit, Pecunia mea, id est, mihi
debita, vt est glo. in l. si & me & Ti-
tium. ff. si cer. pet. & glo. j. in l. si pecu
niam. C. de neg. gest. & facit glo. in
l. sicuti. §. distant. in verbo, meū. ff.
si seruitus vendicetur. *Propriè ta-
men loquendo dicitur meum vel
suum, quod vendicari potest, vt l. so-
lum. §. meum. ff. de rei vendi. & no-
tat glos. in d. l. j. ff. quod cū eo. Item
potest etiam exponi verbū, Suam,
etiam si propriè intelligatur, subau
diendo quondam, vt subaudit alibi
gloss. exponendo text. in l. vti frui.
in fine principij. ff. si vsusfructus pe-

tatur, in verbo, Vsufructuarius. & ibi glo. dicit, quondã. & de hoc est casus in gloss. in verbo, dominus. in l. cotem fer. §. eam rem. ff. de publica. & vide quod ibi notat Alber. de Rosa. & vide glo. in l. eius qui in prouincia. in verbo, defuncti. ff. si cert. pet. & vide quod ibi notat Bart. qui dicit, quòd si in instrumẽto vel petitione dicitur filius Titij, q est mortuus, sustentatur: quia subauditur, quondam. & ita tenet Spe. in titu. de instru. edit. §. instrumentum. versic. quid si ita continetur. vbi alleg. alia iura. & Anto. de But. in c. ex parte B. in fi. penul. col. extrà, de foro comp. & Barto. in tractatu de alluuionib*. super verbo, alueus. & nota. per aliquos in c. Rayn. extrà, de testamen. hæc sunt notanda pro intelligentia dictorum verborum & similium.

60 QVARTA* decima præsumptio ad detegendum cõtractũ simulatum, vel vsurarium est, quãdo pacta apposita in contractibus claudicant: quia omnia facta fuissent apposita in fauorem creditoris, & nullum esset in fauorem debitoris. Nã si verus fuisset contractus, nõ est verisimile, quòd omnia pacta fuissent apposita in fauorem creditoris, quia nõ presumitur debitor velle iactare suum. l. cùm de indebito. in prin. ff. de probation. Et ista fuit doctrina Host. in summa de vsuris. §. fi. versi. ij. quæ est optima. & eam tenet dominus Gulie. de monte Lauduno, in Cle. ex grandi. de vsuris. vbi dicit, quod fraus presumitur, quãdo pacta apposita claudicãt: quia forte omnia sunt apposita in fauorem creditoris. & nihil aut parũ in fauorem debitoris, & ita enim sequitur ibi Franciscus Zaba. in §. cæterum. in iij. questio... idem notat & tenet Bal. in co... suo in hac materia singulari... incipit, ad probandũ & ostend... contractum esse fictitium & s... tum in ordine meo. ccxxvij. ... no argumẽto. Ad quod adde... dixi in vndecima presumptione... pro hoc facit l. si de meis. in ... cum ibi not. per glo. & Doct... bi. vbi dicitur & notatur, quòd ... ctus non debet claudicare.

61 QVINTA* decima præsum... simulationis percipi po... parte venditoris propter re... nam venditor dicit emptori, E... digeo c. aureis, si eos mihi des... dam tibi vnum de fundis meis... ipse volueris, cũ pacto de retro... dendo. nã hoc casu est præsump... quòd venditor nõ habuit anim... vendẽdi, & sic quòd vendere nõ... luerit, sed potius pignorare: qu... verè ac libere vẽdere vellet, pro... necessitate vel voluntate, non d... electionem emptori, vt acciperet... emptione, quam rem vel quẽ fun... vellet de fundis suis. imò est pr... ptio, quòd venderet deteriore... minus damnosam, & minus c... sicut communiter contingit, & p... batur in l. lex quæ tutores. C. de ad... ministr. tutor. & in l. magis puto. §... ne passim. ff. de rebus eorum. q... nemo presumitur iactare suum. ... cùm de indebito. de proba. in pri... Et idem est dicendum, quando ... ditor haberet multos fundos, & ... deret meliorem, puta domum ma... rum suorum, in qua fortè educat... est, & habitat, ad quam pretium ... habere affectionem[a], & quòd ver... militer eam nõ esset venditurus, ...

quo habet alia bona, quæ vendi po sunt: vt probatur in l. si in emptiõe. ff. de mino. & in l. prima. §. sed si rem. ibi, quã habet patronus affectio nem uel oportunitatis uel cœli, uel quod illic educatus sit, vel parentes sepulti. ff. si quid in fraudem patroni. & in l. libertus, qui soluẽdo nõ erat. ibi, veluti si prædia. ff. de bon. liber. & in l. lex quæ tutores. ibi, nec uerò domum uendere. C. de administratione tutorum. vel si venderet domum apothecæ suæ, sine qua cõmo dè viuere non posset. ad quam præsumit habere affectionẽ propter com moditatẽ suę artis. probatur in d. §. sed si rem. ibi, affectionem uel oportunitatis. & sic non præsumitur, quòd eam uenderet si haberet aliquid aliud, quod cũ minori damno & incommodo vendere posset. Et idem est dicendum in alijs similibus.

a Affectio. *Affectio cadit in re, quæ fue rit antecessorũ suorũ. l. si in emptione. & ibi glo. in uerbo, maiorũ. ff. de mino. l. cũ seruus. ff. mãda. & Cyn. in l. quoties. C. de fid. & Pau. de Cas. cõsi. xvj & probatur Regũ iiij. c. xxj ubi Naboth noluit uẽdere uineã, quia fue rat patrũ suorum. & Alex. in l. iij. in fin. C. de leg.*

6 SEXTA decima præsumptio insurgit etiam ex persona vendito ris proptèr pretium, quando scilicet emptor voluit soluere pretium iustum, vt puta centum: & venditor dixit, nolo recipere nisi quinquaginta vel sexaginta: quia æis tantùm egeo: nam tũc est præsumptio, quòd noluerit vendere, sed pignorare, secundùm dominum Paul. de Castro, præceptorem meum, in cõsilio suo cccxxviij. quod incipit, In Christi nomine, amẽ. Visa petitione prædicta. in secunda col. circa principium. Et idem, si dum venditor peteret octua ginta de suo fundo vendendo cum pacto de retrouendendo, emptor dixisset, si tu vis mihi vẽdere fundũ sine pacto de retrouẽdẽdo, dabo tibi centum. & venditor noluit, imò potius voluit vendere cum pacto de re tro vendendo pro octuaginta, quàm liberè pro centum. nam tunc esset præsumptio, quòd non habuisset animum vendendi, sed potius pignorandi, secundùm eundem Paulum in eodem consilio. Et potest esse ratio, licet ipse non alleget, quia in dubio quis præsumitur velle vendere rem suam iusto pretio, & potius quod minoris sit pluris vẽdere: ut l. item si pretio. §. quemadmodum. ff. loca. & in l. in causæ. §. penultimo. ff. de mino. & ideo quãdo quis sponte id quod pluris est, minoris vendit, & minus uult quàm sibi offeratur, est mala præsumptio: quia tũc videretur velle iactare suum ac perdere: vt l. si filiusfamilias. in principio. ff. de dona. quod non est præsumendum: ut in d. l. cùm de indebito. in principio. ff. de probationi. cum similibus. Ad quod optimè facit, quod dicam in sequenti præsumptione. Hic tamen consulendum est utrique, videlicet quòd res vẽdatur iusto pretio pro parte, saltẽ pro indiuiso, quæ tamẽ ualeat dictũ uerũ, & iustũ pretium. & hoc modo 6 tolleretur oĩs suspitio paruitatis pretij.

3 DECIMA septima præsumptio etiam oritur ex paruitate pretij, ex persona emptoris, videlicet quando est incongruitas pensionis,

& eius modicitas fundi locati ipsi venditori: nam hoc inducit præsumptionẽ vsurarum vel simulationis. Non enim est verisimile aliquẽ velle iactare suũ, vt d.l. cũ de indebito. in princi. & maximè fœneratorem cupidũ & auarum, vt xlvij. distin. c. quoniam. & c. sicut hi. & xiiij. quæst. quarta. cap. quid dicam. Vnde cum de fundo locato longè maior pẽsio & fictus haberi potuisset, quàm præstaretur per ipsum venditorem: sequitur, quòd fundus ipse, si reuera fuisset ipsius emptoris, ipsum nõ locasset dicto fictu: sed quia reuera erat pignoratus, & ille fictus reuera erat vsura, quàm emptor habere debebat, non curauit de maiori fictu, quàm esset vsura sibi debita, habito respectu ad pecuniã per ipsum emptorem solutam, secũdùm Bald. qui ita singu. notat in dicto consi. quod incipit, ad probandum & ostendendum contractũ esse fictitium. in xj. articu. Ad quod facit quod dictũ est in præcedenti præsumptione. Et prędictis adde, quæ dixi in tertia præsumptione, versi. quinto modo. Eadem etiam pręsumptio esset, quãdo quis emisset fundum minori pretio quàm valeret, puta centũ, cùm centum valeret & quinquaginta: & facit venditori emptor pactũ de retro uendendo pro eodem pretio centum. Nam si alij vendere voluisset, nõ vẽdidisset pro centũ & quinquaginta: ergo præsumptio est, quòd verè nõ emerit, per prędicta: & maximè hoc verũ est, quãdo iure liuelli nõ locasset ipsum vẽditori: sed si liuellasset, tũc esset minor suspitio, vel præsumptio in pacto de retrouẽdendo: ex quo per liuellationẽ illud quod plus valet fundus vendit... ficitur melioramentũ liuella... xta no. in l. fi. C. de iure empl... suspitio remanet ipsa in liuell... quæ fit minori pretio quàm ... fieret, vt s. dictum est. ad qđ ad... dixi in quarta pręsumptione, ve... secundo modo læsionis.

64 DECIMA* octaua præsum... etiam cõsiderari & percipi p... test ex parte ipsius emptoris, p... rem emptã, quã nõ curauit velle ... dere, nec de ea informationẽ ... pere, dũmodò venditor eã c... ret iure liuelli cum pacto de ... uendendo, sicuti fit per multos ... ptores in ciuitate Veronæ. Si ... emptor haberet animũ emen... let prius videre rem, quã esset ... pturus, vel de ea informationẽ ... re, si valet iustũ pretiũ, qđ solut... nemo præsumitur iactare suũ. ... l. cùm de indebito. cum simili... Ex hoc ergo quòd non vidit re... venditã, nec de ea informationẽ ha... bere curauit, præsumptio est, quòd non habuerit animũ emendi, sed solum habuerit animum, fictum de sua ... cunia percipiendi, secundùm q... titatem ipsius pecuniæ suæ ... & non secundũ conditionem ... ditæ, & fructuum exinde perc... dorum, quod esse non debet, v... suprà in tertia præsumptione.

65 DECIMA* nona præsumpt... colligitur etiam ex pe... emptoris, scilicet quòd eme... luerit, quando ipse propria pr... venderet, & huiusmodi contra... faceret: quia nõ est verisimile, ... intendat aliena emere, qui propria ... non inutiliora vendit, cum hæc ... contraria: & nemo præsumitur ...

le incontinēti cōtraria agere.l.nō ad te ea.ff.de cōdi.& demō.cū simi.

66 VIGESIMA*præsumptio est, quæ plurimum fraudis & simulationis inducit, quando dicti cōtractus venditionis & locationis cū pacto de retrouendēdo celebrati sunt clàm, & occultè, & non palàm: vt est tex.in Cle.ex grandi.ver.cæterū verbo occultè.de vsuris.& ibi per Doc. & probatur in l.fi.ff.de ritu nup.& in l.nō existimo.ff.de admi.tu.& l.ab Anastasio.ibi, hoc nō occultè.& ibi, si quis autem occultè.C.mandati, & ibi per Doctores.& in l.data.ibi, si quidem clandestinis & domesticis fraudibus.C.de dona.& per text.in cap.vt nostrum.§.porro.& ibi glos. in verbo, occultè: extrà, vt ecclesiastica beneficia.& no.per Bart.in l.post contractum.ver.quartus casus.& ibi per Doc.ff.de do.& per Cyn.& Bal. in l.secunda.C.de repu.hære.& per Specula.in titu.de cessione actio.§. j.versicu.tertium, si facta sit cessio.& per Salyc.in l.si quis post hac.in princi.v.colum.C.de bonis proscrip.Ad quod vide, quod notat domi.Pau.de Cast.l.prima.C.de fur.Et pro hac præsumptione facit illud vulgare, & testimonium veritatis, Qui malè agit, odit lucem: vt est tex.cū glo.in cap. consuluit.extrà de offic.delega.& xviij.q.secunda, periculosum.& tex. cum glo.in verbo, occulte, in l.donatio.C.de dona.& suspitio est contra instrumētum, si occultè est rogatum, secundùm Innocen.in ca.j.extrà de fide instrumen. 67 *Vnde præsumitur contra illum, qui occultè cōfert beneficium, extrà, vt ecclesiastica beneficia.cap.vt nostrum.& facit totus titu.extrà de clandesti.desponsat.& id quod dicitur, deus opera tenebrarū odit: vt capit.cū ex iniūcto. in princi.extrà de hære.Sed qui palàm facit, licet non bene faciat, in dubio cùm quilibet præsumatur bon*. vt cap.j.extrà de scrutinio.& cap.fin. extrà de præsum.cum simi.cùm potius præsumatur error quàm dolus, vel fraus, vt probatur in d.l.fi.ff.de ritu.nup.Et prædicta sunt vera, nisi probaretur, quòd ex aliqua alia causa quàm simulationis prædicti contractus clàm, non palàm celebrati sunt: quia in incertis nō certis locus est coniecturæ.l.continuus.§.cùm ita.de verb.ob.Prædictis adde, quòd si instrumentum diu steterit occultum, præsumitur esse simulatum. Ita dicit Bald. notabiliter in l.fraus.ff. de legibus. Allegat ad hoc Iacobum de Aret.ita hoc tenentem in l.filiæ. ff.solu.matri.quod no.

68 VIGESIMA*prima præsumptio est, quando in loco vbi agitur, & in quo celebratus est contractus, de quo quæritur, consueuit fraus & simulatio in similibus contractibus adhiberi.nam in dubio præsumitur id esse actum, quod in illo loco fieri consuetum est, per text.in l.quòd si nolit.§.quia assidua.& per id quod ibi plenè notaui.ff.de ædi. edic.& per l.si prius.§.j.ff.de aqua plu.ar.& per l.generaliter.ad fin.C. de fideius.cum si.Et quod hoc sit verum, tenet expresè Guil.de monte Lauduno, in Clem.ex grandi.post 69 medium, de vsuris.*Vbi dicit, quòd si quis moratur in loco vbi cōsueuerunt exerceri vsuræ, præsumitur vsurarius.alle.xcviij.distinc.Afros.& ibi est glo.quæ etiam dicit per illum tex.quòd etiam ratione prouinciæ

Rr 5 præ-

presumitur contra aliquē, alle. xxiij. distin. quando. & dictū §. quia assidua. & vide quod ibi dixi: & quod etiam dictum est in libello meo, de Imperatore militū eligendo, vbi de natione scribitur. Et hoc etiā tenet Hosti. in sum. de contr. emp. §. j. ver. a illud autē nō. ibi, cōsuetudo etiā vsurarij, & terræ, in hoc maximè attēdēda est, scilicet qñ multi vsurarij sunt in terra, & sic omnes contrahere cōsueuerunt.

70 VIGESIMA *secunda presumptio est, si emptor, vel etiā venditor esset cōsuetus similes cōtract⁹ facere. Nā præsumitur cōtra aliquē ex eo ꝙ ita facere cōsueuit, vt l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. & l. qui semisses. §. j. ff. de vsu. & l. vel vniuersorū. ff. de pign. actio. & ff. ad Maced. l. itē. aliàs incipit, Iulian⁹. §. qđ dicitur. cū si. & no. gl. & ibi Doc. in l. cùm allegas. C. de vsuris. & in l. Iulianus. §. idem Papi. ff. de action. emp. facit cap. semel malus. extrà de
68 reg. iu. in vj. & valet arg. à cōiter solitis vel cōtingentibus, & sic ab his, quæ fieri cōiter cōsueuerūt: vt no. gl. in l. j. C. de arbi. & ibi per Doc. & gl. verbo, ꝓbabilius. ca. cum Mar. extrà
71 de celebra. missarum. *Et quis dicitur cōsuetus aliquid facere, quādo fecisset bis vel ter: vt habetur p glo. & Doc. in l. iij. ī fi. C. de epis. audi. & est glo. in aut. de testib. §. quia verò multi. in verbo, sæpe. col. vij. Et ideo quidam religiosi dicūt, & dāt cōsilium, quòd quis non faciat istos contractus, nisi bis aut ter: qa si quis pluries faceret, induceret mala suspitio seu pæsumptio cōtra eū, quod ꝓfectò tutius est, sed tutissimū esset nullos vnquā facere, vt in fine huius operis dicetur. & potissimè hæc p[...] procedit, qñ isti cōtractus fuisse[nt ce]lebrati per proxenetā tātū, & [...] ipsos cōtrahētes. Nā vsurarij [...] ipsi suos cōtractus per se cele[brant] seu per mediatores siue pro[xene]tas suos, secūdū Gai. de mōte [lau]du. in Cle. ex grādi. circa medi[um de] vsuris. & ibi hoc dicit etiam Fra[n.] ba. §. cæterū. iij. q. sequēdo do. C[...] vt dicā etiā in sequenti præsum[ptio]ne. & idem esset, quando partes [non] per se cōtraxissēt mediāte aliq[uo pro]xeneta, q sit solitus cōtrahētes [indu]cere ad celebrādos similes cō[tractus] suspectos, & vsurarios per p[...] sæpissime huiusmodi cōtrac[tus illi]citi cōtrahuntur ex culpa p[...]rū, qui omnia velamenta exco[gitant] & partes inducunt ad illicitos [contra]ctus celebrandos. Et ideo tu m[...]tor vel cōtracturus caueas à di[ctis pro]xenetis tanquā à veneno pestife[ro] quia ob modicū lucrū, quod cōse[qui] sperāt ex cōtractu per partes ce[le]brādo, quæ iūt semper vnius cōtra[]hentiū, & quādoq; vtriusq; anim[as] perdere, & alterius bona cōsu[mere]. Et idē, quando notarius, qui c[onfe]cit instrumentū, esset solitus fa[ce]re instrumenta de cōtractibus [vsura]rijs vel simulatis, vel aliter suspe[ctis] & fraudulosis, eadē ratione. & p[...] gl. in prin. in l. iubemus. C. de [...] & pro omnibus prædictis adduc[itur]
72 ratio. *Nam qualitas facti, et per[so]na facientis præsumitur. vt x[...] absit. & xxiij. q. iiij. ca vindic[ta] & no. gl. no. v. q. v. nos omnes. in ver[bo] flagello. & ad idē allego no. xx[...] dist. si quis grammaticam. quæ [...] presumi eo ipso bonum, quod a [...] quo bono fuit factum. Ita dic[...]

ec[...]

ecõtrà præsumi malum, si est ab aliquo malo factũ. & ppterea cauendũ est ab huiusmodi proxenetis, & tabellionibus. adde tamen ad hãc præsumptionẽ, quod in sequenti dicet.

a Proxene. *Proxeneta illiciti contractus priuatur honore et dignitate. xij. q.ij. non licet. si est laicus, debet excõmunicari. & si est clericus, debet depo ni. j. q. j. si quis episcopus. in fi. uide Lu. Pota. in sing. uer. proxeneta illicitorũ.*

73 VIGESIMA * tertia præsumptio & potissima est, quãdo esset vsurarius, & cõsuetus vsuras exercere, nõ tãtùm dictos contractus: quę præsumptio seu coniectura cùm alijs prędictis vel alijs earum coniuncta, facit præsumi faciliter contractum illicitum, vel simulatũ, aut vsurarium: vt probatur in c. illo vos. in fin. & ibi hoc nota. gloss. & Doct. extrà de pignorib. nota gloss. magna ante fin. in c. conquestus. extrà de vsuris. vbi dicit, quòd si in venditione interuenit modicum pretium, præsumitur esse contractus in fraudem vsurarũ, & præcipuè si emptor consueuit exercere vsuras. alle. c. ad nostram. de emptio. & vendi. & dictum c. illo vos. Et ideo propter hoc dicit Hostien. in summa. de pign. §. quando. ver. ideo dico. quòd ex quo apparet, ꝙ creditor vsurarius erat, de facili interpretatur cõtra ipsum. alleg. l. Iulianus. §. ibi debet. sed debuit allegare §. idem Papinianus. ff. de actio. emp. & ff. ad Macc. l. sed Iulianus. §. quod dicit. in l. nummis. ff. de lega. ij. & l. nemo. quæ est lex iij. C. de episcop. audien. & sic faciliter præsumitur contra vsurarios, preser tim cùm occultè, fraudulenter solẽt inire contractus vel celebrare: vt est tex. in Clemẽ. ex grãdi. de vsu. & ibi no. per Doc. vnde dicit Hosti. in c. ad

74 nostram. de emptio. & vẽdi. * Quod cũ sit pessimum genus hominum, de facili præsumitur cõtra ipsos, maximè, cũ debitores egẽt, & creditores abundant: & ideo de facili debitor facit, qcqd vult creditor: quia talis pręsumptio est fauorabilis animabus ipsorum vsurariorũ, & propterea in dubio est seqũda. de sponsa c. iuuenis. & de præsumpti. c. illud. & de homicidio. c. ad audientiã. & C. de rescinden. vendi. l. ratas. & C. de vsuris. l. cũ allegas. cum simili. & ita etiam not. Pau. de Leaza. solẽnis Decretorum doctor, in quadam sua disputatione, quæ incipit, cõtra instrumentũ debiti opponitur, quòd est vsurarium. in v. colum. in versi. de quarto patet. Ad hoc etiã videatur, quod plenè scribitur per Ang. de Peru. in disput. sua, quæ incipit, Astensis miles. in xxx. colum. cum sequent. & quod dictum est in præcedenti pręsumptione. Et ideo vsurarij cauti, quo ad bona temporalia extorquenda, sed incauti quo ad spiritualia: & sic quo ad animam, quam suis cautelis quotidie illaqueare quęrunt. d. Clementi. ex grandi ante finem, de vsuris, vt euenit. Istæ duæ vltimæ præsumptiones, quæ sunt potentissimæ, faciunt, quòd ille, q indiget pecunia, & vult sibi in veritate pignorare fundum ipsum, quòd vendat alteri, qui non sit vsurarius, nec cõsuetus facere huiusmodi contractus, & ab eodem cõducat, cum pacto de retrouendendo: & vsurarius posteà emit ab illo emptore omne ius suum: & sic cùm dicti contractus venditionis & locationis cum pacto de retrouendendo

do nō habuerint principiū, nec fuerint in iudicio celebrati, per dictum vsurariū, vel solitum facere similes contractus, videntur cessare dictæ duæ rationes & vltimæ præsumptiones, & hoc videtur velle Guliel. de monte Lauduno in dicta Clemē. ex grandi. circa mediū, de vsuris. vbi dicit, quòd vsurarij nunquàm ipsi suos contractus per se celebrant, sed per mediatores seu proxenetas suos, ita quòd pignora per tres vel quatuor manus faciant pertransire, antequàm ad fœneratorem veniāt propter fraudem: & ibi eum sequitur Francisc. Zabarel. in §. cæterum. in iij. quæsti. Ad quod adde, quod dixi in precedēti præsumptione: sed si posset cōstare siue docere de ista fraude, hoc sibi non prodesset, imò sine dubio & multò magis presumeretur contractus simulatus & vsurarius, quàm si fuissent à principio celebrati per ipsum vsurarium vel solitum huiusmodi contractus exercere, vt ꝓbaᷓ in l. ab Anastasio. circa medium, ibi, vel forsitā aliàs per suppositam psonam. C. mandati. & ibi per Doc. & l. & qui sub imagine. in princ. C. de distrac. pign. Adde quod dixi in præce-
75 denti præsumptione. * Nam malicijs hominū nō est indulgendum. l. in fundo. ff. de rei vēdi. & quia fraus & dolus cuique patrocinari non debet, vt est tex. in d. c. ad nostrā. de emptio. & venditio. cum simi. & sic cùm habuerit malum principium, non est licitum alicui scienti emere: quia emptor esset in eadem damnatus. argu. c. tua nos. extrā de vsuris. & l. j. in fine. ff. de fluminibus. hæc tamen præsumptio, ꝙ sit solitus fœnerari, vel ꝓcedens, scilicet quòd sit cōsuetus similes contractus suspectos fa[illegible] iuncta etiā cum pacto de re[illegible]dendo, non facit præsumere [illegible]ctum vsurariū: vbi aliæ ma[illegible]sumptiones nō cōcurrunt [illegible]rarij sæpe celebrāt contract[illegible] & non vsurarios, secundū Bal[illegible] notat in l. emptione. in fin. [illegible] C. plus valere quod agitur. [illegible] per Iacob. de Areti. & Cyn[illegible] per not. in c. ad nostram. de em[illegible] & venditio. & in c. illo vos. de [illegible] & idem notat ipse Bal. in l. [illegible]tas. in prima col. ante fin. C. [illegible]actio. vbi dicit, quòd ad resc[illegible] contractum tanquàm vsura[illegible] sufficit probare, quòd cōtra[illegible] vsufructuarius, nisi etiā pro[illegible]cificè de illo cōtractu: & idem [illegible] Ange. in l. sicuti. §. supervaca[illegible] quib. mod. pign. vel hypo. [illegible] verius loquēdo, etsi nō sæpe, [illegible]do tamē vsurarij celebrāt, & [illegible]re possunt veros contractus [illegible] simulatos, nec vsurarios. Facit [illegible] text. Ioannis Chrysostomi, q[illegible]tur de pœnitentia, distinct. [illegible] ergo. ibi, est & alia ratio. vbi [illegible] potest malus in omnibus es[illegible] sed habet aliqua bona. Facit [illegible] quod not. Cyn. Bald. & Doc[illegible]ge j. C. de probatio. & vide [illegible]no quod not. Ange. in disput[illegible] Astensis miles. in xxx. colum. [illegible]quenti. Et quod dicam in q[illegible]su principali.

76 VIGESIMA * quarta pr[illegible]ptio colligitur ex eo, [illegible] remāsit in possessione rei v[illegible] ꝓbari videtur per tex. cū gl. [illegible]bo, obijcere. in fi. in l. sicut[illegible] uacuū. ff. qui. mod. pignus v[illegible] sol. & p l. si is q bonis. ff. de acq[illegible]

& l. iij. si quis. C. de natura. libe. & p
notata, maximè per Cyn. in l. ij. C. de
repu. hæred. & ita tenet Specu. titu.
de nat. lib. §. j. versic. itē pone aliqs.
& Dyn. idē tenet in l. omnes. §. Lu-
cius. ff. de his quę in fraud. credi. quē
sequitur Bart. in d. §. superuacuum.
ante finē, & in d. l. post contractum.
versic. iij. præsumitur. ff. de dona. &
dixi suprà in princi. huius operis. Et
ita tenuit Guido de Suza, qui dicit,
ꝙ non pręsumitur venditū, quod in
patrimonio effectualiter reperitur,
per dicta iura, vt refert Bal. in consi-
lio, de quo infrà dicetur. quod tem-
pus remanendi in possessione ad
hoc, vt faciat præsumi, relinquendū
est in arbitrio iudicis: qui arbitrabi-
tur ex qualitate personarū, ex fama
loci, & ex alijs probationibus verisi
milibus, secundùm Bartolum in d. l.
post contractū. & in §. superuacuū.
Et prædicta pręsumptio procedit e-
tiam si venditor constituit se empto
ris nomine possidere, iuxta not. per
Bart. & Doct. in l. quod meo. in prin.
ff. de acqui. poss. & in l. ab. emptiōe.
ff. de pact. & per Anto. de But. & Do
cto. in c. cùm venisset. extrà de resti.
spoli. si semper venditor fuit in pos-
sessione: quia per hoc non efficitur
præsumptio fraudis, nisi interuene-
rit vera & corporalis traditio. l. iij.
C. de suff. ibi, sequitur traditio cor-
poralis. Rationem ego assigno, quia
nō videtur verisimile, ꝙ emptor ve
lit dimittere rē per ipsum emptā vē
77 ditori, & pretium, *ex quo nemo
præsumitur velle iactare suū. l. cùm
de indebito. de proba. vel nisi vendi
tor responderet emptori de fructi-
bus: quia fortè conduxisset venditor
ab emptore rem venditā: hoc enim
faceret cessare præsumptionē frau-
dis. argu. l. litibus. C. de agri. & censi.
lib. xj. & dixi suprà in principio hu-
ius operis. vel nisi venditor alij re-
seruauerit vsumfructū, vt l. quisquis.
C. de dona. secundū Bart. qui ita no.
& in dictis iuribus, scilicet cōtractus
simulatus quando esse debeat. in l.
post contractū. & in §. superuacuū.
Et quod dixi, quòd ex possessione
rei venditæ, in qua venditor rema-
net, etiam si constituit se emptoris
nomine possidere, præsumitur simu
latio, debet intelligi, quando appa-
ret causa, propter quam sic fecit: vt l.
mulier. in princip. ff. rerum amota-
rum. & in l. si maritus. §. final. vbi est
expressum. ff. qui & à quibus. & ca-
sus expressus in c. final. de renun. in
vj. Sicut enim non possunt dici facta
in fraudem creditorū, quę non sunt.
lege prima. C. de iure fisci. lib. x. Et
sicut non potest dici donatio facta
metu mortis, quæ non sit. ff. de do-
na. cau. mor. l. j. cū simi. Ita non pōt
dici contractus simulatus vel ad ap-
parentiam factus, nisi subsit causa fi-
ctionis, propter quam fictionē con-
stat esse factā, secundū Bart. qui ita
notanter dicit in consilio suo quod
incipit, Petrus Nicole. vbi subdit, ꝙ
licet venditor vel donator post ven
ditionem vel donationē remaneat
in possessione, non facit tamen prę-
sumi contractum esse fictitium & si-
mulatum, & ad apparētiam factum:
quia ex sola possessione non appa-
ret causa simulationis, quæ debet an
te subsistere: vt probatur in iuribus
proximè deductis: & ita loquitur d.
l. sicuti, §. superuacuū. ff. quib. mod.
pign. vel hypo. solu. ibi enim sube-
rat causa: quia ad excludendū credi-

torem

torem erat simulata venditio:& hoc
allegat ipse creditor, sicut dicitur in
donatione, quod non præsumitur ficta
vel simulata, nisi appareat causa, pro
pter quã sit ficta vel simulata: vt not.
etiã Bart. in d.l. post cotractũ. ff. de
dona. Et Bald. in l. illud, in vij. quęst.
C. de sacr. sanc. eccle. videtur aliter
docere circa prędicta: dixit enim, quod
ex eo quod venditor vel donans re-
mansit in possessione, non videtur
probari simulatio: quia vsque ad tri
ginta annos potest emptor vel dona
tarius agere actione personali ad rẽ
sibi tradendam: vt in l. j. C. de annali
excepti. & l. secunda. C. de constitut.
pecu. cum sim. ergo non præsumi-
tur ex possessione simulatio. vnde
ipse sic distinguit in d. l. illud. Aut est
instrumentum promissionis, & non
præsumitur ex possessione simula-
tio: vt d. l. ij. C. de consti. pecun. Aut
est instrumentum traditionis, & tũc
aut sunt aliquæ coniecturæ vel cau-
sæ simulatiõis vel fraudis, vt ex pos-
sessione iuncta cũ alijs, pręsumitur
simulatio: vt d. §. superuacuũ. Et in
hoc videtur conuenire cũ Bart. in d.
consi. Petrus Nicole. Et est ratio dif
ferẽtiæ, secundũ Bal. in d. l. illud. in-
ter instrumentũ promissionis & tra
ditionis: quia possessio non repu-
gnat promissioni, sed promissio re-
pugnat verę possessiõi tradẽtis, nec
cũ ea concurrit. Vnde cùm nõ conso-
net effectus cũ sua causa, pręsumitur
simulatio causæ, seu tituli, nisi tra-
78 dẽs precariò accepisset. * Nã p pos-
sessionem precariam excluditur pręｰ
sumptio simulationis, vt habetur in
l. quod meo. in princip. de acquir.
poss. & in l. ab emptione, ff. de pact.
Sed non excluditur pręsumptio si-
mulationis & fraudis simul iu[…]
vt d. §. superuacuũ. & hoc in c[…]
sequitur domi. Pau. de Cast. in c[…]
suo cccxxvj. quod incipit, in Ch[…]
nomine, amẽ. Pręsumptionibus […]
de quibus suprà. qui respondet a[…]
ctã l. j. C. de suffra. quã Barto. alleg[…]
quia loquitur quãdo personę esse[…]
suspectæ vel prohibitę: vt ff. de […]
ba. l. qui testamentũ. & l. cũ quis. […]
Titia. de lega. iij. secus si nulla su[…]
set causa, propter quã contrahe[…]
impedirentur inuicem contra[…]
79 VICESIMA * quinta pr[…]
ptio resultat ex tempore, q[…]
vẽditio durauit, quia per modic[…]
tempus durauit. Vnde cùm vend[…]
tiones soleant fieri, vt res perp[…]
sint penes emptorem & pignorat[…]
nes, quousque debitũ soluatur, vt l.
si rẽ. §. omnis. de pigno. acti. Cred[…]
dũ est, quod ex modico interuallo no-
luerit vẽdere, sed pignorare. Et istud
optimè probatur in simili, per l. ple-
riq;. de ritu. nupt. vbi si mulier, quæ
recessit à marito, non multo tẽpore
interposito reuersa est, censetur i[…]
matrimonium, nec censetur diue[…]
tisse animo diuertendi, & matrim[…]
nium dissoluendi. ad hoc l. quicqu[…]
calore. in fi. ff. de regu. iur. & xxx[…]
quæst. ij. §. diuortium. Probatur et[…]
in l. iiij. §. si ab ignoto. ff. de manu-
miss. vbi quando fuit actum à princi-
pio, quòd emptio modico tempore
habeat durare, pręsumitur emptio
simulata. Et ita dicit Bartolus per il-
lum tex. in consilio, quod incipit,
Petrus Nicole. vbi ponit de triplici
specie simulationis, & istã ponit pro
vna: facit etiam ad hoc lex, si ventri.
§. in bonis. & quod ibi not. per glo.
& Docto. de priuilegijs credi. Et ita
consu

consulendo tenuit domi. Paul. de Cast. in cõsilio suo cccxxv. quod incipit, in Christi nomine, amen. In causa mota per dominá Dorotheã. ver. his præmissis. Et aduerte, quòd istius simulationis natura hæc est, vt debeat hoc expressè per pactũ agi: vt dicit text. in d. §. si ab ignoto. & not. Bart. in d. suo consi. Et ista dicetur vera simulatio: sed quando hoc expressè nõ esset actũ p pactũ, sed tamen recessum est à venditione intra modicum tempus: tunc est præsumpta simulatio, non vera, quæ sola non esset sufficiens ad præsumendum cum effectu cõtractum esse simulatum. per d. §. si ab ignoto. ibi, ab initio enim hoc agi debet. sed iũcta cũ alijs presumptionibus sic, per prædicta iura, quæ ita meo iudicio debent intelligi. Et circa prædicta adde, quæ dixi in duodecima præsumptione.

30 VIGESIMA *sexta præsumptio comprehenditur ex modo recedendi à dicto cõtractu emptionis seu venditionis, quando scilicet receditur per restitutionẽ instrumentorũ incisorũ, & sic per modum recessus à dicto cõtractu, & per modum nouæ venditionis, quod fieret à principio, si contrahentes habuissent animum faciendi verũ cõtractũ. facit lex, cùm hi. §. modus. de transact. secundũ domi. Pau. de Cast. in d. consilio cccxxv. versi. tertiò resultat presumptio. hoc potest sic cõfirmari: quia istud est solitũ. Regulariter enim fit retrouenditio, & non sola restitutio instrumentorũ, maximè incisorũ. ergo præsumendum est fictitium, per gloss. notabilem in l. si quis sub conditione. cum ibi notatis per Bartol. & Docto. ff. de conditio. institu. & per ea quæ dixi s. in nona presumptione. In contrarium tamen videtur facere l. Labeo. cũ l. sequenti, quæ incipit, postq̃ pignus. cũ ibi not. per glo. ff. de pact. & l. chyrographum. ff. de proba. & l. iiij. & v. in princi. ff. de lib. leg. & l. mortis causa capimus. §. Seia. ff. de dona. causa mor. & l. constat. C. quę res pignori obligar. possunt. & l. creditorẽ. C. de remiss. pig. & l. pecunię. C. de solu. cum sim. in quibus habetur, q̃ si restituitur vel legatur debitori instrumentum debiti vel pignoris, maximè cancellatum, videtur esse facta liberatio, vel pignus remissum. Sed ad hæc iura potest responderi, quòd loquantur in liberatione vel remissione debiti aut pignoris, quæ consueuit nonnunquàm fieri per redditionem vel legatum instrumentorũ: vt ibi habetur. nos loquimur in nouo contractu emptionis & venditionis, qui non consueuit fieri, nisi per nouũ contractũ seu instrumentũ cõtractus, & nõ per simplicẽ restitutionem instrumentorũ incisorũ. Itẽ in contrariũ videtur etiã facere l. j. C. de dona. & l. seruũ filij. §. eũ qui chirographum. ff. de leg. j. & gloss. in l. iij. in verbo animo. ibi, quintus per traditionem instrumenti a. ff. de acquir. possess. & glo. in §. interdũ. in verbo, nuda volũtas. institut. de re.
31 diuisi. in quibus dicitur, *q̃ si donantur, venduntur, aut legantur vni instrumenta emptionũ alicuius rei, ipsa res vendi, donari, vel legari videtur. Sic eodẽ modo, si restituentur instrumenta emptionũ, soluto prius pretio per primum venditorem, videtur esse facta retrouenditio. nec videtur,

videtur, quòd debeat præſumi ali-
qua ſimulatio. Poteſt ad hoc dici, ꝙ
in dictis iuribus nõ poteſt cadere ſi- c
mulatio vel pignus: quia loquuntur
in prima donatione, venditione, &
legato: nos verò loquimur quando
primò præceſsit vẽditio, poſteà red
duntur inſtrumenta, per quę recedi-
tur à prima venditione, quod nõ eſt
ſolitũ fieri: ideo prima venditio prę
ſumitur ſimulata, & verè fuiſſe pi-
gnus: vt ceſſet hæc ſuſpitionis præ-
ſumptio, requiritur quòd fiat noua
retrouenditio. Pro hoc optimè facit
l. nihil tam naturale. cũ ibi not. ff. de
82 regu. iur. *Vbi dicitur, ꝙ nihil tam
naturale eſt, quàm eo genere vnum
quodque diſſolui, quo ligatũ eſt. Ad
idẽ c. j. extrà de reg. iur. in antiquis,
vbi ſic dicit text. beati Ioã. Chryſoſt.
Omnis res per quaſcunq; cauſas na-
ſcitur, per eaſdẽ diſſoluitur. Pro hoc
etiã l. ferè quibuſcunq; modis. ff. de
regu. iur. vbi dicitur, ferè quibuſcũ-
que modis obligamur, iiſdem in cõ-
trariũ actis liberamur. Ad hoc etiam
glo. xxiiij. quæſt. iij. cùm perimus. in
verbo, inimicus. & eſt etiam de hoc
text. in l. prout quiſque. ff. de ſolu. &
eſt caſus in l. j. C. quando liceat ab
emptio. diſcedere. & ibi hoc videtur
83 ſentire Cyn. in vj. & vlti. q. *Multę
b alię præſumptiones fraudis b vel ſi-
mulationis reperiuntur, quę faciunt
præſumere contractũ fictitiũ, ſimu-
latum, vel vſurarium. de quibus per
Specu. in titu. de ceſsione actionis.
§. j. verſicu. ſi verò dubitatur, vtrũ ſit
vera vel ſimulata. & per Cyn. Barto.
Bald. & Doct. in l. ij. C. de repu. hęre
ditate. & per Bart. in d. ſuo conſilio,
quod incipit, Petrus Nicole. & per
Cyn. Bal. & Doct. l. in emptione, C.

plus valere quod agitur, quàm quod
ſimulatè concipitur. & per eum
Bal. in l. fraus c. ff. de legi. & in l.
ſub ſpecie. & ibi per Docto. C.
ſtu. & aliquid per Bald. & Doct.
per diuerſas. & in l. ab Anaſt.
mandati. & per Baldũ in l. mutu
C. ſi quis alteri vel ſibi. & l. cùm al-
gas. C. de vſuris. & per Doctor. in l.
emptor. ff. de aqu. plu. arcen.
dom. Benedictũ de Plumbi. in l.
§. ſi ab ignoto. ff. de manumiſſi.
tulo generali. Et vide tex. no.
vir vxori. cum ibi no. ff. de
tium. & vide quod no. Bal. in
dubium. in iij. oppoſitione. C.
gi. vbi ponit quot modis fiat
legi, ex quibus præſumuntur
præſumptiones ſimulationis & in
dis. Et idem etiam ponit domi.
de Anchar. in repeti. c. canonũ
ta. extrà de conſtitutionibus. in
viij. colum. verſicu. iuxta prædicta
gruè &c. & in ſuo conſilio xxj. q
incipit, in Chriſti nomine, amen.
corroborationem prædictorum.
vide etiã per Bald. in l. Deo no
in vj. not. C. de epiſco. & cleri. &
nè per eundẽ in additionibus,
fecit ad Specu. in titu. de dona.
Tancret. de Cor. in ſuo opere
rubri. quæſtione xiiij. Et v.
dom. Bartho. de Sali. in l. ij. C.
ce. poten. & l. ſi quis poſthac.
cip. in quinto colum. C. de bonis
ſcript. & per Alber. de Ro. in l.
meæ. ff. ſolu. matrimo. & per
de Aret. inſtitu. quibus ex cauſis
numittere non licet. §. in
in prima columna, & per Docto.
no, in c. illo vos. extrà de pigno. &
c. ad noſtram. de empt. & vend.
in c. ex literis. extrà de iureiur.

in c.cōquestus. & in c.cum diœcesi.
extrà, de vsuris. & per Hosti.in sum.
extrà de vsuris. §.fin.in princip.in ti
tu.de pigno. §.quibus pactis.& in ti.
de contrahen.emptio. §.fin.versicu.
de cōtractu ad contractum. & plenè
per domi.Guil.de monte Lauduno,
in Clemē.ex grandi.& ibi etiam per
Card.Zaba.in §. cæterum. in tertia
quæstione.& ibi per Docto. de vsu-
ris, & per beatum Bernardinū in tra
ctatu de contractibus & vsuris,in ser
mone xxxix.articulo secundo.c. pri
mo. Et per Ioannem de Capistrano
in suo libello siue tractatu de vsuris,
vbi tractat de vsura palliata sub no-
mine venditionis: sed illæ conue-
niunt materiæ nostrę: quæ est solum
modò quando emitur vel acquiri-
tur res ab vno, & eodē locatur cum
pacto de retrouendendo: & ideo
eas hîc omisi: & si quis videre vel-
let, recurrat ad dicta loca,& ad no-
tata ibi per Doctor. quæ omnia sunt
benenotanda: quia non ita alibi col
84 lecta simul reperies. * Sed circa
prædictas præsumptiones potest in
practica dubitari: quid si in instru-
mento venditionis & conductionis
cum pacto de retrouendendo esset
apposita hæc clausula, videlicet, quod
ipsæ partes renunciant seu renun-
ciauerunt exceptioni simulationis,
& apparentiæ contractus, & non sic
actorum, scilicet quòd non possit ex
cipere, quòd sic non sit actum? Dic
quòd hæc verba releuant, quia de-
clarant intentionem cōtrahentium,
quòd non intendunt istum contra-
ctum esse fictitium, vel ad apparen-
tiam factum. Sed si apparent legiti-
mæ causæ, probationes & indicia,
tunc quia ratione substantiæ con-
tractus probaretur simulata: eadem
hæc renuntiatio simulata præsume-
retur: argumen.ff. de noua.l.doli. §.
diuersum.secundùm Bartolum, qui
ita notat in sæpe allegato consilio,
quod incipit,Petrus Nicole. in fine.
Et idē ipse notat in l. nemo potest.
versicu.quæro,an renuntiatio exce-
ptionis.ff.de legat.j. Et idem not.&
tenet Cardi.Zaba.& Ioan. de Imol.
in c.ad nostram.de emptione & ven
ditione.Et idem dixit etiam Barto-
lus de illa,quæ renuntiauit exceptio
ni doli in factum actioni, & sine cau
sa,in consilio cviij.quod incipit,qui
dam Petrucius, vt dicit,fecit testa-
mentum.& idem ipse tenet in l. fin.
§.idem quæsiuit.ff. de condictio. in
debiti. & notatur per eundem Bar-
tolum & Doctor.in dicta lege, doli.
§.diuersum. de nouati. Et prædicta
procedunt, quando dicta renuntia-
tio est facta in eodem instrumento,
quod dicitur simulatum, vel in alio
instrumento incontinenti pòst, nisi
partes iurassent vera esse omnia cō-
tenta in dicto contractu & instrumē
to, secundùm Baldum in l. final. C.
de non nume.pecun.& dixi s. in se-
ptima præsumptione,ante finem.Se
cus autem, si post ex interuallo talis
renuntiatio fieret: quia tunc etiam
sine prædicto iuramento tolleretur
pręsumptio simulationis: vt l.ij.cum
ibi nota.C.quod metus causa.secun
dùm Bartol.qui ita notat,in d.l. ne-
mo potest.& per Zabar. & Ioan. de
Imo.in d.c.ad nostram.& dixi in di-
cta septima præsumptione, ante fi-
nem.Ex quibus videtur concluden-
dum, quòd in dubio contractus nō
præsumatur simulatus. sed verus, vt
l. si maritus. in fine.ff. qui & à qui-

bus. & in c.fin.de renuntia. in sexto.
& notat Bartol.in dicto consilio, Pe
trus Nicole.Facit lex,meritò.ff. pro
socio. & idem notat Bald.in c.j. §. si
instrumentum.in tit. de notis feudo
rum.& idẽ tenet in l.rogasti. §.si ti-
85 bi.ad finem.ff.si certum pet. *vbi di
cit, quòd in dubio contractus nõ de
bet iudicari vsurarius.argu.l.si ea pa
ctione.C.de vsuris.vbi dicitur quòd
contractus in dubio nõ intelligitur
excedere legitimum modum vsura-
rum.& argu.l.ampliorem. §.fi.C. de
appel. & extrà de vsuris.c. nauigãti.
& habetur per Archi.xiiij.q.iij.si qs.
Et idem tenet Bal.in c.j. in fin.in tit.
de feudis datis minimis valua. ĩ vsi-
bus feudorum . maximè quando de
contractu apparet cõfectum instru-
mentum,quia pro instrumento p̃su
mitur:vt in autent.de fide instrumẽ-
torum. §.si verò moriantur.coll.vij.
& est tex.cum gloss.& ibi notatur, in
l.cum precibus.C. de probati. Vnde
qui allegat instrumentum simulatũ,
illud probare debet, vt in dictis iuri
bus.& probatur in l. patronus.ff. de
probat.& licet sit aliqua pręsumptio
de prædictis, in contrarium tamẽ in
distinctè præsumitur verus contra-
ctus,& non simulatus, quando inter
uenisset dicta renũciatio,quæ decla
rat intentionẽ contrahentium:intel
ligẽdo eo modo,quo dictum est su-
prà:quia quis potest etiã si est vsura-
rius, celebrare veros contractus, vt
dixi suprà in xxiiij . præsumptione.
Nec obstat hîc, quod dixi suprà , in
nona præsumptione,in fine, quòd si
in instrumento sunt ista verba, ven-
didit & tradidit verè, & non in frau
dem vsurarum , quòd ex istis verbis
instrumẽtum magis præsumitur su-
spectum, secũdùm Bald.in l.co
ne.C.pl⁹ valere quod agitur. I
la verba non sunt solita poni
strumentis, vt dixi in nona pr
ptione. Sed prædicta renunti
ne solet & consueuit apponi,
mè hoc tẽpore, & propter dict
nuntiationem transfertur o
nus probandi in illum, qui v
re, quòd contractus sit fictus
mulatus, qui poterit probari
trariam confessionem alte
tis, cui esset standum tanqu
mæ in ipsius confitentis pra
vt probatur in l. de ætate. §.
des enim contra se habebi
inter.acti. Facit optimè gloss.
contractibus . in principi. in res
nullo modo.C. de non num
cunia.& l.Publia. §.fina.ff. de
Circa quod vide, quod dixi s
prima præsumptione . Item p
probari per dilucidas siue leg
probationes, siue præsumption
indicia, & per probabiles conie
ras, vt probatur in d.l.sed si ma
in fin.ff.qui & à quibus. & in c.
de renun.in vj.& in c.illo vos.
bo,præsumitur. & ibi per Inn
Doctor.extrà de pignor. &
Guil. de monte Lauduno in C
ex grandi. de vsuris . & per F
Zabarel.in §.cæterum.in ij.
& per Bal.in l.iij.C. pl⁹ valere q
agitur.& in l.eos.C.de vsuris.
tet per ea, quæ dicta sunt in o
præcedentibus pręsumptionibus,
quæ dicã in quarto & quinto pri
86 casu. *Quę autẽ sit dilucida & leg
ma probatio, & quæ sint p̃sumptio-
nes, indicia, & probabiles coniectu-
ræ, circa hoc dic, ꝙ dilucida proba-
tio dicitur illa, quę fit per coniectu
ras

ras.l.si seruus pluriũ. §.fi.ff.de leg.j. secundùm Oldra.& benedictum de Plum.in d.l.sed si maritus. Legitima probatio dicitur illa, quæ fit per testes & instru.vt est tex.cũ glo.no.in verbo Legitimus.in l.cũ de indebito.in prin.ff.de proba.& est glo.in l. proprietatis.C.de probat.Item dicitur legitima probatio ea, quæ fit ex confessione partis, vt est glo.in c.ad abolendã.in glo.iij.in verbo, depræhensi.extrà de hæreticis. Quæ sint p̃sumptiones & idicia circa hoc, vide omnino Guil. de Monte Landu. in Clem.ex grãdi.circa medium, & ibi Franci.Zaba.in §.cæterum.in iij.q. & vide plenissimè in omnibus præ-
noſtrã. ſæpiſsime allegatis. & dixi ſu
prà in ij.p̃ſumptione, circa princ.vel
quia fuit actũ de fructibꝰ in ſortem
cõputãdis.vt dicitur in d.c. illo vos.
vel aliæ ſimiles,de quibus plenè vi-
dimus ſuprà in ſecundo caſu princi.
cùm ergo non reperiatur iure cau-
tum,vt dixi,ꝙ ſola paruitas pretij,&
pactũ de retrouendendo ſufficiant,
ergo dici non debet: vt probatur in
l.præuaricationis. §.fin.ff.de præua-
ricat.& xxxj.quæſtione vltima.c.fin.
in principio. & xxiij.di.præterea. ibi,
nunquàm,niſi nos fallat opinio,legi
mus.& xxx.quæſtione quarta.c.quid
autem.ibi,nulla autoritate reperitur
prohibitum:& in c.ſecũdo,ibi, cùm
nunquàm inueniatur cautũ in iure.
extrà ne ſede vacã.Facit ad hoc glo.
in verbo,legitimas.in authẽ.de reſt.
& ea quæ parit in xj.menſe. §.fi.in fi.
cum gloſ.colla.iiij.cum ſi.*Quartò hoc
etiam probatur. Nã de iure canoni-
co duo tantùm iura reperiuntur, ex
quibus videtur probari, an & quan-
do præſumatur contractus ſimula-
tus, & in fraudẽ vſurarũ celebratus:
videlicet c.illo vos.de pi.& c. ad no
ſtram.de empt.& vendi.in quibus ſe
fundant Doct. omnes,qui tenent cõ
trariam opi. Sed illa capitula requi-
runt alias præſumptiones,quàm p̃di
ctas duas,vt ſtatim dicã in intellectũ
dictorũ capitulorũ.ergo &c. Quin-
tò, hoc cõfirmatur autoritate Accu.
in l.dolus.C.de reſcind. vendit. qui
dicit,ꝙ ſola paruitas pretij,nõ ſuffi-
cit ad præſumendũ dolũ, & ſic frau-
dem,vel ſimulationẽ, per dictã l.do
lus.ſed cõiũcta cum alijs ſic; vt l.cũ
hi. §.modus.ff. de tranſact. & ſic lo-
quitur in plurali numero,dum dicit
cũ alijs.& ſic ſaltẽ aliæ duæ præſum-
ptiones requirũtur:arg.l. vbi nume
rus.ff.de teſt.& l.fin.ff.ad Treb.& c.
pluralis locutio.de reg.iur.in vj.Fa-
cit ad hoc lex,inſtrumẽta. cũ gl.fi.C.
105 de probat. *Ex quo videtur cõclu
dendũ, ꝙ ſaltẽ tres præſumptiones
requirãtur, ad hoc vt p̃ſumatur do-
lus,vel ſimulatio: vt paruitas p̃tij, &
duæ aliæ,ſcilicet pactũ de retrouẽdẽ
do,& vna alia,puta ꝙ ſit ſolitus fœ-
nerari,vel aliqua alia:vt dixi ſ.in ter
tio argumẽto. Sextò dico,ꝙ ꝓ hac
opinione eſt caſus in d.c. ad noſtrã.
licet allegetur ꝑ multos in cõtrariũ
inducendo ipſum aliter quàm indu
xerit Cyn.ſecundùm Iac.de Areti.in
d.l.emptione.C.plus valere.quod a-
gitur.Nam ibi dicitur,quod Mar.re
cepit ab R.laico,titu.emptionis do-
mos & oliuas, cùm reuera cõtractus
vſurarius ageretur,quod patet ex eo
quòd creditor, ſcilicet Mar.debito-

ri scilicet R. promisit, vt quandocunque à septennio vsque ad nouenniũ daret lx. vnc. aureorum, quæ uix dimidiam iusti pretij contingebãt, domos ei⁹ restitueret & oliuas. nã ibi vult tex. dum dicit, qđ patet. ex eo ꝙ ex illis verbis præsumitur contract⁹ simulatus, & in fraudẽ vsurarũ celebratus. Sed ex illis verbis tres præsumptiones oriũtur ad minus, & nõ duæ tantũ, vt statim ostendam. ergo ibi est casus ad literam pro illa opi. Quod autẽ ibi tres præsumptiones oriãtur, patet. Nam vna est paruitas pretij, dũ dicit, ꝙ vix dimidiã iusti ꝑtij contingebat: de qua plene dixi supra in secunda præsumptione, cum quatuor sequentibus. Alia est præsumptio, pactum de retrouẽdendo, vt patet ibi dũ dicit, promisit vt quãdocunq; vsq; ad nouenniũ daret lx. vnc. aureorũ, domos eius restitueret & oliuas: & de hac dixi plenè suprà ĩ xij. præsumptione. Tertia ꝑsumptio est, & potissima videlicet, ꝙ R. non teneatur restituere domos & oliuas vsq; ad septennium ipsi venditori, q ibi appellatur debitor, quia in veritate est debitor: ex quo cõtractus est pignoratitius, simulatus & vsurari⁹: & sic in effectu, quòd venditor non possit retroëmere vsq; ad septẽniũ, sed post sic, vt dixi etiam suprà in secunda præsumptione, post principium, nam ex illo pacto ĩsurgit vna mala præsumptio simulationis & cõtractus vsurarij: vt plenè scripsi suprà in x. prẹsumptione, vbi est videndum. Posset etiã dici, ꝙ quarta ꝑsumptio etiã oriaᵗ ex dictis verbis, dũ dicit, domos eius restitueret & oliuas, propter verbũ eius, & verbũ restitueret. Sed de hac dicẽdũ est, vt dixi su-

prà in xiij. ꝑsumptione, vbi co
videas, ne hoc bis idẽ repetat
itaq; in d. capitulo, ad nostrũ
Papa tertius dicat, ꝙ contract
sumitur simulatus & vsurari⁹
quæ dicũtur ibi. & ibi saltẽ
tres ꝑsumptiones vehemẽtes
quarta, quæ habet aliqd
dicendum est & concl
non probatur, ꝙ duæ tantũ p
ptiones sufficiant, scilicet
retrouendendo, & paruit
saltẽ tres requiruntur, sic
uenerunt: & ex his appare
tellectus ad dictũ cap.
puto esse verissimum: &
do rectè intelligendũ.
opĩn. contraria: imò ꝓba
opinio quã suprà tenui.
infero vnam cõclusionẽ
& verissimam, quod ad p
cõtractum pignoratitium
tum seu vsurarium, duę præsum
nes tantùm non sufficiunt
saltẽ requiruntur. Itẽ ex hoc
fero, ꝙ illa præsumptio, quod
ptor sit solitus fœnerari, licet
hemens, cõiuncta etiam cu
de retrouendendo, tamẽ non
prẹsumere cõtractum simulatũ
xi etiam in xxiiij. præsumptio
finẽ. Nec prædictis contradic
lo vos. de pign. ibi, ex duobus
&c. vbi Papa Inn. tertius, vide
le, quòd ex duobus tantùm p
tur cõtractus simulatus, quia
interuenit pactũ de retrouen
de quo nõ dubitatur postea
eà dicit, ꝙ ex duobus non tant
in pacto fuerunt expressa, scil
quòd fructus computentur in
tem, & quòd vltra summam
ptam 40. solidi debebant
co

cōtra emptorē præsumitur vehemēter, quasi dicat ille sunt duæ præsumptiones, quæ an solæ sufficerēt, hoc ibi nō dicitur, sed cōiūctæ cū pacto, si emptio displiceret emptori, bene sufficiūt, præsertim cū emptor vsuras cōsueuerit exercere: & hoc vult litera ibi, dū dicit, Quæ in pacto fuerunt expressa. quæ litera præsupponit, quod prædictū pactū quod est suspectū, vt dixi suprà ī x. & xj. præsumptione, interuenit, cùm dictis alijs duabus præsumptionib⁹: & sic quòd dictæ duæ pręsumptiones cū dicto pacto suspecto, quod est tertia mala pręsumptio, bene sufficiunt ad præsumendū contractū simulatū. Ex quibus apparet, quòd nō probatur ex dicto ca. illo vos. quod duæ tantū præsumptiones sufficiunt, sed tres saltē requiratur. & ex hoc habes etiā intellectū dicti capi. illo vos. nec etiā gloss. in c. conquestus. extrà de vsuris quæ allegatur pro opinione contraria tollit opi. quam teneo. Nā dicit ibi gloss. magna, ibi, nō tamē est vsura, quòd non est vsura, si vendo tibi fundum iusto pretio ea lege, vt quandocunq; tibi soluerē pretium, quòd fundus ad me reuertatur: vt C. de pact. inter emptorē & venditorē. l. secūda. & in casu isto iste lucratur fructus, aliàs si est modicū pretiū præsumitur contractus esse in fraudem vsurarū: vt extrà de emptio. & vēd. c. ad nostrā. & p̄cipuè si emptor consueuit exercere vsuras: vt extrà de pig. d. cap. illo vos. Ista sunt verba glo. in d. ca. cōquestus, quæ possunt intelligi, dum dicit, Præcipuè si emptor consueuit exercere vsuras: quòd illud verbū, Præcipuè, abūdet.* Sicut dicitur de verbo, Maximè[a], qđ quandoq; abundat: vt est glossa in l. fina. in verbo, maximè. C. de test. manumißione. & habetur per Bart. in extra. ad reprimendū. versicu. maximè. & per Flo. in l. illud. ad fin. pri. ff. ad l. Aquil. Nā si nō cōsueuit fœnerari, vel illicitos cōtractus facere, nō facilè præsumitur fraus vel simulatio: & maximè si est persona, quæ ignorauit ius, sicut sunt simplices homines rustici, vel mulieres, vel similes, in quibus nō præsumitur fraudis cōsiliū. arg. glo. no. in l. cū allegas. circa princi. gl. ibi, & maximè ius ignorantibus. & ibi hoc not. Bald. in iiij. col. in princip. C. de vsuris. quod no. in practica, vt deducas & probes emptorē esse rusticū, vel simplicē hominē vel similē, vt tollatur in eo suspitio fraudis. Alio modo potest respōderi ad glo. prædictā c. cōquestus. de vsur. etiā intelligēdo verbū præcipuè, quod ibi nō abūdet: vt dicit gl. in d. l. illud. ff. ad l. Aquil. videlicet, q intelligatur c. ad nostrā. & c. illo vos. alle. per eā, videlicet quādo aliæ præsumptiones cōcurrūt cū paruitate p̄tij & pacto de retrouendēdo, vt statim dixi suprà in intellectu doctorū capitulorū: qa glossa semper debet intelligi secūdū leg. quā allegat, vel secūdū iura, quæ allegat: vt not. Bar. in l. nō solū. §. liberationis. circa mediū. ff. de liber. leg. & Raph. Ful. in l. patronus. ff. de probatio. & dom. Signorolus in consilio suo, quod incipit, Christi saluatoris nomine inuocato. circa mediū. præsertim cùm aliter intelligendo glo. diceret contra text. quem allegat, sicut diceret in casu nostro, si intelligeretur prout iacet, & non secundū iura, quæ allegat, vt patet ex prædictis. Tertio

modo responderi posset ad d. glos. d.c.cõquestus. etiã intelligẽdo eam prout iacet,& vt intelligũt Doct. qui eã allegant pro opin.cõtraria,videlicet quòd illa glo.cũ reuerentia ita intellecta,nõ diceret verũ: quia non probaretur aliquo iure, imò iura q̃ ipsa allegat,probant cõtrariũ, vt suprà declaraui.Ex his itaque apparet, quòd secunda opinio,de qua suprà, quam teneo,videlicet quòd ista duo tantũ scilicet paruitas pretij,& pactũ de retrouendẽdo, nõ sufficiũt ad faciendũ præsumere contractũ simulatum & vsurariũ, est verissima in iuribus & rationibus cõprobata,& adiuuatur etiã autoritatibus,& eam sequendã tam in cõsulendo, quàm in iudicãdo semper esse putaui:& præsertim cũ do.Laurẽ.de Pinu. magnus practicus,dicat istã opinionẽ seruari in practica,vt refert excellẽs doct. dominus Lau.de Rodulphis de Flo. in suo tractatu de vsu. in lx.q. & suprà dixi:ac etiã cũ dom.Paul.de Castr. in consilio suo ccxxviij. dicat q̃
107 cõmuniter Doct.hoc tenẽt.* Et maximè cum in re dubia debeamus in meliorẽ partẽ ĩterpretari:vt est tex. in capitulo, estote misericordes. & ibi notat.extrà de reg.iur.& no.glo. in versi.verisimiliter.in capi.nauigãti.extrà de vsuris.Facit l.meritò.ff. pro socio.cũ similibus.Et prædicta procedũt,quãdo duæ tantũ præsumptiones interuenerunt, scilicet paruitas pretij, & pactum de retrouendendo, & quòd emptor sit solitus fœnerari:tunc nunquid præsumatur contractus pignoratitius, simulatus, & vsurarius.Et videtur quòd sic,per c. ad nostram. extrà de empt. & vend. & per ca.illo vos.de pigno.Contrariũ tenet Cyn.secudũ Iacob.de [illegible] in l.emptione.in iiij.quęst.C.[illegible] lere quod agitur.qui dicũt q̃ capitula hoc nõ probãt,quia ibi alia adminicula seu aliæ præsumptiones. Nam dictũ c.illo vos.loquitur quãdo erat in potestate emptoris recedendi à contractu.hic autem loquimur ecõtrà, qñ est in potestate venditoris ad tempus vel in perpetuum recedẽdi à cõtractu,per pactũ de retrouendendo sibi ab emptore. Itẽ ibi emptor habebat cõpensatione fructus rei emptę in pretio,id est [illegible] te soluta:quòd est cõtra naturam emptionis.& ideo ibi dicitur,quod [illegible] it pignus.Itẽ in c.ad nostrã debebat aliquid reddi vltra pretiũ datum, quod videbatur vsura: & quod fructus debebãt in sortẽ cõputari,quod est cõtrà naturã vẽditionis, vt [illegible] est. Vnde alia adminicula seu præsumptiones erãt ad viã præsumptionis & simulationis faciẽda,secundum Iacob.de Aret.& Cyn.ibi,scilicet in l emptione.Sed dicta duo nõ probantur in d.c.ad nostrã.vt dixi suprà [illegible] cundũ Ioan.And.in d.ca. illo vos.& bene. Et dicta opinio Cyn. videtur posse hoc modo probari, præsupponẽdo,quòd paruitas pretij nõ [illegible] gat dimidiã iusti pretij,arguẽdo [illegible] Ex paruitate pretij nõ videtur,quod oriatur nec oriri possit aliqua mala præsumptio,quia de iure ciuili & canonico licitũ est contrahentibus se decipere in pretio: vt est tex. in [illegible] causæ. §.pen.de min. & l.itẽ si pretio. §. quemadmodum.ff. lo.& [illegible] cùm causa.extrà de empt.& vend. [illegible] dixi in secunda præsumptione. [illegible] citum est de iure ciuili & canonico decipere in pretio non tangendo [illegible] midiam

midiam iusti pretij, ergo videtur, ꝙ non possit oriri aliqua mala præsumptio. quia qđ fit lege permittẽte, pœnã nõ meretur: vt l. Gracchus. C. de adul. nec lex debet præbere causam delinquẽdi: vt l. secũda, in fin. C. de edic. di. Adri. tol. ne inde iniuriarũ nascatur occasio vnde iura nascũtur. vt l. meminerint. C. vnde vi. & c. qualiter & quãdo. el primo, extrà de accus. Eodẽ modo ex pacto de retrouẽdendo nõ videtur, ꝙ debeat insurgere aliqua mala p̃sumptio. ex quo illud pactũ nõ est improbatũ à iure, imò approbatũ: vt est tex. in l. secunda. C. de pact. inter empt. & vẽ. Et dixi suprà in princip. huius tractatus. Vnde licet sit vna mala p̃sumptio, ꝙ scilicet quis sit solit⁹ fœnerari, vt dixi suprà in xxij. & xxiij. præsumptione: tamẽ nõ videt, ꝙ sufficiat cõiuncta cũ pacto de retrouendẽdo & paruitate p̃tij, ex quo illa duo non sunt prohibita, nec à iure reprobata: vt dixi: quia illa tantũ ꝙ sit solitus fœnerari, est improbata à iure, & illa sola nõ sufficit, vt dixi in d. xxiij. præsumptiõe, in fine. Tu tamẽ in hac quęst. teneas sine dubio cõtrariũ, videlicet ꝙ illa tria, pactũ de retrouẽdẽdo, & paruitas pretij, & ꝙ emptor sit solitus fœnerari, vel similes cõtractus simulationis celebrare, sufficiũt de iure ad præsumẽdũ cõtractũ pignoratitiũ, simulatũ & vsurariũ. & dicas ꝙ hoc apertè ꝓbatur in d. c. ad nostrã. de empt. & vẽd. vbi ex tex. apparet, quòd tres præsumptiones sufficiunt: idẽ etiã probatur in d. c. illo vos. extrà de pigno. secũdũ ea quæ dixi suprà ꝓ intellectu dictorũ capitulorum: & ita tenẽt cõmuniter Legistæ & canonistæ: vt patet ex his quæ dicunt suprà, in quæst. an illa duo tantũ sufficiãt, videlicet pactũ de retrouẽdẽdo, & paruitas pretij: & de hoc nõ est dubitandũ, qa ita etiã vidi seruari in practica. & bene. Nec obst. huic sententiæ, quod notat Cyn. secũdùm Iaco. de Aret. in l. emptione. C. plus valere quod agitur: dũ dicit, quod istud nõ probat in c. ad nostrã. qa ibi non dicitur, ꝙ aliæ præsumptiones interuenerint vltra eas de quibus suprà dixi in intellectu illius ca. vt suprà dictũ est. Nec etiã ob. dum dicit Cyn. ꝙ in c. illo vos. ibi etiã interuenerũt aliæ præsumptiones, qa ibi Papa se fundat in tribus tantũ præsumptionib⁹, vt dixi suprà ĩ intellectu d. ca. illo vos. Nec procedit argu. quod suprà factũ est, dũ dixi, ꝙ licitum est cõtrahẽtibus se decipere de iure ciuili & canonico, & pactũ de retrouẽdendo non reprobatũ, imò probatũ à iure: ergo illa duo à iure permissa simul iuncta cum vna mala præsumptione, videlicet ꝙ sit solitus fœnerari, non debẽt nocere: quia responderi potest, quantùm ad paruitatem pretij, ꝙ illud ꝓcedit quantũ ad hoc vt nõ possit rescindi cõtractus. ꝑ l. ij. C. de rescin. ven. sed quãtũ ad hoc vt præsumatur dolus, dico ꝙ ex paruitate pretij, quæ non contingat dimidiam iusti pretij, dolus bene præsumatur regulariter, vbi concurrunt aliæ præsumptiones: vt l. cùm hi. §. modus. ff. de transact. & est tex. cum gloss. in l. dolus. C. de rescin. vẽd. licet sine alijs præsumptionibus non præsumatur: vt est tex. cum gloss. in eadẽ l. dolus. Item quantùm ad pactũ de retrouẽdendo, eo modo respõdetur: qa licet illud regulariter sit à iure permis. vt l. secunda. C. de

pact.inter empto.& véd. cũ si. tamē
illud ꝓcedit, quādo nulla alia mala
præsumptio concurrit. Sed vbi aliæ
malę presumptiones interueniũt,&
tũc etiā pactũ de retrouendēdo, qđ
de se est licitũ, inducit malā pręsum
ptionē:vt probatur in d.c.ad nostrā.
de emptio.& vendi.& dixi plenè su
prà in xij.præsumptione.& ꝓ hoc al
lego.glo.f.in dicta.l.dolus. C.de re-
208 scin.ven.* Quia & sicut quę nō ꝓ-
sunt singula, multa iuuāt: ita ecõtrà
& quādo nō nocēt singula,multa no
cēt: vt dixi in viij. præsumptione in
fi.Pro hoc l.instrumēta.cũ glo.fin.&
quod ibi not. C. de proba. & quod
not. gl.& Doct.in c.cũ causam.extrà
de probat.& gl.fi.in fi.c.pręthereà.ex
trà de resti.Facit & quod not.Bar.in
l.j.§.idem Cornelio. ff.de quęsti. &
Bal. in l. si quis ex argentarijs. §.ij.
versi.iiij.no.ff.de eden.& quod not.
Nic.de Neap.in l.ij.ff.de excu.tu.Ex
prędictis ego infero plures cõclusio
nes.Prima est, quòd illę duę tãtũ ꝓ-
sumptiones, scilicet paruitas pretij,
& pactũ de retrouēdēdo nō sufficiũt
ad pręsumendũ contractũ simulatũ:
& hoc est cõtra multos. Secũda con-
clusio,scilicet quòd ista tria, scilicet
pactũ de retrouēdēdo,paruitas pre-
tij, & quòd emptor sit solitus fœne-
rari,faciunt pręsumere contractũ si-
mulatũ, pignoratitiũ & vsurariũ: &
hoc est cõtra Iacob.de Aret.& Cyn.
& eã tenet expresse glo.in cap.con-
questus.extrà de vsur. & eam tenent
communiter Docto.Legistæ & Ca-
nonistæ. Tertia conclusio , quòd ex
his tribus,scilicet pacto de retrouen
dendo,& quòd vsque ad certum tē-
pus nō possit retroëmere,& ex par-
uitate pretij,præsumitur contractus
simulatus,pignoratitius & vsurari9;
& iste est propriè casus in ca. ad no-
strā.de empt.& ven. secũdũ intelle-
ctũ,quē ego tenui suprà. Quarta cõ
clusio est, ꝙ ex istis tribus pręsumi-
tur cõtractus simulatus , pignora-
tius & vsurarius, scilicet ex pacto de
retrouēdēdo,ex pacto,quòd fruct.
percepti in sortē cõputentur, & ex
tertio pacto,quòd vltra summã rece
ptā aliquid debeat per volentem re
troëmere persolui,iuxta ea, quę ple
ne dixi suprà ĩ iiij. pręsumptione.&
ille est propriè casus in d.c.illo vos.
ibi:ex duobus tamē.de pigno.intel
ligendo,quòd ibi etiā interuenerat
pactũ de retrouendēdo: vt patet ibi
in litera, & suprà dixi , & statim etiā
dicetur. Quinta cõclusio,ꝙ ex duo
bus tantũ pręsumptionib9 nũquam
pręsumi debet cõtractus simulatus,
quia hoc nō reperitur iure cautũ,&
dictũ c.illo vos.ibi,ex duobus tamē.
nō cõtradicit huic conclusioni,quia
dicit, ex duob9 tamē q̃ in pacto fue
rũt expressa:& sic in pacto de retro-
uendēdo. Vnde ibi pręsupponit in
verbo,in pacto.ꝙ etiā interuenit pa
ctũ de retrouēdendo:& sic ibi erant
tres saltē pręsumptiões.Et eodē mo
do nō ob c.ad nostrā. ibi, quod pa-
tet ex eo,qa in illis verbis cõprehē-
duntur tres pręsumptiones, scilicet
pactũ de retrouendēdo,paruitas pre
tij, & quòd vsque ad certũ tēpus nō
possit retroëmere. & ista est veris-
sima & optima conclusio , vt patet
ex prædictis , & ex hac conclusione.
Sexta conclusio, quòd ista duo tan-
tùm , scilicet quòd fructus percepti
debeāt in sortē computari, & quòd
vltra summā perceptam aliquid de-
beat persolui sine pacto de retrouē-
dendo

dendo, nõ sufficiũt ad iudicandũ, ꝙ contractus sit simulatus siue pignoratitius, & vsurarius. & hoc ꝓbatur in d.c. illo vos. Septima cõclusio est, ꝙ duo, scilicet pactũ de retrouendẽdo, & quòd qs sit solitus fœnerari, nõ sufficiunt ad præsumendũ contractũ simulatũ: vt etiam dixi suprà, in xxiij. ꝑsumptione, ad finẽ. Octaua cõclusio etiã ex prædictis sequit, quæ est verissima, scilicet quòd paruitas pretij, & ꝙ quis sit solitus fœnerari sine pacto de retrouendẽdo, nõ sufficiũt ad præsumẽdũ cõtractũ simulatum siue pignoratitiũ. Nona conclusio est, ꝙ exceptis casibus de quibus suprà in .ij. iij. iiij. conclusione, nõ reperio, ꝙ sit à iure determinatum, ex quot præsumptionibus iudicari debeat contractus simulatus siue pignoratitius & vsurarius. & ex ista sequitur alia. Decima cõclusio & vltima, quòd extra casus ꝑdictos, cũ nõ sit determinatũ à iure expressè quot præsumptiones sufficiant, quòd est arbitrarium a ex quibus & quot præsumptionibus iudicari debeat contractus simulatus: & aliqñ ex tribus tantùm, & aliquãdo ex pluribus iudicari debebit contractus simulatus, inspecta conditione personarum, & qualitate facti & causæ. & qualitate pręsumptionũ: quia vna est maior altera, & magis pręponderat, vt patet ex his q̃ dixi plenissimè in xxvj. præsumptionibus. Et hæc conclusio probatur à natura, quando aliquid iudicandum, nõ est expressè determinatum à iure, & tunc statur arbitrio iudicis b siue iudicantis, qui inspectis ꝑdictis iudicare debet: vt est casus in d.c. de causis. in fi. & ibi not. extrà de offic. de leg. & in l.j. §.j. ff. de iure delib. & in l.j. §. expilatores. ff. de effractoribus & expilatoribus. cum simili.

a Maxime. *Maximè includit utrũq; casum sed ponit maioritatem rationis in altero: & idẽ ius statuit gl. in l. illud. ff. ad l. Aqui. & ibi Flo. xij. dist. illud. in Spe. de dispu. & allega. §. post hæc. uer. & no. item includit idem ius in casu contrario, & quandoq; ponitur pro multum. Car. in cle. j. de renunt. Maximè semper abundat. l. si dolo. de rescin. uendi.*

b Arbitrio. *Arbitrio iudicis locus est ĩ determinationibus faciendis, ubi certus modus à iure nõ exprimitur. in Spe. de instru. edi. §. iiij. uer. quaeritur autẽ. Itẽ ubi tempus non est determinatum à iure. ut eo. §. uer. illud. Item circa delationem iuramenti quãdoq; in Spec. de iuramenti dela. uers. si autem sit ciuilis. Itẽ ubicũq; deficit determinatio iuris. in Specu. de libelli conce. §. v. uersi. iij.*

109 VERVM * quia in isto libello nostro sæpissimè habita est mentio de paruitate pretij, seu de deceptione in pretio aut in venditione, aut in locatiõe, aut in pacto de retrouẽdẽdo: necessariũ est, vt declaremus qũo & qualiter intelligatur esse ista paruitas pretij seu deceptio in pretio, ad hoc vt ꝑsumatur cõtractus simulatus. c Et certè est mirãdũ, quòd Doc. non examinauerũt, præsertim cùm istud sit vnũ principale fundamentũ in materia simulationis: ac etiam nõ sit sine magna dubitatione: & quotidie hoc in facto eueniat. Sed ego, q hãc materiã pro viribus explicare in hoc tractatu constitui, etiã hũc articulũ plenius attingendũ esse putaui. Et in primis videt dicen

dum,ꝙ iſta paruitas pretij ſeu dece-
ptio in pretio,debeat eſſe in dimi-
dia iuſti p̄tij,ꝑ l.ſecūdā,C.de reſcin.
ven.& per cap.cū dilecti.& cap.cùm
cauſa.extrà de emp.& ven.qa infra
dimidiā iuſti pretij licitū eſt tā de iu
re ciuili quàm canonico contrahēti
bus ſe decipere:vt plenè dixi ſuprà
in ſecūda præſumptione:& in que-
ſtione præcedenti.Et iſta videt̃ eſſe
vna opi.quæ probari videtur in c.ad
noſtram.ibi,quę vix dimidiam iuſti
pretij contingebāt.de emptione &
vendi.intelligendo vix,id eſt,nullo
modo:vt ibi notat.per Doc.& maxi
mè per Ioan.de Imo.Alia opinio po
teſt colligi ex dicto cap.ad noſtram.
videlicet,ꝙ illa paruitas pretij ſeu
deceptio in pretio ſufficiat,quæ eſt
prope dimidiam iuſti pretij:quia di
citur ibi,vix dimidiā iuſti pretij con
tingebat,hoc eſt,quòd paruitas pre-
tij nō eſt dimidia iuſti pretij:qa vix
continet illam,id eſt,in illa non eſt
deceptio,ſed vix illam cōtinet dimi
diā iuſti pretij:qa ꝙ vix fit,tñ fit:vt
habetur in l.vix certis ex cauſis.ff.de
iudi.& in cap.ſecūdo,de cogna.ſpiri
tuali.lib.vj.& per gl.xij.quæſtione ſe
cūda,hoc huius placiti.& habetur in
cap.ſi Chriſtus.in prin.extrà de iure
iu.Et ſecūdū iſtam opi.pone exem-
plū:Res valebat centū,fuit vendita
pro xxv.hic nō fuit deceptio in di-
midia iuſti pretij,ſed vix dimidiam
iuſti pretij cōtingit:& iſte intellect⁹
videtur eſſe verior,quantū ad text.
dicti cap.ad noſtrā. Tertia opi.po
teſt colligi ex his,quæ habent̃ in l.ſi
ſocietatem.§.arbitrorum.cōiūcta l.
vnde ſi Neruæ.cum l.ſequēti.ff.pro
ſoc.cū his quæ ibi notantur per Bar.
& Doc.& per Doc.in c.Quintanal-
lis.extrà de iureiurā.in quibus ha-
betur,ꝙ ad hoc vt poſsit peti re-
ductio ad arbitriū boni viri,requiri-
ꝙ ſit enormis læſio ſecūdū Bar.in
§.arbitrorū.quando eſt exceſſus
vj.parte.per tex.in d.§.arbitrorum
coniuncta l.vnde ſi Neruę.& l.ſe.
110 *Nam cū in dubio partes ſocietat
debeant eſſe æquales,vt l.ſi nō fue-
rint.ff.pro ſocio.& arbitrator vni ſo
cio adiudicauerit vnā partē,alij duas
de tota,vel vni triētē,alij ſemiſſem,
facta computatione reperitur ſecun
dùm Bar.exceſſus,niſi in vj.parte to
tius,& vult ibi tex.quod poſſit peti
reductio ad arbitriū boni viri.ſe-
cūdū iſtam opi.Bart.videtur,ꝙ tunc
dicatur eſſe enormitas vel paruitas
pretij,aut lęſio ſeu deceptio in p̄tio,
quando eſt lęſio in vj.parte,totius.
Quarta opi.etiam colligi pōt ex d.
l.vnde ſi Neruę.cū l.ſeq.ff.ꝑ ſocio,
ſecūdū opi.d.Frā.de Albergo & Are
ti,& in l.ſi quis arbitratu.ff.de verb.
ob.& Ioā.de Imo.ibi,& in repe.cap.
Quintanallis.extrà de iureiu.& om
111 nium modernorū. *Qui tenent,ꝙ
quātū ad petendā reductionē ad ar-
bitriū boni viri,requiritur,ꝙ ſit læ-
ſio ſaltem in tertia parte,& nō ſuffi-
cit in vj.vt dicit Bar.quòd hoc pro-
batur in d.l.vnde ſi Neruæ.cū l.ſeq.
quæ incipit,quid enim.nā fatendū
eſt,quòd in dubio partes ſocietatis
debent eſſe æquales:per dictā l.ſi nō
fuerit.ff.pro ſocio.ſed facta cōputa-
tione in d.l.quid enim.nō reperit
exceſſus in vj.vt dicit Bar.ſed in ter
tia.nā ibi,arbitrator adiudicauit vni
ſocio duo milia,alteri mille.ille ſo-
cius,cui mille tantùm fuerūt adiudi
cata,debebat habere dimidiā:& ſic
mille & quingentos,qui ſunt dimi-
dia

dia triũ milliũ:cum ergo adiudica-
uerit arbitrator vni socio mille tan
tùm,cùm deberet adiudicare mille
& quingentos,patet quòd ipse fuit
læsus in tertia sibi debita:quia quin
genti;sunt tertia de mille & quin-
gentis:in hoc Bar.errauit in facien-
do computationem,quia Bar.habuit
respectum ad totã summam socio-
rum,scilicet ad summã trium miliũ,
cuius respectu quingenti sunt sexta
pars.sed in hoc errauit vt dixi:qa le-
sio non est nisi respectu partis socij
læsi,nõ aũt respectu partis,quę alte-
ri socio debebatur. Vnde quantùm
ad materiã arbitramenti,tenendum
esse videtur,quòd ad hoc vt possit 113
peti reductio ad arbitriũ boni viri,
requiratur,quòd saltẽ sit læsio in ter
tia parte eius qđ lęso debebať.Et ex
his ęquiparando istam lęsionem seu
deceptionẽ in pretio,illi,quæ indu-
cit pręsumptionem simulationis,di
cendum esset,quòd ad hoc vt possit
pręsumi contractus simulatus,pign.
& vsurarius, requiratur,ꝙ, lęsio seu
enormitas,vel deceptio in pretio sit
114 saltem in tertia parte iusti pretij. *Et
pro illa opinio.facit,quia glo.in c.
cõquestus.extrà de vsuris,dicit,tũc
esse lęsionẽ,qñ modicũ est pretiũ &
modicũ dicitur etiam,quãdo est ter
tia:vt in l.nominationum.C.de de-
cu.lib.x. Quinta opi.etiam colligi
potest ex glo.d.c.cõquestus.quæ di-
cit,quòd tùc dicitur esse læsio,quan
do pretium est modicum,sed modi-
ca pars dicitur esse aliquãdo quarta:
vt probatùr in l.si quis in suo.C.de
inoffi.testa.ergo videtur posse dici,
ꝙ sufficiat,quòd sit læsio in quarta
parte tantũ. Sexta & vltima opin.
colligitur ex his,quæ habentur per
glo.not.Insti.de contrahẽ.emp.in §.
pretium.in ver.diffinierit.quæ inci-
pit, iniquè.quæ singulariter vult,ꝙ
quãdo dicatur pretium iustũ vel in-
iustũ,statur arbitrio iudicis,q iudex
arbitrabitur secundùm qualitatem
causæ,personarũ,& rei debitæ,& cõ
demnationis vel absolutionis, quia
in paupere,parua quantitas dicitur
magna:vt l.illicitas.§.ne tenuis.cum
gl.ff.de offic.præsi.facit quod no.gl.
in aut.præterea.C. vnde vir.& vxo.
& quod no.Bart.in l.si constante.in
prin.ff.sol.ma.& hoc videtur tenere
in materia arbitramenti.Bal.in l.cũ
anteà.in iiij.col.ver.item est conside
rãdũ.C.de arbi.*Vbi dicit,ꝙ magna
& parua quãtitas dicitur respectu p-
sonarũ,& causę.allegat notata in au
tẽ.quod locũ.C.de colla.& ita tenet
etiã expressè do.Ang.de Aret.in l.j.
§.si quis ante.ff.à qui.appel.nõ licet.
& do.Bar.de Saly.in l.fi.C.de con-
trah.emp.& idẽ ibi Cy.in ij.q.secũ-
dùm Iacob.de Are.& Petrũ:& secũ-
dũ istam opi.vidi semper iudicare in
materia reductionis ad arbitriũ bo-
ni viri.Et credo ꝙ ista op.sit sequẽda
sine dubio in casu nostro.Et prima
ratio sit,quia nõ reperiť expressè à
iure limitata quãtitas,qñ dicatur læ-
sio in pretio ad hoc vt pſumať cõtra-
ctus simulasus:ergo standũ est arbi-
trio iudicis.per cap.de causis.in fin.
extrà de offic.deleg.& per l.primã.
§ j ff.de iur.delib.cũ si.& licet c.ad
nostrã.de emptio.& vendi.dicat,ꝙ
vix dimidiam iusti pretij continge-
bat,nõ tamen negat idem esse quan
do fuisset pretium in minori quãti-
tate.Secũda ratio est,quia gl.or.in c.
cõquestus.extrà de vsur.loquitur de
pretio modico,& modicũ pretiũ di-
ci-

citur,quãdo res valet multò plus:vt
dicit gl.fi.in l.per diuersas.C.manda.
Sed illę gl.non declarant quando &
quomodò intelligatur illud multò
plus,vel illud modicũ pretium.ideo
intelligendũ est,quod sit arbitrio iu
dicis,per prædicta. Tertia ratio est,
nam læsio dicitur esse,vbi est modi-
cum pretium,& modicũ pretiũ intel
ligitur aliquando tertia, aliquando
quarta pars,aliquãdo dimidia:vt pa-
tet ex his,quæ dicta sunt suprà:ergo
sequitur,ꝙ erit arbitriũ iudicis in ca
su nostro:& hoc tenuit Oldra.scili-
cet quòd lex loquens de modico,in
telligatur in dubio arbitrio iudicis.
facit ad hoc lex,hactenus.ff.de vsuf.
& quod habetur in cap.de appel.ex-
14 trà de appel. *Sed dubitari posset
qualiter iudex in hoc debeat arbitra
ri,puto,quòd debet inspicere quali-
tatem personarũ,rei,causæ,& cõtra-
ctus:vt dixi suprà secũdũ Bald.in d.l.
cũ anteà.C.de arbi.& qñ sit facienda
magna differẽtia inter contractum
primæ venditionis ,& cõtractũ loca
tionis,& vltimũ contractum pacti de
retrouendendo.Nã in pacto de re
trouendendo,si est læsio etiam in mi
nima parte, videlicet ꝙ emptor ve-
lit,vt venditor quando retroẽmit,so
luat aliquid plusquàm habuerit ven
dendo ab ipso primo emptore.Cre-
do quòd intelligatur esse læsio suffi
ciẽs ad inducendã vnã præsumptio-
nẽ simulationis:vt patet ex his,quæ
dixi in iiij.v.& vj.præsumptione.Et
pro hoc allego tex.in c.illo vos.ex-
trà de pig.vbi dicitur,ꝙ sub noĩe vẽ
ditionis,quædã terræ fuerũt pignori
obligatæ pro xxiij.libris,& fuit actũ,
quòd vltra summam receptã.xl.soli
di deberent persolui:& quòd pro-
pter hoc præsumit̃ contra emptorẽ:
& tamẽ illi xl.solidi sunt tres libræ,
& tres libræ respectu xxiij.librarum
sunt circa octauã partẽ.Vñ ille tex.
probat,ꝙ quãdo in pacto de re-
uendendo est læsio,etiam in oct.
parte,illa sufficit ad inducendũ
malam præsumptionẽ simulation.
Eodẽ modo puto esse dicẽdũ,quã
do est lęsio in locatione seu fictu,quia
si de iure & consuetudine solui de-
beat,soluuntur quinq; ꝓ cẽtenario,
& si fundus locet̃ sex pro cẽtenario,
& in rõne centenarij,ꝙ tũc dicitur esse
læsio sufficiẽs ad p̃sumendã simula-
tionem,quãdo est coniuncta aliis
præsumptionibus,secũdũ ea quæ di.
sunt s̃.Sed quãdo esset lęsio in prima
ditione,puto , ꝙ maior requiratur
quàm in locatiõe vel pacto de retro
uendendo,& maximè quando eadẽ
res liberaretur eidẽ venditori,quia
tũc nõ damnificatur in tantũ vendi-
tor,quãdo rem venditam conductam
ex quo ipsa vtit̃ fruitur ꝓ p̃tio iusto
locationis:nõ tamen dico ꝙ ꝓpter
hoc indistinctè possit esse lęsio in vẽ
ditione,sed quòd maior lęsio requi-
ratur ad inducendam malam pręsum
ptionem simulationis.Et ad hoc vi-
de,quę dixi s̃.in ij.pręsumpt.ad fin.
Et pro clariori intelligentia ex præ-
dictis elicio sex cõclusiones.Prima
conclusio est generalis,ꝙ arbitrariũ
est,id est arbitrio iudicis seu boni
viri,quando dicatur læsio seu dece-
ptio in pretio,ita quòd ex ea insur-
gat vna pręsumptio simulationis cõ
tractus.Secũda cõclusio est,quod in
pacto de retrouendendo,iudex de-
bet arbitrari esse læsionem seu dece-
ptionem in pretio respectu simula-
tionis contractus pręsumendę,quã
est

est deceptio seu lęsio in viij. parte, & etiã in minori. Tertia conclusio, ꝙ quando promissa est pensio vltra id quod de iure cõmuni & ex cõsuetudine debetur, iudex arbitrari possit, ꝙ intelligat esse læsio seu deceptio in pretio ad præsumendũ contractũ simulatũ. Quarta cõclusio est quòd in j. venditione dicatur esse pretiũ iniustũ, & sic lęsio in pretio, quantũ ad inducendã prẽsumptionẽ simulationis arbitrio iudicis seu boni viri, nõ in minima quãtitate, sed in tertia, vel dimidia, vel prope dimidiã, & maximè quãdo venditor immediatè cõduxit rẽ per ipsum venditã, & hoc inspecta qualitate personarum, rei, cõtractus, & causæ, inspecta consuetudine loci. Quinta cõclusio, ꝙ vbi est lęsio etiã in venditione in dimidia iusti pretij, iudex debet indistinctè arbitrari, ꝙ illa sit sufficiens lęsio seu deceptio in pretio, etiã respectu simulationis cõtractus. Et iste est casus in c. ad nostrã. de emptione & vẽditione. ibi, quę vix dimidiã iusti pretij cõtingebant, secundũ vnũ intellectũ, intelligẽdo ibi vix, & nõ seu nullo modo, prout aliqui intelligunt: & istud nullã habet dubitationem. Sexta & vltima cõclusio est, ꝙ nõ solũ vbi est lęsio in dimidia iusti pretij, sed etiã quando est prope dimidiã iusti pretij, etiã in venditione debet iudex arbitrari esse læsionem seu deceptionẽ in pretio, quantũ ad inducendam vnã prẽsumptionẽ simulationis, vt est casus in d. c. ad nostram, in verbo, vix. intelligendo, ꝙ illud verbũ vix, non stet negatiuè, vt dixi s. quantũ ad intellectũ dicti c. Et hæc omnia sunt bene notanda tam in theorica, quàm in practica. & maximè quia doctores hoc non declarãt, nec etiã tangũt, & vtilia sunt. Et per hoc sit expeditus iste sextus casus principalis: sequitur vltimus principalis casus.

a Contract. *Contractus simulatus quomodo probetur, uide Pau. de Ca. cõsi. lxxx. & cõsil. cxiq. & cccxxvj. & se. Bart. in l. pacta nouissima. circa medium. C. de pact.*

115 VLTIMO *casu prĩcipali quãdo in cõtractu nõ interuenit dolus, fraꝰ, vel simulatio, nec aliqua lęsio vel deceptio in pretio venditionis, locationis, vel pacto de retrouẽdendo, sed adsunt aliæ prẽsumptiones vel cõiecturę doli, fraudis, vel simulatiõis, de quibus plenè dixi s. in iiij. casu princi. Et in hoc est dicẽdũ: aut loquimur in foro cõtẽtioso, aut in foro conscientiæ. Si loquimur in foro cõtẽtioso, & tũc cũ nõ reperiatur iure cautũ, quæ & quot prẽsumptiões sufficiãt, erit arbitrariũ, & arbitrio iudicis relinquẽdũ, vt dixi s. in ix. & x. cõclusiõe, in ꝑcedẽti casu princip. Si vero loquimur in foro cõscientię, & tũc credo, ꝙ sit relinquendũ hoc etiã arbitrio iudicantis seu cõfessoris: quia in ambiguis absolutũ nõ debet esse iudiciũ: sed cõscientię iudicantis etiã cõmittendũ: vt dicit beatus Gre. Andreæ Tarentino episcopo. & habet xxxiiij. dist. habuisse. & habetur in l. j. §. j. ff. de iure delib. & in c. de causis. extrà de offi. deleg. in c. nõ est. in gl. fi. extrà de regu. qui iudex vel confessor debet animaduertere in primis, si põt comprẽhendere, ꝙ cõtrahentes habuerunt animũ emendi & vẽdendi, vel nõ: Si cõpræhendet vel existimabit per circunstantias, ꝙ habuerint animum

mum verè emendi & vendendi, iudi b
cet cõtractũ fuisse verũ, & nõ simula
tum vel vsurariũ: relinquendo tamẽ
semper id eorũ contrahentiũ cõsci- c
entiæ: vt dicit glo. pe. in c. nauiganti.
extrà de vsuris. Facit ea pi. mulieri.
de iureiur. quæ posteà iudicabitur p
116 eũ, q secretorũ est cognitor. *Nã
a conscientia a omnipotenti Deo nõ
potest occultari, vt dicit text. in c. in
ciuitate. in fi. eo. ti. de vsur. quia ipse
est scrutator cordiũ, & cognitor se-
cretorũ: vt in c. tua nos. in fi. extrà de
sim. & xxxij. dist. erubescant. & ij. q.
v. consuluisti. & not. glo. in l. ij. ff. de
interro. act. Et absconditorũ est co-
gnitor, vt dicit text. in Cle. exiui. §. d
quãuis. in vlti. char. de verb. sign. Et
est tex. ij. q. j. Deus omnipotẽs: & qa
ipsum non latet peccantis qualitas,
neque peccantis affectus. xxiij. q. iij.
Deus, qui. no. gl. fi. in d. c. in ciuitate.
Sed si cõprehendet vel existimabit
per circunstantias, q non habuerint
animum emendi & vendendi, vel
etiã vnus ex his nõ habuerit animũ,
& tũc iudicet cõtractũ simulatum, &
vsurariũ, secũdũ ea quæ dixi s. i iiij.
casu prin. & hoc maximè verum est,
quãdo emptor esset consuetus fœ-
nerari, vel similes contractus facere.
per ea quæ dixi in pen. & vlti. præ-
sumptione. Et nullus saltẽ in foro cõ
sciẽtiæ, vel pœnitentiali dicat se ha-
buisse animũ emendi vel vẽdẽdi, cũ
non habuerit, vel nõ habuisset cõtra
ctum simulatũ, vel vsurariũ celebran
di, cũ in veritate habuerit: quia licet
per hæc euitet iudiciũ & potestatẽ
in hoc seculo iudicis vel cõfessoris,
qui corda hominũ ignorat: tamẽ in
futurũ nõ euitabit domini iudiciũ,
qui est scrutator cordiũ, & secretorũ
cognitor: b & quẽ nõ latet peccantis
qualitas, neq; peccãtis affectu. di
117 ctum est s. *Sed profectò qui
salutẽ animæ suæ c desiderat, &
scrupulo conscientiæ viuere quæ
abstineat penitus ab huiusmodi con
tractibus. Negari enim nõ põt, q
in huiusmodi contractibus sit ali
quod dubiũ saltẽ in foro consciẽtiæ
an emptor cõtraxerit in fraudẽ vsu-
rarum, & an cõtractus sint illiciti, vt
patet per ea, quæ dicta sunt in isto
tractatu, & hoc propter periculũ ani
mæ: vt probatur in d. c. in ciuitate. ex
trà de vsuris. Bonarũ quippe mẽtiũ
est, etiã ibi culpas suas cognoscere,
vbi culpa d nõ est: vt est text. in d.
eius. ad fi. quia plerũq; vbi culpa nõ
est, eam esse timere solent cõscien-
tiæ timoratæ, quæ in via Dei quæ-
cũq; deuiũ expauescunt. vt dicit tex.
in Cle. exiui. §. j. de ver. si. & est tex.
in c. cõsiliũ. de obseruatiõe ieiunio-
rum. Facit ad hoc tex. in l. cũ propo-
nas. ibi, vt autẽ omnis scrupulus au-
feratur. & quod ibi no. Cy. C. de in-
terdi. ma. inte. pupillã & tutorẽ. Nã
quandoq; aliqui dicunt se dubitare,
vbi non est dubitandum: & econtra:
ideo tutior via est eligenda: vt in c.
illud. circa mediũ: extrà de clerico
excommunicato ministrante. & ita
dicit gl. not. in d. c. in ciuitate. in ver
bo, nisi dubiũ. & gl. in d. c. nauiganti.
in ver. verisimiliter dubitatur. eo. ti.
& ad hoc accedat q dicit text. in d.
118 Cle. exiui. §. nos itaq;. in v. co. *Vbi
dicitur, q in his, quæ animæ salutẽ re
spiciunt, ad euitandos graues remor
sus, pars securior est tenẽda, præser-
tim cũ non solũ quod malũ esse di-
gnoscitur, sed etiã omne, quod spe-
ciẽ aliquã mali habet, sit à viris per-
fectis

fectis specialiter euitandũ: vt dicit text.in d.Cle.exiui.§.cũq; annui reditus. & ab alijs prælertim cõtractibus est abstinẽdũ, in quib. adsunt dictæ præsumptiões vel aliquæ ex eis. & ad hoc vide Inno.in c.in ciuitate. in fi.& ibi per Doct.de vsu. Nã hoc tutius est, ergo sequendũ, vt dixi: & maximè cũ huiusmodi cõtractus inuenti & inchoati fuerũt ab vsurarijs, qui dimissis actibus mutui, ne videantur vsurarij, inuenerũt hũc modũ velaminis & vsuræ palliatæ. Quia primò faciũt cõtractũ puræ emptionis. Secundò faciunt contractũ locationis eiusdẽ rei. Tertio faciunt pactum de retrouendendo, secundum Host.& Ioã.And.in d.c.ad nostram. extrà de emptio.& vend.vt dixi s̃.in prin.huius tractatus. nec iuuari quis velit ciuitatis vel loci cõsuetudine, quia nõ tam spectandũ est, quod Veronæ vel alibi factũ est, quàm quod fieri debebat. argu.l.licet. in fi. ff. de offi.præsi. & in c.cùm causam. extrà de elect. Verũ quia multi & infiniti penè contractus huiusmodi celebrati sunt in ciuit. Veronę, ac etiã quotidie celebrantur, qui sine scandalo vt simulati & fœneratitij minimè rescindi possent, credo, ꝙ bonũ esset legem vel statutũ fieri, ꝙ omnes huiusmodi contractus celebrati nõ improbentur, dũmodò nõ essent manifestè in fraudẽ vsurarũ celebrati. & ꝙ omnes iam celebrati reducerentur ad iustum pretium, quòdque de cætero nullus possit huiusmodi contractus celebrari: sicut in simili statutũ fuit de decimis, in cõcilio Lateranensi, tẽpore Alexãdri Papæ tertij, anno domini millesimo clxxix. vt habetur per Ioan.And.& Doct.in c. cũ apostolica. extrà de his quæ fiunt à prelat. sine cõsensu cap.& per eundem Ioan.And.in c.statuto. de decimis.lib.vj.in nouella.

119 *Tolerat enim ecclesia quandoq; etiã crimen propter scãdalũ, vt iiij.di.deniq;. & j.q.vij.quoties.& viij.q.j. ordinationis.& xxiij.q.iij.ipsa pietas. & c. non potest.

120 *Similiter tollerat ratione multitudinis, vt quinquagesima distinctione, vt constitueretur. & habetur in iuribus superius allegatis.

a Conscientia. *Conscientiã qui lædit, ædificat ad gehẽnã, in Spec. de aduoc. §.utriusq;. uer.itẽ caueat.c. per tuas. de Simo. et c.per literas. de resti.spoli. xxviij.q.j §.ex his.*

b Cognitor. *Deus cognitor est occultorũ xxxij.quæst ij.erubescãt.c.nouit de iudi.Cle.exiui. §. quãuis. de uerb sig. c.à nobis.ij.de sen.excom.*

c Salutẽ animę suę. *Anima si detrimẽtũ patiatur, homini nihil prodest, etiã si totũ mundũ lucretur, in Spec. deposi.§.v.uersi obligatus. Addo text.in c. Matthæus.de Sim.*

d Culpa. *Culpa maior est in faciendo, quàm in omittendo.l si seruum. §.sequitur. de uerb.oblig & no.in l si mora.ff solu mat Bald.in l.pignus.x. colum.de pig act.*

FINIS.

BARTHOLEMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS I. V. DOCTOR.

*

REPETITIO L. SI FUGITIVI. CUM AUTHENT. Sed nouo iure. C. de Seruis fugitiuis.

*

Vbi abundè tractatur de pœna furum & latronum, maximè in authen. Sed nouo iure.

*

SVMMARIVM.

1 *Serui si in actu transeundi ad hostes deprahendantur, pœna pedis, aut metalli puniuntur.*

2 *Pes quomodò capiatur.*

3 *Barbari dicuntur hostes populi Romani.*

4 *Puniri quis debet in eo, in quo deliqt.*

5 *Pedis in amputatione quomodò et quibus in casibus quispiam puniatur.*

6 *Membri amputatio est totius corporis debilitatio.*

7 *Membrum quādo debilitatum dicat.*

8 *Verbum dederit, quomodò capiatur.*

9 *Affectus non punitur, si non sequatur effectus.*

10 *Qualitas delictorum à pœna qualitate iudicatur.*

11 *Regula est, quòd mitius punitur mot⁹ ad actum, quàm actus consummatus.*

12 *Statutorum in pœnis l. is qui cum telo locum non habet.*

13 *Sententia humanior sequenda est.*

14 *Barbarici qui propriè sint.*

15 *Seruus fugitiuus cur in pedis amputatione puniri debeat.*

16 *Pœna in metallum, & operis metalli, & ministerij metallorū, quæ dicatur.*

17 *Pœna similis pedis amputationi quæ dicatur.*

18 *Dictio alius, quid importet.*

19 *Dictio cæteri, an similitudinē implicet.*

20 *Dictio eadem, an per omnia idem includat.*

21 *Dictio alter, quid significet.*

22 *Pœnæ plures alternatiuè quando ponuntur, cuius electio sit.*

23 *Maritus si de rebus sibi in dotem datis electionem sibi seruauit, si nō eligat, in uxorem electio transfertur.*

24 *Pœna statuti quādo irrogari debeat, si iudex aliam imponere non potest, si ipsum seruare iurauerit.*

25 *Electio non potest cadere, nisi inter plura.*

26 *Statuti pœnam de membri amputatione,*

sione, quibus in casibus iudex dispensare poterit.

27 Statutum disponens, quòd occidens occidatur, quomodò intelligatur.

28 Dolus & non dolus æquè puniri non debent.

29 Pœna corporali uel capitali dolus semper subintelligitur.

30 Statutum pœnam corporalem imponens, quomodò à doctis assessoribus intelligi debeat.

31 Statutum de pœna pecuniaria disponens, quam si non soluerit, infra mensem decapitet, quomodò intelligatur.

32 Homicidium lasciuia committēs, siue ludens ad saxa, seu ad niuem, mitius puniri debet.

33 Pœna atrox ubi per statutum imponitur, saltem lata culpa subintelligitur.

34 Pœna si per statutum limitata fuerit, iudex arbitrium non habet.

35 Pœna quando est unica, incerta tamē, & indeterminata à lege uel statuto, an iudicis electio sit.

36 Pœna quando in iudicis arbitrio existit, quid sequi debeat.

37 Iudex in arbitrarijs rigorem sequi nō debet.

38 Iudex in arbitrarijs in mitiorem partem inclinare debet.

39 Iudex usq; ad pœnæ ordinariæ quantitatem arbitrari potest: quando loco ordinariæ pœnæ, ad iudicantis arbitriū pœna relinquitur.

40 Potestas si arbitrium habeat puniendi fures in plus & minus quàm statutum dixerit, debet intelligi in plus, & sic quòd eadem species pluris sit.

41 Statutum si dixerit, quòd aliquis puniatur pœna pedis uel alia, intelligitur de simili.

42 Statutum si dixerit, quòd aliquis debeat puniri plus & minus arbitrio potestatis, de quanta quantitate intelligitur.

43 Statutum Veronense dicens, quòd puniatur arbitrio potestatis, boni iudicis arbitrio intelligitur.

44 Statutū si dictauerit, quòd si quis dederit alicui alapam, condemnetur in quinquaginta libris denariorū, & plꝰ & minus arbitrio potestatis: ultra cētū libras potestas arbitrari non debet.

45 Compromissum quando factum est cū prorogandi potestate, mensura temporis prolongati non potest esse maior, quàm mensura temporis principalis.

46 Statutum quando iudici arbitrium dat, non specificando aliquam pœnā, usq; ad quam pœnam transire possit.

47 Dictio, uel, inter diuersa ponitur.

48 Pœna arbitraria usq; ad mortem propter facinoris excessum inclusiuè extēduntur.

49 Statutum si dixerit, quòd pœna sit in arbitrio iudicis, & usq; ad pœnā mortis, quomodò tale statutū intelligatur.

50 Pœna in arbitrarijs quæ & qualis imponi possit.

51 Leges transgredi licet propter criminis enormitatem.

52 Pœna qualis īponi ualeat, si iudex arbitrium habeat non simpliciter, sed generaliter in inquirendo, procedēdo, torquendo, puniendo, banniendo, & condemnando, &c.

53 Pœna qualis imponi debeat, quando non est certa, & determinata per ius commune, uel statutum, sed per consuetudinem.

54 Pœna quæ imponi debeat, quādo nullo modo est certa, uel à lege determinata.

55 Legis casus ubi fuerit, ibi nulla dubitatio est.

56 Pœna quando arbitraria est, quid agendum, remissiuè.

57 *Pœnæ duæ uel plures alternatiuè, quā dò à lege uel statuto imponūtur, cuius sit electio pœnæ: iudicis scilicet, an rei.*

58 *Electio est dare debentis in alternatiuis.*

59 *Pœna alternatiua quando corporalis est, an iudicis electio sit.*

60 *Iudex non potest dare electionem reo eligendi sibi mortem, quam uult.*

61 *Fideiubere, nec etiā obligare se potest quis pro alio ad corporalem pœnam.*

62 *Pœna duplex alternatiua, si à lege uel statuto imponatur, ipsius iudicis electio est.*

63 *Pœna corporalis quantumcunq; minima, est maior regulariter quantumcunque pecuniaria pœna.*

64 *Pœnis in alternatiuis, quando una pœna corporalis est, alia pecuniaria, cuius electio sit.*

65 *Statuti forma, si imponatur pœna portantibus bladum, uel farinā, uel quid aliud extra districtum, & inuenti sint aliqui portantes, & capti, antequam districtum exierint, an statuti pœna puniri debeant.*

66 *Statutorū in pœnis regulariter, quid inspiciatur.*

67 *Delicto non caret, qui delinquere inchoauit.*

68 *Coniectura portantium bladum extra territorium, quæ sint.*

69 *Bladum extra territorium portantes si deprahensi fuerint, an pœnitere poterunt.*

70 *Bladum extra territorium si nōdum aliqui portare cœperunt, & sic in itinere reperti non fuerunt, sed tantùm fecerunt aptare salmas ad portandum frumentum, an puniri debeant.*

71 *Bladum portantes si in itinere reperti non fuerint, sed præparaucrunt frumētum in domo ipsum occultando, uel in aliquo alio loco occulto locando, ... strà portare possint, an punient...*

72 *Bladū portantes si solùm uisi fu... sed non capti, an in statuti pœna ... cidant, ac si capti fuissent.*

73 *Verbum, inuentus, non uerifica... solo aspectu, sed apprahensionem ... quirit.*

74 *Statutum si dixerit, si quis fuerit ... tus cum armis, si captus non fit, inuentus dicatur.*

75 *Statuto si caueatur, quòd quicunque inuentus fuerit cum cultello ... si quispiam tantùm uisus ... soluere debeat.*

76 *Statutum si dixerit, quòd dica... perlis inuentæ soluant x. si per ... lem uisæ fuerint, sed non appr... an teneantur.*

77 *Inuentarium dicitur, quia re... inuēta in bonis pupilli ibi ...*

78 *Tutor licet de omnibus rebus pupilli inuentarium facere teneatur, de quibus in bonis suis non reperitur, non tenetur in inuentario ponere antequam exigat.*

79 *Statutum si puniat inuentum cum armis, uel ludentem ad ludum ... an ludentem cōuictum punire ...*

80 *Statutū si dictauerit, quòd si ... uentus fuerit committere ho... capite puniatur, an inuentus ... qui commisit, licet in flagranti cri... ne repertus non sit.*

81 *Statutum si dictauerit, quòd q... inuentus fuerit arma portare, ... tur in tantum, quomodò tale statutum intelligatur.*

82 *Ire per ciuitatem de nocte, uel per do... mos alienas, licitum non est.*

83 *Accusatus si quispiam fuerit, qui ... traxit bladum, uel aliquid aliud ... hibitū extra districtum, uel quod ...*

tam

tauit arma, uel quòd iuit de nocte, an accusatus, si probatum est per testes, puniri debeat.

84 *Statutum si disposuerit, quòd si quis fuerit inuentus ludere ad taxillos, uel tenere ludum taxillorum, puniatur in x. & medietas sit accusatoris: si aliquis accusatus fuerit, quòd luserat ad taxillos, uel ludum taxillorum tenuerat, & accusator hoc per testes probauerit, nunquid dimidiam habere debeat.*

85 *Statutum si dixerit, quòd qui fuerit deprahensus portare bladum extra districtum, uel cum armis, tali pœna puniatur, si probatum fuerit, quòd aliquis bladum extra districtum portauerit, uel etiam portauerit arma, non tamen cum blado, uel cum armis captus fuerit, an pœna statuti puniri debeat.*

86 *Membrũ quid dicatur, & quid membri appellatione ueniat.*

SI FVGItiui. quia in
ista l. & authẽt. sed nouo iure. quę
sequit, ponitur materia, qb. pœnis puniri
possunt fures & latrones, & est vtilis
& quotidiana, & non perfectè exa-
minata per Docto. ideo decreui hãc
l. cum dicta authẽ. declarare plenius
& clarius quàm per Doct. hic, vel ali
bi scriptum reperiatur. Et hoc d. in
1 summa ista l. si fugitiui. * Si serui
in actu transeundi ad hostes depræ-
hendantur, pœna pedis, aut metalli
puniuntur. hoc dicit secundùm Bar 5
tol. vel sic, secundùm Bald. Serui ad
barbaros in actu fugæ depræhensi,
grauiter pro motu iudicis puniun-
tur, mutilatiõe scilicet pedis, aut pœ
na metalli, aut alia simili, arbitrio iu-
dicis. h. d. In tex. ibi cũ transeũt. dic,
2 id est, dum sunt in itinere. *In text.
ibi, pede. dic ꝙ hic accipitur pes pro
extrema pte corporis, vt dicitur in
rub. C. de pedaneis iudi. Alibi accipi
tur pes pro mensura, & talis pes de-
bet esse xvj. digitorũ, secũdùm Isido
rum ĩ libro etymologiarũ, de mẽsu-
ris agrorũ: & not. gl. xvij. q. iiij. sicut.
& Alb. de Ros. in l. iij. circa prin. ff. de
his qui ad eccl. confu. & Bal. in l. j. ff.
si quis cau. & d. Bar. de Sal. in l. j. ante
pe. q. C. de interdi. & Fl. in l. viæ lati
tudo. ff. de serui. rusti. pred. & p Bar.
in l. in itinere. vbi dixi. ff. de ver. sig.
3 *Nota primò, ꝙ seruus fugiẽs ad ho
stes populi Romani, quos hic appel
lat barbaros: debet puniri pœna pe-
4 dis, vel metalli, aut alia simili. *No
ta secundò, ꝙ quis debet in eo puni
ri, in quo deliquit: & hoc no. in gl. in
verbo, amputatio. & est tex. ĩ c. an sit.
extrà de appel. & ibi gl. fin. in fi. alle
gat ad hoc etiã c. pastoralis. extra de
iure patr. & c. literas. extrà de tẽpori
bus ordinandorũ. Et ideo dicit hic
Bal. in prin. ꝙ in eo instrumẽto cor-
poris punitur quis, cũ quo principa
liter deliquit. vnde si cursor est di-
gnus mutilatione membri, amputa-
tur sibi pes. si testis, lingua. si scri-
ptor, manus. per hãc l. licet hodie ex
cepta manu, nullũ membrũ debeat
mutilari, vt in auten. sed nouo iure.
j. eo. Nisi aliter se haberet consuetu-
do. iuxta no. in l. capitalium. §. famo
sos. ff. de pœnis. de quo infra dice-
5 tur.* No. tertiò hic vnum casum, in
quo qs punitur amputatione pedis.

Item adde alium, si quis alium percusserit, ita quòd pedē amittat: Exodi. cxxj. versic. si rixati fuerint. Item q falsum testimonium dixerit contra aliquem in causa, ex qua debeat pedem amittere. Deuteronomij cxix. ver. cùm quis diligētissimè.

6 *No. quartò tex. ibi, pede amputato debilitentur. secundùm Bald. hîc in fin. ꝙ amputatio mēbri, est debilitatio hominis scilicet totius corporis: sed debilitatio vnius membri, est impedimētum principale officij ipsius mēbri, vnde oculus non dicitur debilitatus, licet sit aliqualiter deturpat*: allegat ad hoc. ff. de ædil. edict. l. idē Offilius. in prin.

7 *Quando autem dicatur membrum debilitatum, vide Ang. in l. nō solùm. ff. de rei vēd: & ī l. publicorum. ad fi. ff. de publicis iudi. Opponitur contra istam l. de l. si quis aliquid. §. transfugę. ff. de pœnis. vbi dicitur, ꝙ trāsfugiētes ad hostes, aut viui exurantur, aut furca suspendantur. Sol. ibi trāsfuga fuit depræhensus delicto consummato, hic verò dū esset in itinere; ita soluit gl. hîc; & ibi. & hoc probat text. hîc, dū dicit, cum trāseunt: & ita tenent hîc Doct. Sed Petrus de Bella Pertica, vt refert hic Cyn. aliter intellexit: nam ipse dicit, ꝙ hîc, & in contrario delictū fuit consummatū, Et ideo ipse intelligit istū tex. sic, scilicet serui transeuntes ad barbaros deprænhendantur, scilicet posteà. sed tunc videtur obstare, quia secūdum hoc mitius punitur seruus, qa in pede, vt hîc, quàm liber, qa ille in capite; vt in d. §. trāsfugæ; quod est cōtra l. Pedius. ff. de īcendio, ruina. nau. Ipse respondit, ꝙ verum est, ꝙ plꝰ punitur liber, quàm seruus, cęteris qualitatibus delicti p cedentibus pariter: sed hic nō [illegible] ritas delicti, quia seruis non [illegible] mus consilia nostra, sed liberi [illegible] acrius puniuntur: vt d. §. trās [illegible] & cū ista opin. transit hîc Cyn. [illegible] opinio non est vera, nec tene[illegible] muniter. nam est contra istum [illegible] ibi, depręhendantur: & ibi, trā[illegible] tes. præsupponit enim, quòd ca[illegible] tur eo tempore, quo transeunt, & [illegible] dum sunt in itinere. Et pro hac fa[illegible] cit opi. gl. in l. arboribus. §. fi. in ver[illegible] bo, vsusfructus. ff. de vsufru[illegible] vbi di[illegible] cit, lupus exit syluā, nō [illegible] Opponitur secūdo cōtra [illegible] de leg. ij. §. is q. ff. de re milit. [illegible] ꝙ is, qui volens trāsfugere, appre[illegible] sus est, punitur capite. & sic [illegible] nit ꝙ fuit appręhensus in fuga [illegible] dicit, volēs transfugere. pro no[illegible] not. in d. l. arboribus. §. fi. in verbo vsusfructus. ff. de vsufruct. So. ibi [illegible] ponitur, volens transfugere, [illegible] volūtariè trāsfugit, sic pon. [illegible] fi. ff. de re. diuit. ita dicit gl. in d. §. qui. & pro ista sol. facit gl. in d. [illegible] exponit, voluerit, id est, volunta[illegible] transcēderit. ad idē tex. cū gl. in [illegible] si ab initio. ff. si cer. pe. & tex. [illegible] in verbo, si voluerit. in l. j. ff. de [illegible]

8 *Itē pro hoc etiā text. in l. j. §. [illegible] adimē. leg. & ibi Bart. qui dicit not. ista verba, nō dederit: quia intellig[illegible] tur, id est, dare non debuerit. facit [illegible] tiam ad hoc quod no. Bar. in l. [illegible] ri. §. cùm ita. ff. de auro & argē[illegible] ga. & ī l. sed Iulian. §. quod dicit. ff. ad Maced. Ista solutio videtur [illegible] uinare, & violare istum tex. ideo [illegible] cunt quidem, vt refert hic Cyn. ꝙ il[illegible] le §. concordat cum ista l. quia [illegible] est pœna capitalis, scilicet abscisio membri: vt not. in lege prima. C. de offi

officio eius, qui vicē alterius gerit. Sed hęc solutio est cōtra l. ij. in principio. ff. de pœnis. & l. edicto. §. rei capitalis. ff. de bono. posses. & l. licet
9 capitalis. ff. de verb. signi.* Vnde vt intellexit glossa, hæc est verior, scilicet, vt nō sic puniatur affectus, si effectus nō est cōsummatus, sicut si esset cōsummatus. & in hoc cōcordat Iacobus de Rauēna, & Iacobus Aret. & est etiā humanior, iuxta ea, quæ habentur in l. si quis nō dicā rapere. C. de episc. & cleric. & in l. sagittarios. ff. de pœnis. Oppon. tertio cōtra p̄dicta. Nā delictū fugæ est atrocissi-
10 mū, vt patet ex genere pœnę:* Quia delictorū qualitas, iudicatur à pœnę qualitate: vt ff. de publi. iudi. l. ij. & not. in l. trāsigere. C. de transact. vbi per Cy. in decima quæstione. sed in atrocissimis, motus ad delictū punitur, ac si delictū esset cōsummatū: vt suprà de episc. & cleri. l. si quis nō dicā rapere. & in l. is qui cū telo. C. ad legē Corneliā de sic. Sol. secundùm
11 Baldū* hic ponitur regula, quòd mitius punitur motus ad actū, quàm actus consummatus: sed leges cōtrarię loquūtur in casib9, specialib9 scilicet, qñ qs attentat pudicitiā, vel homicidium procedēdo ad actum, suo finali intentu annexum. vel dic econtrà, quòd in legibus contrarijs ponitur regula, quæ fallit in lege nostra: quia lex vltra procedit, distinguendo pœnas inchoati, vel consummati delicti, vel dic & tertiò, quòd in pœna sanguinis, semper iudex debet esse mitior, vt hic. Secus in alijs pœnis. subdit tamen hic Baldus nota.
12 *quòd in pœnis statutorum nō habet locum l. is qui cum telo. quia statuta disponunt de actu secundū esse

ctum, vt nota. in Specul. de accus. §. primo. & hæc est generalis consuetudo, q̄ nō indiget p̄batiōe: sic suprà de iudicijs. l. rē nō nouā. Oppono quartò, & videtur quòd imò transfuga, etiā delicto non cōsummato, possit puniri pœna mortis: vt est textus in l. in eiusdē. §. finali. ff. ad legē Corneliā de sicarijs. vbi dicitur, transfugas vbicunq; inuēti fuerint, quasi hostes interficere licet, & oportet. & sic dum dicit, vbicunq; inuenti fuerint, videtur intelligere siue in itinere, siue cōsummato itinere, inueniātur, q̄ æqualiter puniātur. Solu. glo. in dicto §. transfugæ. intelligit illū textum, q̄ facto flagitio, vt tollat cō-
13 trariū hui9 l. & bene. *Et ista sentētia est humanior, pro qua facit l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis. & quod no. in d. l. si quis nō dicam rapere. C. de epis. & cler. & in d. l. is qui cū telo.
14 C. ad l. Cor. de sicarijs. * Quæro primò, quia hic dicit, ad barbaros transeuntes: qui dicātur barbari, seu barbarici. Et glo. respondet, q̄ sunt hostes populi Romani. allegat l. ij. C. de cōmercijs & mercatoribus. & est textus in l. penultima, & finali. C. de captiuis & postlim. reuer. & not. gl. in dicta l. fina. in verbo, barbaris. & itē no. Azo in summa. C. de cōmercijs & mercator. sed Fest9 Pōpeius dicit barbaricū, appellatur clamor, exercitatio: videlicet eo genere barbari vtuntur. Alibi accipitur barbaræ nationis: id est, ignotæ: vt est textus in l. nulli iudici. §. quòd si testator. & ibi gl. in verbo, Barbaræ. suprà de episcopis & clericis. sed idem Festus Pompeius dicit, Barbari dicebantur antiquitus omnes gentes,
15 exceptis Græcis, & Latin. * Quæ-

ro secundò, quare hic dicitur, quòd
fugitiuus seruus debeat puniri in
amputatione pedis. Et glossa hic su-
per verbo, amputatio. respondet,
quia, in eo, in quo deliquit, debet qs
puniri. de quo dic, vt dixi suprà in se
cũdo notabili. Qubus adde, quòd in
eo loco quis debet puniri, in quo
deliquit: vt est textus in l. capitaliũ.
§. famosos. ff. de pœnis. & est textus
in l. tertia, in princip. ff. de re milita-
ri. & in l. si cui. §. idem Impe-
rator. ff. de accusationibus. & in au-
then. vt iudices sine quo. suffragio.
§. si quis autem. & ibi glossa penul-
tima, collatione secunda. & in auth.
vt omnes obediát iudici prouincia-
rũ. §. hæc igitur. collatione quinta.
16 * Quæro tertiò, quę dicatur pœna in
metallũ, & operis metalli, & ministe
rij metallorũ. glossa hic in verbo me
tallo. se remittit. ff. de pœnis. l. aut
damnũ. §. ĩter eos. & §. si quis. & §.
ministeriũ. & vide optimã glossam
Insti. quibus modis ius patriæ pote-
statis soluitur. in §. pœnæ seruus. in
17 verbo, in metallum. * Quæro quar-
tò, de qua pœna intelligatur iste tex
tus, dum dicit, aut alia qualibet pœ-
na afficiantur. & glossa sic respõdet,
quòd intelligitur scilicet simili, vel
18 extraordinaria. * Ex qua glossa not.
quòd dictio alius, alia, aliud, impor-
tat similitudinẽ. et ad hoc dictio, simi
lium implicatiua. & ad hoc semper
allegatur ista glossa. idem not. glo. in
l. quidã relegatus. in verbo, amicis.
ff. de rebus dubijs. facit quod notat
Cy. in l. id quod pauperibus. in quin
ta oppositiõe, suprà de episcopis &
clericis. Aliquãdo tamẽ dictio, ali⁹,
non implicat, vt habetur in diuina
scriptura, in qua dicitur, Crucifixus
est Christus, & alij duo nequã...
gl. in l. nõ solùm. §. quæritur...
bo, creditores. ff. de procurato...
allegat ad hoc iura. & ibi hoc...
Bar. Bal. & Doctores. Et est etiã
tus cũ glo. in authen. qui semel.
in appel. sic loquitur. C. quomodo
quando iudex. & tex. cum glo. ...
bo, ad similem. in l. illud. suprà de sa
crosanct. eccle. & glos. in l. ita nobis
cordi pudor. & ibi Bar. infrà de ...
ter. & gl. in l. si prius. ff. de noui ope.
nũcia. facit glo. in l. cùm ...
lio. ff. de vulgari. & pup... est
textus in c. ij. querelã. ibi, ...
rationabili causa. & ibi glo. ...
procurato. & not. Nicolaus de Nea-
poli, secũdũ Andreã de Pisis, in ...
reprobari. in prin. ff. de excusatio
torũ. Et de hoc, an dictio alius, alia,
aliud, sit implicatiua similiũ, vel rẽ,
vide in locis pręallegatis, & ...
in dicto §. queritur. & p textũ, glo-
sam, & Doctores in ca. Rodulphus.
extrà de rescriptis. & in c. sedes apo
19 stolica. eodẽ ti. * Sed qd de verbo ce
teri, an implicet similitudinẽ? vide
textũ, glossam, & Baldũ in d. l. non so
lùm. §. quæritur. ff. de procurato.
vide textum quinquagesima se...
20 stinctione. Cenomanensem. * ...
quid de dictione eadẽ, an impl...
seu includat idem per omnia? d...
non. vt est textus cum glossa, in l...
tia, siue pro fratre. & ibi per Docto-
21 res, C. de negotijs gestis. * Item qui
de dictione alter, dicitur, vel alter.
22 cuiuscumque cõtractus. * Quæro
quintò, quia hic ponũtur tres pa...
alternatiuè, cuius sit electio. & vide-
tur quòd sit eius, qui debet puni-
quia in alternatiuis, electio est dare
debentis. l. plerunque. in fine. ff. de
iure

iure dot. In contrariũ sentit hic glo. finalis, dum dicit, aut extra ordinẽ. nam intelligetur prima, arbitrio iudicis: vt est text⁹ in l. hodie. ff. de pœnis. & not. glos. tertia in l. prima, infrà qui admitti ad bonorum possessionem possunt. Item quia si esset in potestate rei, iã pœna deduceretur ad nihilum: & sic frustrà lex pœnam imposuisset. Cynus hic tenet, quòd sit electio iudicis. arg. l. primę. ff. de effract. secũdùm Iacobũ de Rauenna, & Petrũ. Bartolus verò a in l. quicũq;. & in l. j. §. expilatores, ff. de effractoribus. sic distinguit. Qandoq; verba imponẽtia pœnã, diriguntur ad iudicẽ, quãdoque diriguntur ad reum, quãdoque sunt dubia: primo casu, quãdo diriguntur ad iudicem, quia dicunt puniatur, condẽnentur: & similia. & tunc est electio iudicis. ita loquitur hic, dum dicit, afficiantur. facit ad hoc l. finalis. ff. de iniurijs. & Institu. de iniurijs. §. in summa. Secundo casu, quãdo verba diriguntur ad reũ: tũc electio est rei: casus est in l. quicunq;. in princip. j. eo. ibi, reddat. & hæc distinctio, an verba referantur ad iudicẽ, vel reũ, probatur per glossam in l. Lucio. ff. de legatis secũdo. quæ similẽ distinctionem facit in legat. Tertio casu, quãdo verba sunt dubia, vt puta, dicit statutum, sit pœna pedis, vel metalli. & sic nõ loquitur iudici: nec reo, tunc in pœnis corporalibus sit electio iudicis. l. prima. §. expilatores. ff. de effractoribus. In pecuniarijs verò, sit electio rei: vt dicta l. plerunque. in fine. ff. de iure dot. Sed Bal. in dicta l. quicunque. tenet in omnibus cõtra Bartolũ. nam dicit ipse, quòd nõ est differẽtia, siue verba legis vel statuti dirigantur ad iudicẽ siue ad partẽ, & ad dictã glossam. in l. Lucio. ff. de lega. secũdo. respõdet, ꝙ illa loquitur in creditore fauorabili, hic in odioso. Ex quo infert Bal. in dicta l. quicunque. ꝙ licet statutum dicat, iudex extrahi faciat oculum, vel amputari linguam, interpretabitur, prout elegerit reus, id est miserabilẽ electionem sibi esse cõcessam: nã illa est mitior pœna, quæ ipsi eligenti videtur minor: vt intelligatur legislator aliquid misericorditer inter asperrimas pœnas miscuisse. Itẽ dicit Bald⁹ quòd distinctio Bartoli: inter pœnã pecuniariam, & corporalem, nõ placet sibi: cùm in pœnis corporalibus, mitius sit agendum: præsertim si persona non sit vilis, per l. si. de interpretatione. ff. de pœnis. & ideo dicit, ꝙ putat rei esse electionem, quia pœna est alternatiua legis, vel statuti, quia vtraq; est certa, & purgat delictum. Et in practica de hoc ante sententiã interrogabitur per iudicem, & si non eliget, tunc eliget iudex ex potestate sibi data, per legẽ, hodie. ff. de pœnis. & sentẽtia fertur non alternatiua, cùm trahere debeat secum executionẽ: vt l. qui vltimo. ff. de pœnis. quod nõ faceret sentẽtia alternatiua. simile not. in l. prima, §. exactio. C. de rei vxoriæ actione. ꝑ
23 glossam, in verbo, restituẽdis. *Vbi dicitur, ꝙ si de rebus æstimatis datis in dotẽ, maritus seruauit sibi electionẽ, maritus eliget: quod si nõ facit, transfertur electio in vxorem: vt l. prima. ff. de solutio. coniuncta l. plerunq;. §. fina. ff. de iure dot. Item dicit Baldus, quòd non est bona distinctio, quam faciũt aliqui sic, vt est Andreas de Pisis. qui dicunt, quòd

aut per condemnationem fit seruus
pœnæ: puta, dicit statutum, decapi-
tetur, vel suspendatur: & tunc est ele
ctio iudicis: quia seruus pœnæ non
potest eligere. argumento l. ex fa-
cto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel.
aut non fit seruus pœnæ, & est ele-
ctio rei: nam ista electio, secundùm
Baldum, non in iure, sed in facto cō-
sistit: quæ communis est: vt l. hos
accusa. §. omnibus. ff. de accusatio-
nibus. Ego autem circa prædicta a-
liter sentio, pro cuius declaratione
sic distinguas: Aut vnica tantùm pœ
na est imposita à lege, vel statuto, aut
duæ, vel plures alternatiuè. Primo
casu, quando vnica tantùm pœna est
imposita, & tūc subdistinguitur: Aut
illa pœna imposita est certa, & deter
minata. aut incerta, & indetermina-
ta. Quādo est vnica tātū pœna certa
determinata à lege, vel statuto, &
tūc à verbis legis, vel statuti non est
recedendū: quātuncunq; verba sint
dura. l. prospexit. ff. qui & à quibus.
sic illa pœna est regulariter imponē
da. facit l. nō aliter. ff. de legatis ter-
tio. & maximè vbi statutū loquitur
imperatiuè, dirigēdo verba ī ipsum
24 iudicē.* Nā tūc iudex nō posset im
ponere aliā pœnā, quàm pœnā statu
ti. quod seruare iurauit, secūdū Bal.
q ita notat in l. in eū. in fine. C. de fur
tis. nec in hoc casu conuenit disputa
tio, cuius sit electio. ex quo est vni-
25 ca pœna.* Quia electio non pōt ca
dere, nisi inter plura: vt l. si illud aut
illud. ff. de legatis secundo. & notat
etiam Bartolus in l. prima, infrà de
furtis. Sed solùm potest cadere di-
spensatio, & ista ad iudicē ex causa
26 pertinet.* Vt si statutū dicat de am-
putatione manus, & aliquis est ita
puer, vel ita senex, q statim mor...
tur, pōt iudex dispēsare: tñ nō ...
tur, nec poterit appellari, argu...
ff. ad Syllanianū. l. qui posthu...
fine. & p hoc vide optimū te...
l. auxiliū. §. in delictis. ibi, nisi ...
nus interdū miseratio ætatis, a...
diocrē pœnā iudicē perduxerit.
ibi glossa in verbo, miseratio ...
minor. & vide textū in l. aut facta ...
persona. ff. de pœnis. Itē pōt ...
su, quādo est vnica pœna, ...
27 dispēsatio, sed interpretati...
statutū dicit, q occidens ...
vt in eo, in quo deliquit ...
modò si culpa, nō dolo ...
& mortuus es. dicit Baldus ...
l. quicunq;. q ego non debeo ...
& à tali interpretatione mala ...
appellari, nisi appellatio sit specia...
ter interdicta: vt ff. de origine iu...
l. secūda. §. posteà ne diutius. Et ...
interpretatio est de iure natura...
ideo habet locū etiā in statuto: na...
de ratiōe naturali est, q nō puni...
quis ad mortē, q noluit delinquere.
28 *Itē quia nō debet æquè puniri c...
lus, & nō dolus: vt ff. ad legē Corne-
liam, de sicarijs. l. prima. §. sed si cl...
ua. Item non est similitudo, occi...
re non ex proposito, & ego ex p...
posito occidar. nam sententiā ...
tis, nisi ex proposito iudicati, pati...
possumus. Item pro hoc. ff. ad leg...
29 Corneliam de sicarijs. l. in lege. *Itē
quia vbicunque de pœna corpora...
vel capitali loquimur, subintelligi-
tur dolus, vt nota. ff. de in litem iu-
rando. l. in actionibus. & institut. de
suspectis tutoribus. §. suspectis. Se-
cus in pœnis pecuniarijs, quia ibi nō
subintelligitur dolus, sed bene sub-
intelligitur conditio, si culpabilis
sit, ne

fit,ne innocens condemnaretur. C. de noxali.l.si serui nostri.& ff.ad Syl leianũ.l.j.§.si quis in villa.& statuta non sunt intelligenda Iudaice. vt nota.in gloss.ff.de damno infecto.l. damni.§.si is.in glo.quidam Iudaicè.ita dicit singulariter Bald.in d.l. quicunq;.infrà eodem.Et quod dixi,quòd vbicunq; de pœna corporali,vel capitali loquimur,subintelligitur dolus:dic idem no.Bal.in l.data opera.infrà,qui accusari nõ possunt.

30 *Vbi dicit,quòd si statutũ imponit pœnam personalem ꝓ homicidio,puta quòd occidens occidat, nisi occidens occidit dolosè,& ex ꝓposito,nõ habet locũ pœna statuti, vel ius commune,sed debet aliter mitius puniri. Et idem dicit dominus Paul.de Cast.in l.secunda.C.vbi senatores vel clarissimi.vbi dicit,ꝙ si statutum disponit,quòd homicida decapitetur,& aliquis per culpam sine dolo interfecit hominem,assessores ignorantes consueuerunt dicere, quòd non debemus distinguere,sed simpliciter stare verbis statuti:quia non inspicitur animus,sed factũ,vt l.prima.§.diuus.ff.ad legẽ Corneliã de sicarijs.facit l.palàm.§.quæ in adulterio.ibi,quia factum lex,non sententia notauit.ff.de ritu nupt. Tamẽ ipse dominus Paulus in d.l.j. C.vbi sena.vel cla.sequendo Baldũ in dicta l.data opera.tenet contra,dicens,quod aliàs sequeretur,quod de homicidio casuali deberet quis decapitari:quod est contrà omnem æquitatẽ.Et subdit,quòd ita pluries consuluit,& à morte aliquos defendit. Et idem dicit dictus dominus

31 Paulus in l.j.in fine.ff.de legib.* Qui subdit,ꝙ idẽ est,si diceretur in statuto,quòd cõdemnetur ad pœnam pecuniariã,quã si nõ soluerit infrà mẽsem,decapitetur,si nõ cõmisit dolosè,non debet decapitari,licet nõ soluat.& dicit domi.Paul.in d.l.j.in fine, de legibus, hoc perpetuo tene menti, quia ignorantes iudices seruant statuta ad vnguem,vt iacent, siue commiserint dolosè,siue nõ.nã poteris liberare, per dominũ Baldum,in d.l.data opera.multos à pœna capitis:quia assessores & iudices nisi viderint autoritatem scriptã,nesciunt a verbis statuti recedere. Ex quo refet præfatus & domi.Paul.in

32 d.l.j.C.vbi senat.vel clari. * Quòd quando noctis tẽpore potius ex lasciuia,quàm ex dolo quidam proiecit lapidem,& percussit vnum, qui mortuus est,quòd ipse consuluit,ꝙ debet mitius puniri,scilicet pecuniariter,vel fortè dare sibi bannum pro aliquo tempore.quod bene nota,vt scias adiuuare potius pueros,vel etiã homines ludentes per lasciuiam ad lapides,sicut ludunt pueri in ciuitate ista Veronæ,vel ad niuem,sicut fit in multis locis,& aliquis in eo ludo occidatur per iactũ lapidis,vel niuis, ꝙ occidens non debet puniri pœna mortis,vel corporalis,facit l.item si obstetrix.§.sed & si per lasciuiam. cum §.sequenti,& l.sequẽti,nam ludus.& quod ibi nota.ff.ad legem Aquiliam.& l.omne delictũ.§.penultimo,ibi,per vinum,aut lasciuiam. ff.de re militari.Et istud nũquàm exeat mentem tuam,quia valet mille aureos.Sed solennis doctor dominus Antonius de Rosellis in c.cognoscentes. circa principium,extrà de constitutioni.videtur tenere contra prædicta,dum dicit,not.hic ca-

ſum non ponderatum ab alijs docto
ribus, quod ſtatutū imponens pœnā
ordinariam pro aliquo delicto, veri
ficatur, ſi delinquēs delinquat culpo
sè, & ſi nō dolosè, vt ibi in text. Sed
certè ille tex. non probat. Bene em̄
vult, quòd culpa puniatur, ſed nō di
cit quòd culpa verificetur in ſtatuto
imponente pro delicto pœnā capita
lem, vel corporalem. Vnde non rece
das ab opinione Bal. & domi. Pau. de
Caſt. ſ. quam etiam ſequitur Cyn. &
33 Bald. in d. l. j. ff. de legibus. *Adde
tamen prędictis, q̄ vbi pœna atrox
imponitur per ſtatutum, ſaltem re-
quiritur lata culpa: quia leuis nō eſt
talis culpa. quam lex abhorret, licet
extraordinariè puniat. facit quod no
tat in l. liberorū. ff. de his qui no. in-
fami. ita dicit Bal. in l. quæ fortuitis.
in penul. colum. circa principium. C.
de pigno. actio. Et per prędicta id li
mito, quod notat Bal. in l. quid ergo.
§. pœna grauior. in vltima colū. in
34 princi. ff. de his qui no. infa. *Vbi
dicit, quòd quando pœna eſt limita-
ta per ſtatutū, iudex nō habet arbi-
triū, per l. hodie. ff. de pœnis. quia ſta
tutū eſt tenaciter obſeruandum. ar-
gumē. l. ſi quis reum. de cuſto. reor. nā
per talia ſtatuta ſpecialia, videtur eſ-
ſe derogatum illi generali regulę l.
hodie. argu. l. ſanctio legū. ff. de pœ-
nis. cum in nouis legibus nō habeat
locum regula l. hodie. Nam iſtud di
ctum Baldi, debet intelligi, niſi ex
cauſa fiat diſpenſatio, vt dixi ſuprà
de puero & de ſene: item, niſi fiat de
iure interpretatio, vt dixi ſuprà de
ſtatuto imponente pœnam corpora
lem, vt intelligat, ſi dolus interuene
35 rit. *Quando verò vnica pœna eſt
incerta, & indeterminata à lege, vel
ſtatuto, & hoc caſu ſemp eſt e[illegible]
iudicis: & talis pœna dicitur a[illegible]
ria: & ſic ſtatur arbitrio iudici[illegible]
text. qui ita debet intelligi in l.
expilatores. ff. de effracto. ibi, q
nulla ſpecialis pœna. & eſt tex[illegible]
hodie. ff. de pœnis. q̄ ſic dicit, hoc
licet ei qui extraordinē de crimi[illegible]
cognoſcit, quā vult ſententiam fer-
re, vel grauiorem, vel leuiorē: ita ta-
men, vt in vtroque moderationē n[illegible]
56 excedat. *Circa hoc tamen [illegible]
do pœna eſt in arbitrio iudicis non
determinata à lege. & ſic [illegible]
ſunt arbitrariæ, dic quod de[illegible]
telligi, quòd iudices, qui arbi[illegible]
tur, ſecundùm mentem legis, [illegible]
iuris, & arbitrij intellectus, ſeu ra[illegible]
nis. ita no. dicit Bald. in c. §. iudices.
in princi. tertia colum. ver. no. quod
arbitria. in titulo, de pac. iura. fir. Vel
ſecundū cōſuetudinem: vt nota. g.
in l. quid ergo. § pœna grauior. ff.
de his qui nota. infa. & vide ad hoc
glo. in d. l. hodie. & glo. in l. reſpici[illegible]
dum. in princi. ff. de pœnis. & in l. a-
thletas. in §. calumniator. in verſ.
ex vtraque parte. ff. de his qui not. in
fa. & vide Gandi. de maleficijs, in ru
brica, vtrum pœna poſſit augeri,
37 vel minui, verſiculo fina. *[illegible]
non debet in arbitrijs iudex ſe[illegible]
rigorem ſcriptum, imò poteſt e-
tiam ſequi æquitatem non ſcri-
ptam, vt eſt caſus in auten. de defen-
ſo. ciui. in §. iuſiurādum ſecundum
vnum intellectum. & ſic ibi eſt ca-
ſus, in quo æquitas nō ſcripta, præ-
fertur iuris rigori ſcripto, ſecundum
dominum Antonium de Butri. in c.
j. in ſexta colum. in ver. oppo. quòd
nec iudex poſſit iudicare. extrà de
38 cōſtitu. *Item in arbitris, iudex de-
bet

bet inclinare in mitiorē partem, vt extrà de officio delega.c.de causis. nō tamen debet esse nimiū gratiosus: vt de re iudicata.c.cū æterni.lib. vj.& ibi Ioannes And.in nouel.ita dicit Bal.in d.l.quicūque.infrà eodem. quem sequitur Angel.de Are.in suo tractatu maleficiorum.in verbo, amputetur sibi manus dextra.in pen.colum.& idem notat Bald.in l.j.in fine. ff.de his qui sunt sui vel alie. iuris.

39 *Item quando loco ordinariæ pœnę, relinquitur pœna ad arbitriū iudicantis, iudex potest arbitrari. vsq; ad quantitatem pœnæ ordinarię, cuius loco arbitraria est subrogata, sed non potest illam imponere: ita dicit no.Anto.de Butr.in c.inquisitionis. in fine princip.extrà de accusation. per glo.no.quæ est ibi in verbo, ali-

40 qui. *Item dicit hic Ange.singulariter per glossam finalem hic, in principio, quòd si potestas habet arbitriū puniēdi fures in plus & minus, quàm statutū dicat, debet intelligi in plus. & sic, quod sit eadem species pluris, aliàs nō esset plus, imò omnino diuersa, quia differunt in nomine, substantia, & in natura.ff.de euictio.l. scapham. & ff.de auro & argento lega.l.penultima. Et ideo si pœna ordinaria est pecuniaria, non transibit ad corporalem: quia hic non se haberet per modum pluris, sed per modum maioritatis: vt l. in seruorum.ff.de pœnis. facit. ff. de in litem iuran.l.cùm furti.cum similibus ibi allegatis in gl.& hoc etiam videtur tenere Bald.in l. conuenticula. in quinta col.C.de episcopis & cle-

41 ricis. *Vbi dicit singulariter, quòd si statutum dicit, quòd si aliquis puniatur pœna pedis, vel alia, intelligitur de simili: vnde nō intelligitur de pecuniaria pœna: quia non conuenit pœnę: nec dicitur de amputatione capitis, quia longè remota est à mutilatione membri. quod est valde notabile, pro multis statutis tertij libri statutorum cōmunis Veronæ, in qbus imponitur certa & specialis pœna pro delicto aliquo, & posteà dicitur, & plus & minus arbitrio dictę potestatis, & totius curiæ, vel maioris partis eius: quia si illa pœna specialiter nominata est pecuniaria, nō potest transiri ad corporalem. Secus si nō esset corporalis, quia tunc bene posset augeri in corpus, per dictam

42 doctrinam Ange. *Itē adde, quòd dicta verba statuti, & plus & minus arbitrio dictæ potestatis, &c. intelliguntur non de maxima quantitate, sed vigore dictorum verborū, plus & minus, intelligitur de modico: vt l. hæc adiectio. ff.de verborum significatio.& in d.l.cùm fur.& ibi nota.per Docto.ff.de in litem iurā. & est tex.in l.cùm filius. §.pater.ff. de legatis secundo.& vide bonum tex.in l. Publia. §.fin.ibi, plus nō minus.ff.depositi.& intelliguntur illa verba, plus vel minus, arbitrio boni viri, vt est tex.& ibi Doctores.in d.l.

43 cùm filius. §.pater. *Et ideo cùm dicatur in statuto Veronēsi, arbitrio dictæ potestatis: intelligitur arbitrio boni iudicis: vt ibi.facit l.continuus. §.cùm ita.ff.de verborum obligation.quod arbitrium boni viri debet in hoc esse, vt non transeat pœna pecuniaria, ad corporalem: vt dixi secundùm Angelum. Item non transeat ad magnam quantitatem, vltra pœnam à statuto specificè expressam, & maximè vltra tantūdem. Exemplū

44 emplũ. *Dicit statutũ, quòd si qs
dederit alicui alapam, cõdẽnetur in
quinquaginta libris denariorum, &
plus & minus arbitrio dictæ potesta
tis, &c. nõ debebit arbitrari vltra cẽ
tum libras, quia nõ debet esse plus il
lud, quod vltrà arbitratur, quàm sit
illud, quod specialiter est inductum,
pro pœna & statuto. ꝑ hoc vide om
nino quod no. Cardi. Zabar. in c. nõ
nulli. in princi. in xx. quęstione, ex-
trà de rescriptis. & nõ omittas, & hic
addas. pro hoc facit optimè l. sanci-
mus. in princ. C. de fideiusso. & quod
no. Bal. in consilio suo, quod incipit,
In Christi nomine amẽ. Nobilis vir
Henricus de Aduocatis. in prin. vlti
45 ma columna. *Vbi dicit, quãdo est
factum compromissum cum potesta
te prorogandi, quòd mensura tem-
poris prolongati, nõ potest esse ma-
ior, quàm mensura temporis princi
palis: allegat dictam l. sancimus. & au
ten. qui semel. C. quomodo & quan
do iudex. quod est multũ nota. pro
prorogatione compromissi, & etiã
pro dicto arbitrio statuti, & est singu
46 lare, & menti tenendum. * Item est
magna dubitatio, an quando statu-
tum dat arbitrium iudici, non speci-
ficando aliquam pœnam, vsque ad
quam pœnam possit transire. dic ꝙ
potest imponere pœnam pecunia-
riam fisco applicandam, & etiam pœ
nam capitis, & sic pœnam mortis: vt
tenet gloss. quæ allegatur pro sin-
gulari. Institut. de iniurijs. §. in sum-
ma. in versicu. extraordinaria pœna.
Sed aliqui Doctores allegant aliam
glo. pro simili, in l. penultima. C. si
aduersus libertatem. in glo. fin. quæ
dicit in persona, vel arbitrio iudicis.
tu autẽ allega aliã similem gl. in l. sa
crilegij. in prin. in verbo, considerã
dum. ff. ad legem Iuliam pecu. pot
tamen dici, quòd dictæ glossæ
tiunt cõtrà: dum dicit gl. in d. l. p.
tima. in persona, vel arbitrio iudi
& glo. in d. l. sacrilegij. ibi, capitis,
extraordinaria pœna imponitur. &
dum dicit extraordinaria, intelligi-
tur, id est arbitraria, vt habetur in to
to titulo. ff. de extraordinarijs crimi
nibus: facit text. in l. cùm filiusfa. via
ticum. ff. si certum petatur. & inter il
la verba, & pœnam capitis, ponitur
47 dictio vel, * quę solet poni inter
diuersa, vt l. hęc verba, ille, aut. ff.
de verbo. signi. ergo videtur dice
re, ꝙ in pœna extraordinaria & arbi
traria, nõ comprehenditur pœna ca
pitalis in persona Sed an illa gl. in
dicto §. in summa. sit vera, dic quòd
etiam sequitur Bal. simpliciter in l. j.
C. de his qui latrones occult. & idẽ
etiam sequitur in c. j. in §. iniuria. in
principio, in titulo, de pac. iuramen.
48 fir. *Vbi dicit, quòd pœnæ arbitra
riæ extenduntur vsque ad mortem
inclusiuè, propter excessum facino-
ris, per illam glossam ordinariam. Et
idem etiam tenet ipse Bald. in l. fina.
ff. de rerum diuisione. vbi dicit, per
illam glossam, quòd arbitrium da
tum à lege in maleficijs, etiam in
mortem se extendit, si sit factum ni-
mis graue. idem Bal. etiam sequitur
illam gloss. in c. j. in principio, in v
columna, versi. sed hic quæro, an ra-
tione generalis arbitrij. in titulo, de
pace tenenda. vbi dicit, quòd ratio-
ne generalis arbitrij, potest fieri cõ-
demnatio vsque ad mortem, per di-
ctam glossam singul. Institu. de iniu
rijs. §. pœna. debuit allegare §. in
summa. Et hanc gloss. etiam tenuit
domi-

dominus Nicol.de Neap.in l.fi.in fi. ff. vbi pupillus educari debeat. vbi dicit,ꝙ pœna extraordinaria potest esse vsq; ad pœnā capitis.allegat dictam glossam in §.in summa. quam (dicit) teneas cordi. & dominus Angelus de Aretio,in suo tractatu malefic.in fine,penultima colūna,transit cū illa glo.& Matthe.de Math. in suis no.in xl.no. tenet etiā illā glossam,dicendo,ꝙ vbi pro aliquo delicto imponitur pœna arbitraria, pōt imponi pœna vsq; ad mortē inclusiuè,per illā glo.in §.in summa. dicit tamen, ꝙ iudex arbitratur, quòd si imponatur maior pœna, quàm fuerit solita imponi,nisi de consuetudine appareat,dicitur grauare & male facere,nisi hoc faciat ex causa. l. hodie.ff.de pœnis.& nota.in l. quid ergo. §.pœna grauior.ff.de his qui nota.infam.& in l.pen. §.ad crimen. ff. de publicis iudic.Et eandē glo. §. in summa,tenet domin.Angel.de Are. institu de actio. §. omnes. in quarta colūna. Sed dominus Ioán.de Imol. in l.ij.ff. de publicis iudicijs. ī versi. quid autē si aliqua pœna. & Ang.de Aret. in suo tractatu maleficior. in glo. in verbo,& ibi caput à spatulis amputetur. in fi.sequens dominum
49 Ioan.dicunt, *quòd quandocunq; lex,vel statutū dicit,ꝙ pœna sit in arbitrio iudicis,& vsq; ad pœnā mortis,& tūc clarū est,ꝙ eius arbitrium pot. se extēdere ad pœnā mortis. vt l.sacrilegij. §.sunt quędā. & ibi casus.ff.de varijs & extraordi.crimini. Quandoq; lex vel statutū dicit,pœnam esse arbitrio iudicis, dūmodò non se extendat ad pœnā mortis. & tūc clarū,ꝙ illā nō poterit imponere.probatur apertè in l.j.ff.de furtis. & ī l.j. §.expilatores. de effractor. & l.j. §.fi.ff.de crimine stellio. Quandoq; lex vel statutū simpliciter dicit,pœnā esse in arbitrio iudicis.tūc videtur,ꝙ tanquàm bonus vir arbitrari debeat:argument.l.vir bonus. ff.iudi.sol.& nota.per gl.& Bartolū, in l.si qua pœna.ff.de verbo.signi.& per glo.in c.super his.in verbo, arbitriū.& in verbo, astringendo. extrà de accusat.& sic patet, ꝙ secūdū qualitatē facti,aliter,& aliter debeat arbitrari,argumen.eius quod habetur in c.sicut dignū. extrà de homicidi. & d. §.sicut quædā.Florianus autem de Sancto Petro de Bononia, ī l.itē si obstetrix.ad fin. principij. ff. ad l. Aquiliā.tenet illā gloss.in §.in summa.institu.de iniurijs.limitando eā, vt habeat locū in delictis cōsummatis,secus in non consummatis.quod est notandū. Sed Bal.in rubrica suprà C.de pœna iudicis,qui malè iudicauit. videtur tenere contrariū. & Antonius de But.in c.de caus. extrà de offici.delegati.& glo.& Doctor. in c.inquisitionis.in fi.principij, extrà de accusationibus. & habetur etiā de intellectu d.gl.in §. ī summa. per And.de Isern.in c.primo, in titulo,quæ sunt regalia, in vsibus feudorum. Itē pro hac opinione,ꝙ nō possit imponi pœna mortis,videtur ꝓbari: quia si pœna imponitur arbitrio iudicis,poterit arbitrari de temporali tantū, nō de perpetua:nisi aliud fuerit expressum:vt ff.de furibus balnearijs.l.prima,ibi, tēporali. & ille casus nō est alibi,secundū Alber.de Rosa.ita dicit Francisc. Zaba.in c.ex literis.in vj. oppositione, extrà de constitutio.& idē ipse not. in c.de causis. §.in illis.in j.& ij.not.

extra de offici. delega. Tu autem ex
omnibus potes prædictos Doctor.
ad concordiam reducere, sic distin-
50 guendo. *Si quęritur in arbitrari-
is, quę pœna posit vel debeat impo
ni, distingue. aut pœna est certa &
determinata in specie, & expressè à
iure cōmuni. Aut per consuetudinē
est certa, aut nullo modo est certa,
vel determinata. Primo casu, quādo
pœna est certa, & determinata in
specie à iure cōmuni, & per formam
statuti iudex habet arbitrium, & tūc
aut simpliciter arbitrium proceden
di, & determinādi, seu condemnan-
di super maleficijs, & tunc tale arbi-
trium succedit loco pœnæ ordina-
riæ: & sic vltra eam imò nec vltra eā
imponere pōt. ita intelligitur glossa
in c. inquisitionis. in fi. princip. extrà
de accusat. & quod ibi nota. Anton.
de Butr. & sic dicit, arbitriū debet re
stringi ad formā iuris cōmunis, vel
municipalis. argument. l. creditor.
§. Lucius. & ibi vide Alber. de Ro-
sat. ff. mandati, & de pœnis. l. hodie.
& habetur per Gandinū in suo tra-
ctatu de maleficijs. in tit. de quęstio.
& tormentis. versicu. penultimo. &
per Alberi. de Rosate, in suo opere
statutorū, ī iij. parte, quęstiōe xxxiij.
Et sic debet arbitrari secundū mentē
legis, siue iuris, & arbitrij intellect⁹,
seu rationis, secundū Baldū, in c. j. §.
iudices. in princi. iij. colum. in titul.
51 de pac. iura. fir. *Nisi interueniret
enormitas criminis, quia propter e-
normitatē criminis, licitū est leges
transgredi, secundū Innoc. in c. j. ex-
trà de constitut. & notat Bald. in au-
thenti. sed nouo iure. j. co. ad fin. j.
52 colum. *Aut iudex habet arbitrium
non simpliciter, sed generaliter in
inquirendo, procedendo, torquen-
do, puniendo, banniendo, & co[...]
nando: & generaliter purū, me[...]
liberū arbitriū in maleficijs, & [...]
si, non obstante iure cōmuni ve[...]
tuto, & tūc tale arbitriū mul[...]
peratur, tam in specificatis, quàm
clausula generali, per ea quę nota[...]
si quis cautio. l. sed & si quis. §. qu[...]
situ. & ad hoc bene facit l. filius[...]
versicu. iam videamus. ff. de do[...]
cundū Alber. de Rosa. qui [...]
in d. opere statut. in iij. parte [...]
one xxxiij. & hoc casu, licet [...]
ret, credo quòd iudex poter[...]
trari etiā vltra ius cōmune, & [...]
nere pœnā etiā capitalē, id est [...]
tis: per prędicta, vt aliquid ope[...]
dictū arbitriū ita liberū, & genera[...]
quod bene nota pro cxiij. statuto
statut. iij. lib. statutorū cōmunis Ve-
53 ronæ. *Secundo casu, quādo pœna
non est certa & determinata per ius
commune vel statutum, sed per con
suetudinē. & tunc dicas idem quod
dictū est proximè, quādo pœna est
certa de iure cōmuni: quia in dubio
nō debet excedere pœnā, quę de cō
suetudine solet apponi. vt est g. no.
in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff.
dè his qui nota. infam. & glo. in l. ho
die. ff. de pœnis. & supra dixi: vbi de
legaui etiā alia circa hoc, nisi habe-
ret iudex liberū, & merū arbitrium
&c. quia tūc posset excedere, per ea,
quæ statim dixi. Itē nisi interueni-
ret enormitas criminis, quia propter
enormitatem criminis, licitū est le-
ges transgredi, vt dixi secundùm In-
54 noc. & Bald. *Tertio casu, quādo
nullo modo pœna est certa, vel de-
terminata à lege. Et tunc subdistin-
guo: Aut nulla pœna est limitata. à
statu

statuto, vt quia statutum, vel lex dicit simpliciter, quòd sit in arbitrio iudicis, vel quòd iudex habeat arbitrium. Aut pœna est limitata cũ culpa plus vel minus arbitrio dicti iudicis. Si nullo modo pœna est limitata à lege vel statuto, & tunc aut lex vel statutum dicit, quòd possit punire vsque ad mortem, vel quòd nõ possit punire vsque ad mortem, & his duobus casibus non est dubium.
53 *quia vbi casus legis, ibi nulla dubitatio. l. ancillæ. C. de furtis. & ita nota. dominus Ioan. de Imol. in l. secunda. ff. de publicis iudicijs. Aut lex vel statutũ nihil exprimit, sed simpliciter committit arbitrio iudicis. & tunc aut delictũ non est consummatum, & non potest iudex vigore arbitrij condemnare vsque ad mortẽ inclusiuè. & ita intelligitur quod nota. Florian. in l. itẽ si obstetrix. in fin. princip. ff. ad l. Aquil. Aut delictum fuit consummatum, & tunc bene poterit imponere pœnam vsque ad mortem inclusiuè: & ita intelligatur d. gloss. singularis in d. §. in summa. institu. de iniurijs. & ita etiam intelligantur Doctores suprà allegat. qui tenent dict. gloss. Si verò pœna est limitata cum culpa plus vel minus, arbitrio dictæ potestatis, vel iudicis, & tunc poterit imponi maior pœna vigore dicti arbitrij, quàm fuerit limitata à statuto, intelligendo in modica quantitate, arbitrio boni viri: ita tamen, quòd non possit excedere duplum, sine tantundem, & sic non poterit imponi pœna mortis. & ita intelligantur alij Doctores, qui tenent contra gloss. in d. §. in summa. Et hoc casu debent considerari verba statuti. Quia aut b pœna [b] limitata est pecuniaria, & vigore dicti arbitrij, per dicta verba, plus, & minus, nõ poterit transire ad pœnam corporalem, & eã imponere, vt dixi secundùm Angelum hîc: aut pœna limitata est corporalis, videlicet, quòd aliquis puniatur pœna pedis, & tunc non poterit fieri transitus ad pœnam corporalem maiorem in alio membro, & sic multò magis non poterit imponi pœna capitis, vt dixi suprà, secundùm Baldum, in l. conuenticula. in quinta columna. C. de episcopis & clericis. & ita etiã possunt intelligi Doctores, qui tenent, quòd in arbitrijs iudex nõ possit imponere pœnã mortis, contra glossa. in dict. §. in summa. institut. de iniurijs. quæ omnia tene menti pro intellectu glo. d. §. in summa. quia alibi non ita planè, & di-
55 stinctè examinata reperies. *Et de materia; quãdo pœna est arbitraria. vide in locis præallegatis. & adde quod nota. in l. j. ff. de iur. om. iudi. vbi dicitur, officium iudicis latissimum est. Et si vis scire multos casus, in quibus iudex habet arbitriũ tam in faciendo, quàm in omittendo, vide in quodam tractatu dom. Galua. decretorum Doct. de Bono. qui incipit, Ad communem vtilitatem. v-
57 bi numerat trecentos casus. *Secũdo casu principali, quando duæ vel plures pœnæ alternatiuè sunt impositæ à lege, vel statuto tantùm, cuius sit electio pœnæ, an iudicis, an rei? Et in hoc concordando omnes opiniones, sic dicerem saluo meliori iudicio. argument. l. Claudius. in fi. ff. qui pot. in pigno. habe. distinguendo tres casus, Aut vtraque pœna alternatiua est pecuniaria, aut vtraq; est

est corporalis, aut vna est corporalis, alia pecuniaria. Primo casu, quãdo vtraq; pœna est pecuniaria, tunc subdistingue secundũ Bar. Aut verba legis, vel statuti referuntur ad iu-
c dicem c,& electio erit iudicis. Aut referuntur ad reũ, & ita electio erit rei. argumen. gl. in l. Lucio. ff. de leg. ij. Nec obstat responsio Baldi in l. quicunque. nota. dũ dicit, ꝙ illa glo. loquitur in creditore fauorabili, hic in odioso: quia si ibi fauor deberet operari in omni casu, esset electio creditoris, id est, legatarij: cùm ergo ibi etiã sit aliquãdo electio debitoris, id est, hæredis: istud procedit nõ propter odiũ, vel fauorem, sed propter verbũ, quod personæ adijcitur: quia si verba referũtur ad vnũ, ad illum spectat electio. & ita etiã debemus dicere in casu nostro. Aut verba legis, vel statuti ad neminẽ referũtur, vt dicunt: pœna sit centũ ducatorum, vel quinquaginta: & tũc in du
58 bio electio est rei, *quia in alternatiuis electio est dare debentis. l. plerunq;. in fi. ff. de iure dotiũ. & hoc vltimũ tenent omnes. Nec refert, an ista pœna applicetur parti, sicut etiã pœna furti, an fisco. argumen. l. interpretatione. ff. de pœnis, cũ simil.
59 *Secũdo casu, quãdo vtraq; pœna alternatiua est corporalis, & hoc casu teneo indistinctè, ꝙ electio sit iudicis: qa nõ memini me legisse textũ expressè dicẽtẽ, ĩ pœnis corporalibus alternatiuis sit electio ipsius rei, sed solũ in pecuniarijs bene reperitũr, ꝙ in alternatiuis electio est dare debentis: vt dicta leg. plerũq;. in fi. ff. de iure dot. Sed bene reperio text. cũ gl. vbi probatur in cõtrariũ: scilicet in l. aut dãnum. §. proinde. ff. de pœnis. & ibi glossa in ver-
60 bo, permittens. *Vbi dicitur, iudex non potest dare electionem eligendi sibi mortẽ, quã vult, & tex. ad hoc allegat pro singulari Lud. de Roma. in cxxxj. singulari. incipit, quæro an iudex. vbi dicit, iudex non potest dare electionẽ pœnæ morituro, licet Nero hoc fecerit in Senecã, magistrum suũ: sed illud speciale est in Imperatore: vt ibi, sed aliud est in alijs iudicibus inferioribus. vnde si lex vult, ꝙ iudex qui potest, & debet considerare delicti, & rei qualitatẽ, iuxta l. respiciendum. in principio. l. aut facta. ff. de pœnis: non potest dare electionem reo. multò min⁹ interpretabimur, ꝙ lex sine facto iudicis voluerit reo dare electionẽ pœnæ: quia ipse reus in dubio semper eligeret minorẽ, seu mitiorem pœnam. facit ad hoc l. prima. §. expilatores. ff. de effract. & expil. Itẽ quis non est dominus membrorum suorũ. l. liber homo. ff. ad l. Aqui. sed si posset reus eligere pœnam corporalẽ, esset dominus mem-
61 brorũ suorũ, ergo &c. *Item pro hoc, quia quis non potest fideiubere, nec etiam obligare se pro alio in pœnã corporalẽ: vt est tex. cũ glo. nota. in xxiij. quæstione v. cùm homo. & nota. Bart. in l. Iul. in fi. ff. qui satisd. cog. & nota. per Cyn. in l. ad cõmentariensem. C. de custod. reorum. & nota. Baldus in titul. de pace Constan. in xxvij. colum. & Ludo. de Roma. in cxxvj. singulari. quod incipit, Tuscis, ꝙ in causa criminali. Licet in hoc consuetudo valeret, vt dicit Bald. & Ludo. in locis præallegatis. Et de hoc, quòd in pœnis alternatiuis, non pecuniarijs, electio sit

iudi

iudicis, est gloss. singularis, in c. sicut Iudæi. in fi. super verbo, aut excommunicationis. extrà de Iudæis. secũdùm Francisc. Zaba. in c. inter cæterás. in vlti. colum, in prin. extrà de re
62 scriptis. * Vbi dicit, ꝙ si in lege, vel statuto imponitur duplex pœna alternatiue, electio est ipsius iudicis, ꝑ tex. cum gl. fin. in c. sicut Iudæi. in fi. quam dicit esse singularem. Et isto modo intelligo istam l. scilicet ꝙ electio sit iudicis, non rei: non propter hoc, ꝙ verba referantur ad iudicem, vt dixit Bartol. in l. quicunque. infrà eodem. quia in hoc non bene videtur dixisse, sed quia pœna corporalis, cuius electio non potest esse rei, vt dixi. Et in hoc non teneo etiã Bal. quia dixit in dicta l. quicunq;. ꝙ indistinctè in pœna corporali alternatiua electio est rei: quia hoc non ꝓbatur lege, vt supra dictum est. Nec est bona repræhẽsio sua, dum dixit, quòd distinctio inter pœnam pecuniariam & corporalẽ sibi nõ placet, cùm in pœnis corporalibus mitius sit agendũ, præsertim si persona nõ sit vilis. allegat etiã ad hoc l. si de interpretatione. ff. de pœnis. quia imò est bona distinctio inter pœnam pecuniariam, & corporalem, videlicet quòd potius in pecuniaria possit esse electio rei, & non in corporali. nã pœna corporalis solet apponi pro grauiori delicto, quàm pœna pecuniaria: quod patet, quia est maior.
63 * Pœna enim corporalis quãtum cũ que minima, est maior regulariter quacunq; pœna pecuniaria. l. in seruorũ. in ii. ff. de pœnis. & vbi est maior pœna, ibi grauius est delictũ: vt no. gl. xxiiij. q. j. nõ afferamus: q̃ dicit, ꝙ maiora delicta, maioribus pœnis, minora, minorib⁹ sunt puniẽda. alle. in aut. vt fratrũ filij. §. fi. coll. ix. sed sic est, ꝙ vbi ĩponitur pœna pecuniaria, ibi sit minus delictũ, quàm vbi imponitur pœna corporalis, ergo mitius est agẽdum, vbi est pœna pecuniaria, & sic minus delictum, q̃ vbi est pœna corporalis, & sic maius delictum: vt est text. in l. respiciẽdũ. in prin. ff. de pœnis. Et propter hoc faciliùs cõceditur, ꝙ in pœnis alternatiuis pecuniarijs sit electio rei. quàm in pœnis corporalibus: & per hoc etiã patet, ꝙ non est bona distinctio, quam facit Bart. in hoc casu: videlicet, aut verba legis, vel statuti referuntur ad iudicem, aut ad partẽ, siue reum, per glo. in dicta leg. Lucio. ff. de leg. ij. quia illa loquitur in debitore, & creditore pecuniæ, vel alterius rei. nos verò loquimur in debitore sui corporis, cuius ipse reus nõ est dominus, nec in ipso potestatem habet, vt patet per prædicta. Nec obstat gl. in l. si minor. §. si seruus. ff. de mino. quæ dicit, ꝙ si seruus verberibus, vel noxæ dari debet, ꝙ electio est ipsius domini: qa illa gl. nõ loquitur de electione iudicis, vel rei. sed de electione domini, scilicet rei vel minoris læsi, & sic nõ facit. Præterea ibi, licet loquat̃ de pœna corporali serui, ea tamẽ reputat̃ pecuniaria respectu interesse domini. facit quod no. Bar. in l. j. §. generaliter. ff. de pœnis. Et eodẽ modo nõ obstat l. fi. & quod ibi no. ff. de in ius vo. quia ibi loquitur de electione pœnæ iter debitorẽ & creditorẽ: nos verò loquimur de electione pœnę inter iudicẽ
64 & reũ. * Tertiò casu, in pœnis alternatiuis, quãdo vna pœna est corporalis, alia pecuniaria, cui⁹ sit electio.

breuiter concludo, ꝙ semper fit ele-
ctio iudicis, & non partis, siue rei, ꝑ
ea, quæ statim dixi: quando vtraque
pœna est corporalis, quia rationes,
quæ ibi dicuntur, & hic concludūt.
Nec prædictis obstat gl. in dicta leg.
quod si minor. §. si seruus. ff. de mi-
nor. & l. fin. cū ibi no. ff. de in ius vo.
quia dic, vt statim dixi. Et ista mate-
ria, scilicet in pœnis alternatiuis, cu
ius sit electio, an iudicis, an rei, vide
hic Cy. & Bart. & Bal. ad fin. vide Bal
dum, & Doctores. in l. quicunque. in
frà eodem. & Bart. in l. j. §. expilato-
res. ff. de effract. & per Ioan. de Imo.
in l. ij. ff. de pub. iudi. & plenè per An
gelum de Aret. in suo tractatu male-
ficiorum. in verbo, ꝙ amputetur sibi
manus dextra. & vide Francis. Zaba.
in c. inter cæteras. in vltima colū. in
prin. extrà de rescrip. & in c. sicut di-
gnum. de homicid. & per Alberi. de
Rosa. in l. vj. ff. de eo quod certo loc.
Quæro sextò, quia hic dicitur ĩ text.
si fugitiui serui deprænhendantur ad
Barbaricos transeuntes. & gl. prima
dicit, deprænhendantur: scilicet in iti
nere, secus si ad hostes peruenerint:
& sic facit differentiam, an fugitiuus
deprænhendatur in itinere, in actu fu
65 gæ: an post cōpletā fugam. *Quid si
ex forma statuti imponit pœna por-
tantibus bladum, vel farinam, vel ali
quid aliud extra districtum, & inuē-
ti sunt aliqui portātes, & capti sunt,
antequàm sint extra districtū, an de-
beāt puniri pœna statuti. Et videtur
ꝙ sic, per istum textum coniūcta gl.
j. in prin. & per l. quis sit fugitiu⁹. §.
idem Celsus ait. el j. ff. de ædil. edict.
& vide, quod ibi scripsi de hoc. & ꝑ
l. si quis non dicam rapere. C. de epi-
scopis & clericis. vbi punitur affe-
ctus, licet non sequatur affectus. Cō
trà videtur, ꝙ non, quia delictū
est perfectum. l. qui falsam. ff. de
fis. Item pro hoc gloss. notabi
l. arboribus. §. finali. in verbo,
fructus. ff. de vsufruct. vbi dicit,
exit syluam, non tamen exiuit. &
Flo. & quod dixi suprà, in prima
nione, in fine. & est gl. sim. l. ...
66 quæsti. j. cùm renuntiatur. *In
in pœnis statutorum, regulariter
inspicitur affectus, nisi sequ...
ctus: vt notat hîc Bal. & dixi ...
tertia oppositione, in fine. & ...
dicta leg. si quis non dicam ra...
C. de episcopis & clericis. & ...
cum telo: infrà ad l. Cornel. de ...
quid dicendum est? Distingue ...
casus: Aut constat ꝙ portātes ...
non habebant animum portādi ...
mentum extra districtum, aut con...
ꝙ habebant animū portādi extra ...
strictum, aut sumus in dubio. Pri...
mo casu, quando constat, ꝙ non ha-
bebant animum portādi extra distri-
ctum, tunc sine dubio puniri non de-
bent, sed absolui: quia nec fecerunt,
nec facere voluerunt cōtra statu...
& sic non concurrunt verba, nec sen-
tētia statuti, iuxta no. in l. si id quod
in prin. ff. de iurisdict. om. iudi. Se-
cundo casu, quando constat, ꝙ habe-
bant animum portandi extra distri-
ctum, quod potest esse per confessio-
nem eorum, vt l. qui sentētiam. C. de
pœnis. vel quia est captus per custo
des in limine districtus, vt dicta leg.
qui sententiam. & l. sciant cūcti. ...
vel indicijs ad probationem indubi
tatis. C. de proba. vel si prius confes-
si fuerint, ꝙ volebant portare extra
districtum: argumen. tex. cum gloss.
in verbo, approbatū. in l. si prætor,
§. Mar...

§.Marcellus.cum ibi not.ff.de iudi. vel alio legitimo modo apparere potest:& tunc subdistinguitur, consi derando verba statuti, quia aut statu tum loquitur per verba præteriti tẽ poris, significantia actum ex toto p- fectum, vt quia dicit statutũ, si quis extraxerit frumentum: & tunc pœna limitata à statuto nõ punietur. & ita intelligitur gl. in dicta l. arboribus. §.final.ff.de vsufructu. & gl.xxxij.q. j.cùm renuntiatur. secundùm Bald. hic,& in dictà l.arboribus.in apostil lis.& ibi per Floria. sed tamen hoc casu extra ordinem puniri poterit.
b nus Paulusb de Castro hic tenet istā partem vltimā, scilicet quòd debeat manus debilis indistinctè abscindi, per glo.quæ est hic,q̄ vult, q̄ illa debet abscindi, in qua minus potest. sed dicit minus posse in arida, licet nil posset, vt l.illud. §.min'.ff. de tribu.& sic verificatur ista gl. Præterea non est parua pœna deformitas,quę resultat ex amputatione manus, licet aridæ, & ita determinat Ioannes And.in mercurialibus, in regula.in pœnis. Pro hoc allegat Angel. bonum tex.in l.tertia. §.L.beo.ff. arborum furtim cæsarum. *Vbi appellatione arboris continetur etiam illa,cuius radices desierūt viuere, & sic est desiccata,quousq; durat super terram & incidens illam,perinde punitur ex illo titulo, sicut si incideret aliā viuētem:ergo videtur,q̄ amputata sic manu, licet arida, sit satisfactum verbis statuti: & ista est benignior,secundùm dominum Paul.de Castro hic.Baldus tamen hic in fine aliter distinguit:videlicet aut statutum loquitur de manu certa,vt puta dextera, & tūc illa indistinctè debet amputari,quia solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.vt instit.quibus modis tollit.obliga. in prin. & quia liberatur soluendo rem talē,qualis est,& ideo licet manus sit inutilis,tamen mutilatio est magna pœna,& ideo sufficit illam amputari,& minimum soluendo liberatur. argu.ff.de reg.iur.in l.semper in obscuris.secundùm Iaco.But. Si autē Iudex habet arbitriū in amputatione mēbri, tūc poterit illa manus amputari,quæ iudici videbitur.& ita sequi videtur hic Bald.in fine. & istud ego teneo,intelligendo tamē,q̄ Iudex in dubio debeat arbitrari in manu,in qua minus potest, per prædi-
37 cta. *Quęro quartò,quid si delinquens habet vnā solam manum. Respondit Guil.de Cu.illa debet amputari.arg.ff.de cōtrah.emp.l.si in emptione. §.pen. & licet hæc pœna sit grauior,hoc cōtigit casu, imò culpa delinquētis,ideo iudex ex arbitrio, quod habet, p l.quid ergo. §.pœna grauior.ff.de his qui no.inf.pōt dictam pœnā imponere, secūdùm Bald.hic circa fi.Sed hic Bal. in prin.dicit,q̄ hæc sn̄ia videtur sibi dura,quia grauior est pœna perdere manū ei, qui vnā solā habet,quia p hoc sit omnino inutilis,quàm ei, qui duas habet. de quo hic loquitur.arg.ff. de pœ.l. interpretatio.ff.de off. præsidis.l.illi

citas. §. ne tenuis. ibi, lumine vnico. & pœna non est aggrauanda ex inter pretatione, vt d.l. interpretatione. Et ita tenet hic Iaco. Bu. Bald. Angel. &
38 Do. Pau. de Castro. *Nam lex vel statutum imponens pœnam manus, debet restringi ad habẽtem duas, & ita intelligitur iste tex. & ideo videtur pœnã tunc debere in aliud commutari, vt l. ij. §. vt intra certum tempus. sicut fit de pecunia in personã ꝓpter paupertatem: vt in l. quicunq;. §. eo. quod ego intelligo verum, quãdo haberet nisi vnã manum sine culpa sua, secus si vna manus fuisset sibi incisa propter delictum, quia nemo ex suo commodũ consequi debet, ꝑ iura vulgaria. Et prædicta procedũt
39 ante sententiam. *Sed quid si sententia est lata, à qua non est appellatum, & iudicatum fuit vnã manũ abscindendã, & iste nõ habet nisi vnã? dicit Bald. hîc, ꝙ credit, quòd illa sit abscindenda. argum. ff. de cõtrahen. emp. l. si in emptione. §. penul. & ad hoc, vt sententia habeat effectum. ff. de rebus dubijs. l. quoties. & quia iudex lata sententia, amplius eã reuocare non potest: vt l. j. C. senten. resci
40 di non posse. *Quęrò quinto, qd si nullam manum habet delinquẽs, qua pœna puniatur, stãte statuto, ꝙ puniatur in abscisione manus? Dic aut hoc cõstat ante sententiã, & tũc in alio mẽbro debet condemnari & puniri, vt l. secũda, ibi, si persona vilior. §. vt intra certum tempus. & habetur in l. quicunque. §. eo. aut nõ cõstat ante sententiam, & in sententia condemnatus est in abscisione manus, tunc talis sententia esset nulla, quasi impossibilis: vt l. si. ff. q̃ senten tia sine appell. rescin. & ideo iterum esset iudicandum, ea sententia [illegible] ta pro nulla: vt l. iiij. §. de accus. [illegible] dùm Nicol. de Matarellis. hic [illegible]
41 lec. & Bal. & bene. *Quæro. quid si statutum dicat, quòd [illegible] ranti aliquem in platea abscin. manus? aliquis vulnerauit quem. in platea pluribus vulnerib. eo [illegible] pore, an plures sibi sint abscind. Et videtur quòd sic, quia tot sunt delicta quot vulnera, licet eodem tempore facta, & de quolibet meretur pœnã: vt l. nunquàm plura. ff. de priuatis delictis. & in l. quicunq; vlectum do responso. §. ea. l. In contrarium iste tex. in verbo, vna sola. & quia simul fuerunt facta, videtur vnum delictum, per gl. in l. j. circa fi. §. vnde. De hac quæstione dic, vt per Bar. in l. vulgaris. in princi. ff. de furtis. & vide quod no. Bar. in l. nũquàm plura. ff. de priuatis delictis, & in l. sancimus.
42 ctio legũ. ff. de pœn. *Quæro sepcimò, aliquis est bãnitus in amputatione man⁹ ratione vni⁹ delicti, postea iterũ bãnitur pro alio delicto in amputatione capitis, captus fuit per familiam p̃toris, vel alio modo, qualiter fiat executio. Dic, ꝙ primò debet abscindi manus, & posteà decapitari, si fieret ecõuerso, nõ pateretur manus pœnã mortis, quia amputatio manus post mortẽ, nõ esset pœna, secundùm Bar. in l. oẽs iudices. C. de [illegible] tor. lib. x. q dicit, ꝙ ita de facto vidit obseruari, & ita tenet d. Paulus hic. de quo vide gl. not. ĩ d. l. oẽs iudices & in c. j. §. milites. in verbo, pœnã [illegible] fi. in ti. de pac. iur. firmã. & est tex. [illegible] bene põderetur. in l. j. in fi. ff. nihil [illegible] uari appel. pẽdẽte. & ibi vide d. [illegible] de Cast. & vide Flo. in l. Nerati. §. [illegible] quãuis. ff. de seruo corrupto. & [illegible]

gel. in

ge.in l.nunquã plura.ff.de priua.delictis.
43 *Quæro octauò,quia hic probatur, quòd manus est membrũ,vt dixi s.in iiij.no.quid sit membrũ, & quid contineatur appellatione membri.Dic, ꝙ mẽbrũ dicitur à metior metitis, quod est partiri, & diuidere,vnde membrũ dicitur: quia corporis pars.secundũ Hugo.in verbo, metior.ita dicit Bar.in l.ij.ff. de publi.iud.& Bal.hic.& do.Pau.de Cast. hic,qui dicit quòd strictè intelligẽdo membrũ, sumitur pro illa parte, quæ habet certum officiũ deputatũ. & hoc fuit dictũ Angeli de Perusio hic,qui dicit, ꝙ mẽbrũ est omne id, quod in corpore nostro distinctam habet operationẽ,secundũ Philosophũ i iiij.Meteororũ ad finẽ.& ideo manus ad palpandũ,pes ad ambulandum,oculus ad videndũ,auris ad audiendũ, os ad gustandum sunt membra.Et idem no.ipse Ange. in l.vitẽ. §.j.ff.arborum furtim cæsarũ. & in authen. vt nulli iudicum. §. quia verò nos. vbi subdit, ꝙ ratio est,quoniam in istis cõsistunt quinque principales sensus nostri corporis, scilicet visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus,vt notat gl.in l.quod meo. §.si venditorẽ.ff.de acquiren. poss. cum igitur quilibet istorum sensuũ sit attributus vni membro corporis, quicquid habet illam virtutẽ,appellatur membrũ. Et ideo quia in oculo consistit virtus visiua,in naso virtus odoratiua,in aure virt⁹ auditiua in lingua virtus gustatiua, in manu virtus tactiua, in pede similiter virtus tactus, & palpatiõis, scilicet ambulando: meritò omnia ista mẽbra appellãtur:vt not. Aristo.iiij.Meteororum,ad finem, secundùm Ang.in d.§.quia verò nos.& de hoc quid sit mẽbrũ.vide in locis præallegatis.& vide etiã Bal.in c.j.in prin.in titu.de noua forma fidelitatis.& per Bal.Ange.& Ioan.de Imo.in l.iij.ff.de publ. iudi.& per Bar. & Doct.in l.nõ sunt liberi.ff.de statu ho. & per Albe.de Ro.in suo opere statutorũ, in ij.parte,quæst.xxviij. & vide plenissimè p domi. Nellũ de sancto Gemi.in suo trac.bannitorũ, in ij. parte secundæ partis.in lj.quæst.& p Ange.de Are. in suo trac.maleficiorũ, in gl. in verbo,membrũ.& vide Bal.in l.reos.in ij.colũ.in fi.cum princ.sequẽt. C.de accu.& in l.data opera.in xviij.colũ. ver.& ibi lex facit mentionem.& in ver.in corpore nostro multa mẽbra
44 habem⁹.C.qui accu.nõ poss.*Quęro nonò, qua pœna puniri debeat fur.Et glo.hic super verbo,castigabitur.dicit, ꝙ debet fustibus cædi per istũ textũ, nisi sit publicus latro, qui scilicet consueuit furari, qui debet furcis suspẽdi:vt l.capitaliũ. §.famosos.ff.de pœnis.& idẽ not.glo.xxiij. q.iij. si quis fortitudinẽ. de quo dic vt plenissimè dicã in seq. vbi pone-
45 tur,quæ sit pœna furũ & latronũ.*Et ex hac glo.quæ est Iaco. ꝙ publicus latro dicitur ille, qui consueuit furari,& sic etiã si clàm, si tamẽ pluries, Bar.in d.§.famosos. intelligit istam gl.verã, quãdo cõtra ipsum laborat infamia,aliàs nõ diceretur latro vel famosus.sed Bar. hic dicit,quòd glosę nostræ vbique dicunt, & intelligunt publicum latronem, qui consueuit furari, & ita obseruatur. Tamen propriè non bene dicunt.nam ille §.famosos.loquitur de publico latrone:sed fur, qui consueuit furari,est publicus fur,non publicus la-

tro: latro est ille qui per vim furatur,
vt hic in tex. ita dicit hic Barto. Tu
verò dic, quod reperitur fur simplex, i-
tem fur famosus, item latro simplex,
46 itē latro publicus & famosus. *Fur
simplex est ille, qui semel tantùm &
clàm, vel de nocte, maximè in domi
bus & sine armis furatur: vt hic est
tex. ver. fures autē. & in corpore vn-
de sumitur ista authen. scilicet in au
then. vt nulli iud. §. quia verò. colla.
ix. & probatur in l. j. ff. de furtis. & Inst.
de obl. quæ ex delicto nascuntur. §.
furtū autē à furuo. & not glo. in l. cū
duobus. §. dāna. in verbo, surrepta.
47 in fin. ff. pro socio. *Fur famosus di
citur ille, qui consueuit furari, puta
bis vel ter, vt l. iij. in fi. C. de episcop.
audiētia. & pro hoc glo. notabilis in
auth. de testibus. in §. quia verò mul
ti. colla. vij. super verbo, sæpe. quæ
dicit, quod sæpe dicitur fieri illud quod
fit bis, aut ter. & not. in l. de quibus.
ff. de legibus. & per Bar. & Doct. in l.
48 j. C. quomodò & quando iudex. *La
tro simplex dicitur ille, qui palàm,
vt in strata publica, vel etiā in syluis
furatur, vt not. glo. in l. j. S. depositi,
& in d. l. cū duobus. §. damna. ff. pro
socio. & maximè qñ facit per vim,
& cū armis, vt probatur hic in text.
Potest etiā dici latro ille, qui est di-
urnus & clàm furatur, vt est tex. con-
iuncta gl. Insti. ad l. Aquil. §. j. in ver-
bo, latronem. Intelligendo tamē, quod
hoc faciat per vim, vel cū armis, per
istum textum hic in fi. idem intelli-
49 go, quando semel tantū. *Latro ve-
rò publicus vel famosus est ille, qui
pluries palàm in strata publica. vel
in syluis, per vim, vel cum armis fura
tur. & ista fuit intentio glo. hic, quæ
dicit, quod publicus latro est ille, qui

consueuit furari, dum allegat l. d
talium. §. famosos. ff. de pœnis
dùm do. Paul. de Cast. hic, qu
telligit istā glo. & hoc credo
50 *Quia gl. semper debet intel
eundū textū, quē allegat
in l. nō solū. §. si liberationis
ber. lega. & not. Ioan. An. in c.
extrà de testibus. & Raph.
l. patronus. ff. de proba. & do
rolus de Homodeis in
cōsilio, quod incipit, Christi
nomine inuocato. circa
de quod dicā intrà in ma
do quis cōmisit plura furta
etiā obstat gl. hic in verbo,
tur. Vnde fur occultus nū
test dici latro, etiā si consueuit
ri, sed bene potest dici famo
& pro hoc vide tex. in l. j. §. adu
ff. de sepulchro violato. ibi,
tronū. vbi Ang. q dicit not. q
hūc tex. declarat §. famosos,
cit, famosum latronē furca
nō intelligitur famosus latro, qui
sueuit furari clàm, sed ille, qui
tus rapit vel subtrahit. vnde dici
51 Ang. *quòd falsa est opinio dicen
tiū, eū qui tria furta fecit, esse famo
sum latronē, & ideo debere
Et hoc est notādū propter statuta
loquūtur de furibus & latroni
dicit hic dom Pau. de Cast.
buit de facto in ciuitate Vicētiæ,
dubitabatur de quodā capto pro
baria, an posset dici publicus latro
quia semel tantū derobauit. nā stat
tū Vicētiæ, grauius punit latronem
quàm furem. & glo. quæ est hic,
gabat pro eo, quòd nō. quia licet in
strata publica, non tamen reperi
tur vnquàm illum alia talia cōmi
se, nisi nunc: & statutum loquebat

de famoso latrone: vñ non poterat dici famosus, propter hoc solũ, quòd in strata publica, subdit tamen hic in fin. dom. Paul. quòd nil valuerunt al
52 legationes, qa fuit suspensus. * Quero decimò & vltimò pro declaratione hui⁹ tex. & glosse, & materię, quę sit pœna furum & latronum. Respondeo, quòd alia est pœna pro furto, alia pro latrocinio. vnde diuidendo hanc quęstionem in duas partes, seu quęstiones principales. Prima erit, qua pœna puniri debeant fures. Secunda, qua pœna puniri debeant latrones. Et quia ista materia est quotidiana & vtilis, ideo hic per modũ cuiusdã distinctionis & tractat. pleniùs videamus, iuxta l. legaui. in prin. ibi, & pleniùs rogo, quæ ad hæc spectãt, attingas: quotidiana enim sunt ff. de lib. leg. & l. j. in prin. ff. de appel. & l. fin. cũ nõ solùm. in princ. ibi, & semper in iudicijs versantur. C. de bonis quæ liber. & facit glossa. in Cle. dudum. in verbo, huiusmodi. de sepulturis. quæ dicit, ꝙ vbi de lana, lacte, & reditu agitur, potius est insistendum & disputandũ. Circa primã igitur quæstionem, videlicet qua pœna fures puniantur: dic primò secundũ Bart. hic, ꝙ quinque sunt iura super hoc. Primũ ius est antiquum, quo imponebatur pœna extraordinaria pro furto, vt l. fi. ff. de furtis. nisi esset publicus & famosus fur: vt hic in gl. & dicetur infrà. Secũdũ ius est authẽticorũ, de quo habetur in aut. ista: quę vult, quòd fures fustigentur. Tertium ius est, quędam constitutio noua, quæ habetur in titu. de pace tenenda. in §. si quis quinq; solidos. in vsibus feud. quæ dicit, Qui quinq; solidos, vel rem valoris quinque solidorũ subtraxerit, suspẽdatur. Quartum ius est, ex alia constitutione noua, quæ posteà superuenit, vt habetur in titulo de pace iura. fir. in §. furtum. Quintũ & vltimũ ius est, quia hodie de hoc statuta sunt in qualibet parte Italiæ, & illa obseruãtur, iuxta l. oẽs populi. ff. de iustitia & iure. secũdùm Bar. hic. Sed per hoc nõ habet vera & perfecta doctrina, vnde tu dicas sic, plenius distinguẽdo.
53 * Aliquando fures sunt improbi: vt sunt simplices fures, qui clàm & sine armis, & sine effractura furãtur, vt d. l. j ff. de furtis. & hic in tex. in ver. fures autẽ. Aliquãdo sunt fures improbiores, vt expilatores hæreditatis: vt l. j §. expilatores. ff. de effract. & expilato. & est tex. & ibi hoc not. gl. fi. in l. si te. C. de his qui not. infa. & habetur p Bal. in l. de his. in tit. j. de fur. hi enim dicũtur etiã fures: vt est tex. in l. si cum exceptiones. §. q vim intulit. ff. qd metus causa. improbiores etiã fures dicũtur illi, qui cũ fractura furãtur, per d. §. expilatores. secundũ domi. Paul. de Cast. hic: & isti vocantur etiã effractores: vt probatur in d. l. j. §. item effractores. ff. de effractoribus & expilatoribus. Aliquando sunt fures improbissimi, vt sunt raptores, in l. raptores. C. de episcop. & cleric. & Insti. vi bonorũ raptorũ. in princ. & not. Bar. in d. §. expilatores. & not. gl. fi. in fi. & ibi Bar. in l. si te. C. de his q no. infam. Sed tu aduerte, ꝙ isti fures improbiores à Iurisconsultis appellantur: vt est text. in l. si cum exceptione. §. qui vim intulit. ibi, quamuis qui vi rapit, fur improbior esse videatur: vt Iuliano placet. ff.

quòd metus causa. & in l.j. §. cum
qui.ff.vi bonor.rapt. vbi dicitur.eũ
qui vi rapit,furẽ esse improbiorem.
ab Imperatore autem fures improbi
tantũ vocãtur: vt est tex.Insti. vi bo-
norũ raptorũ.in pri.ibi,ideoq; recte
dicendũ est, eũ improbũ furẽ esse.
Dicuntur etiam improbissimi fures
illi,qui in strata pub.furantur, sine ta
men interfectione: & isti vocantur
grassatores: vt l.capitaliũ.in §.gras-
satores.ff.de pœnis. Item quidam di
cuntur, plus quàm improbissimi fu-
res, quando in strata publica, & cum
interfectione furantur: & isti notan-
tur publici latrones: vt l.capitalium.
§. famosos. ff. de pœnis. & de istis
duobus vltimis ponit hic dominus
Paulus de. Cast. de quibus dicemus
j.in sequenti quæstione præallega-
ta, videlicet de pœna latronum.dic,
vt ibi dicam. Primo casu principali,
quando fures sunt improbi, & sic fu
res simplices, subdistingue: Aut est
fur domesticus, aut non domesticus:
si est domesticus, aut furtũ quod cõ-
mittit, est leue vel paruum, & tũc nõ
potest de tali furto accusari, nec per
iudicem potest puniri, sed domi sic:
vt est casus in l.respiciendum. §.fur
ta domestica.& ibi glo. in verbo,le-
uiora. & in verbo,publicè.ff.de pœ-
nis. Aut furtũ est graue vel magnũ,
tunc potest puniri ciuiliter & crimi
naliter: vt not.gl.in d. §. furta dome
stica.in verbo, publicè. & ibi proba-
tur in verbo, leuiora.à contrario sen
54 su.& ibi habetur p Doctores.* Quis
autem dicatur domesticus, ponitur
ibi per tex.videlicet seruus, libertus,
& mercenarius, qui stat cum aliquo
vt ibi, vel mercenarij, apud quos de-
gunt: qui tex. mihi probat, ꝙ non sit
idem in mercenario, qui nõ st[...]
suo magistro, sed stat de per se
mo, licet laboret ad merced[...]
ipso: quod est notandum: qu[...]
cenarius sit domesticus. tene[...]
& Ioan. And. in nouella. in c.[...]
hæreticis, libro vj. Et est tex. c[...]
in l.si libertus.ff.de furtis, & in[...]
55 dem.C.de quæstionibus.* Item[...]
dicitur domesticus patri, & e co[...]
so, pater filio: vt est textus Insti. de te-
stamentis. §. sed si filiusfam[...]
domesticum testimonium [...]
loni & ascriptitij, & simile[...]
domestici, vt l. præsenti. §[...]
ibi glossa, & Doctores. C. de [his qui]
ad ecclesias confugiunt. & not[...]
56 in d. §. sed si filiusfam. * Item [...]
marito, & e conuerso. arg. l. [...]
que. & ibi hoc not. glo. Andreas [...]
Barulo, & Bar. C. de re iud. lib. [...]
& ff. de edili. edic. l. ædiles. in §. [fami-]
liæ. & ff. de religiosis. l. familiaria. [...]
l.j. §. si vir. ff. ad Syllanianũ. & ita [te-]
net glo. in d. l. præsenti. §. sanè. & [...]
d. §. sed si filiusfami. Insti. de testa[men-]
tis. & glo. in leg. ij. etiã. §. de testib[...]
& ibi per Cy. & omnes Doctores. [...]
57 est glo. iij. q. v. ca. j. * Item cliens [...]
58 si libertus. ff. de furtis.* Itẽ serui [...]
familiares, siue capiferi: vt d. l. [præ-]
senti. §. sanè. C. de his q ad eccl[esias]
cõfugiũt. & not. glo. in d. §. sed si [fi-]
59 liusfami. * Item domestici appe[llan-]
tur, quibus potest imperari ratione
patriæ, vel dominicæ potestatis. [...]
d. l. præsenti. ita dicit glos. & ibi per
Doct. in cap. in literis. extrà de testi-
90 bus.* Itẽ omnes, qui sunt de famil[ia]
alicuius, siue sunt liberi, siue [...]
dicuntur domestici: vt l. ædiles. §
familiæ. ff. de ædil. edic. sed in g[...]
iij. quæstione v. capit. j. largo tamen
modo

modò dicuntur familiares omnes, qui cohabitant cum aliquo, vt extrà de testibus, cap. in literis. & de officio deleg. insinnâte. secũdũ gl. in d. c. j. & qui dicantur domestici, vide & maximè Bal. Ang. in d. l. etiã. & Doctores in omnibus locis pręallegatis. & vide gl. & Doc. in c. literis. extra de testibus, & gl. ordina. in tertia quæstione v. c. j. & per Archi. in c. q cunq; de sen. excom. libro vj. & per Ange. in l. pridem. C. de quæstionibus. & Franc. Zab. in Clem. j. de excessibus prælatorum. & in Clemẽ. j. de priuilegijs. & tex. gl. & Bal. c. j. in tit. qualiter vas. iur. deb. fideli. & vide l. j. C. de emendatio. propinquorum.
61 *Quid autẽ dicatur furtum leue vel paruũ, val graue siue magnũ. dic, vt dicam infrà, versi. quando autem dicetur furtum magnum. Si verò ille qui cõmittit furtum, non est domesticus, & tunc aut furtũ cõmittitur palàm, & per vim. & hoc dic, vt infrà dicam de latrone, quia iste est propriè latro, & non fur, vt dixi s. Aut furtum committitur clàm, & nõ per vim, puta in domibus: & sic est simplex fur, vt s. dixi: & tunc subdistinguitur: aut agitur ciuiliter, aut criminaliter, quod fieri potest: vt l. fi. ff. de furtis. & l. vnica. C. quando ciuilis actio præiudi. criminali. & not. Gofredus in summa de furtis, ver. & est sciendum quòd tribus modis. facit l. fin. ff. de priuatis delic. Si agit ciuiliter: & tunc aut agitur de iure ciuili, & sic cõmuni, aut de iure diuino, aut de iure cõsuetudinario, siue municipali. Si agitur de iure communi ciuiliter, iterum subdistinguitur: quia aut fur non est manifestus, aut est manifestus. Si est nõ manifestus, punitur in duplum. Si manifestus, in quadruplũ: vt est tex. Insti. de actio. §. in duplũ. & §. quadrupli. & Insti. de oblig. quæ ex delicto. §. furtorum. & §. pen. & l. de his. C. de furtis. & habetur in l. secũda. ff. eo. titu. cum simi. & no. Gofredus in summa, de furtis. §. pœna furti.
62 *Quando verò dicatur furtum manifestum, vide tex. in l. iij. quæ incipit, fur est. cũ duabus legibus sequentibus. & ibi Barto. & Docto. ff. de furtis. & Insti. de obliga. quæ ex delicto nascuntur. §. manifestus. & no. in d. §. in duplũ. & in d. §. quadrupli. & vide per Bar. & Doc. in l. falsus. in princ. j. titu. j. & Gofredum in summa de furtis. §. furtorum duę sunt species. Si agitur de iure diuino, & sic in foro pœnitentiali, & tũc dic, quòd talis pœna dupli vel quadrupli nõ debetur sed solũ quãdo agitur in foro ciuili cõtentioso: vt no. Bal. singulariter in l. quibus diebus. §. dominus seruo. in fine. ff. de conditio. & demon. qui dicit, quòd de hoc est vnica glo. in iure, in c. fraternitatis. xij. q. ij. & idẽ no. ipse Bal. in l. post decisionem. in fine. j. titulo j. de furtis, allegat dictum c. fraternitatis. & vj. q. j. c. imitare Petrum. Sed in cõtrarium videtur esse glo. ij. xiij. q. j. quod deberet. in verbo, vltra. Prima opinio verior est. & adde hic q̃ habentur in c. vigilanti. & in c. fi. extrà de præscriptio. & in c. nouit. extrà de iudicijs. Si agitur de iure municipali siue consuetudinario, dic quòd hodie ista pœna dupli vel quadrupli pro furto nõ habet locum, cũ hodie de cõsuetudine vel ex forma statutorũ habeat locum pœna corporalis tantùm: & sic videtur, quòd pœna illa pecuniaria dupli vel quadrupli, sit

per consuetudinem vel statutũ summata.arg.tex.notabilis in l.fi.ff.ad legem Flauiã de plagiarijs.& argu.l.j.§.fina.ff.de ventre inspiciẽdo.& l. viros.C.de diuersis officijs.lib.xII.licet quidam dicunt, quòd nõ habet locum vtraq; pecuniaria,& corporalis.l.iij.§.diuus.de sepulchro violato.ꝑ hoc facit.C.de his,qui à non domino ma.Et idẽ videtur posse dici in actione vi bonorũ raptorũ & similium,in quibus à lege imponitur pœna pecuniaria,& à statuto imponitur pœna corporalis.Sed cõtra prędicta facit gl.in l.j.quando ciuilis actio preiudicat criminali,quæ vult, quòd licet ego agam ad pœnã dupli vel quadrupli,tamẽ possum etiã agere criminaliter,vt puniatur extra ordinem. Sed quicquid sit de iure ciuili,vel de foro pœnitentiæ,de consuetudine,dicta pœna dupli vel quadrupli,pro furto nõ exigit:maxi-
63 mè in ciuitate nostra Veronæ,* in qua nullũ est statutũ de hoc,sed est statutum, quòd cõmittitur arbitrio d.potestatis & totius curiæ,vel maioris partis,inspecta qualitate facti, & cõditione personarũ:vt dixi suprà in l.si fugitiui.in quinta quæstione. Alibi tamen per totã Italiã cõmuniter sunt statuta super hoc ꝓuidẽtia: vt no.hic Bar.in fine,& Doctores,&
64 suprà dixi. *Audio,ꝙ Romæ etiam hodie exigitur pœna dupli & quadrupli,pro furto. Si verò agitur criminaliter ad pœnam furti,& dubitatur quæ pœna veniat imponenda:& f dic ꝙ quinq; sunt iura circa hoc disponentia, vt dixi suprà,secundùm Bart.hic.Et primũ ius antiquũ est, quòd pro furto criminaliter imponitur pœna extraordinaria:vt l.fi.ff.

de furtis.& l.fi.ff.de priuatis de[...]
& notat gl.fi.in l.subtracto,[...]
furtis.& habetur in l.j.§.e[...]
65 ff.de effract.& expilator.[...]
quæ pœna possit per iudic[...]
ni,quãdo,à lege imponitur p[...]
traordinaria,id est,arbitra[...]
plenissimè dixi in l.si fugiti[...]
mè in q.ꝰ eo.Hodie verò omissis
lijs iuribꝰ,de quibus suprà,dicdi-
stinguendo,aut fur cõmisit vnũ fur-
tum tantũ,aut plura.Si vnũ tantùm
furtum cõmisit,& tũc subdistingue:
aut illud furtũ est paruũ,aut magnũ,aut est enorme,aut atrox.[...]
paruũ,debet fur tantũ fustigar[...]
aũt debet mori,vel pati aliqu[...]
scissionem membri:vt est tex.in[...]
authẽ.nostra,& in corpore vnde[...]
mitur.in aut.vt nulli iudicũ.§.pe.
col.ix.& est gl.sing.in l.capitaliũ.§.
famosos.ff.de pœnis,in verbo,g[...]
66 sati.q̃ dicit,* quòd si semel qu[...]
tur,veniam merei à furca.Et idẽ [...]
Odofre.& Guid.de Suzaria in su[...]
tractat.de maleficijs,in rubrica,c[...]
pœna imponitur furibus.& idẽ notat Bal.in l.quid ergo.in prin.ff.de
his,q no.infa.&no.Ang.in l.qd si no
lit.§.quia assidua ff.de ædil.edic.&
no.gl.in titu.de pace iur.in §.iniu-
ria.in verbo,furtũ.& ibi per Docto-
res.& facit gl.xcij.distin.capi.fina
67 qs presbyter.in gl.fi.q̃ dicit,* quòd
propter primam offensam quis [...]
est puniẽdus.allegat lxxiiij.distin.
68 Honoratus. *Et dicitur vnũ furtum, f quòd de vno loco,vno contextu,siue vno tempore fit,antequã
habeat actum pro perfecto,vel absoluto:& si plures res simul furto subtraherentur,dicetur vnum furtum,
vt dicit Barto.per illũ text.in l.eum
qui.

qui. §. idē respō. d. tit. ff. de furt. & Ange. de Arc. in suo tractatu maleficiorum, in gl. in verbo, & vestem cœlestem abstulit. ad finē iij. col. versicu. hinc sumpta materia. & Institu. de actio. §. ex maleficijs. in iij. co. & idē vult Bal. hic in ver. vlterius quæro, nunquid plura furta. qui etiā dicit,
69 *quòd si quis vnā rem cōtrectauit in diuersis materijs, vnū furtum est. Nam licet in quolibet territorio deprǽhensus possit puniri, ex quo ibi cōtrectauit: vt no. Bar. in l. si dominum. ff. de fur. & in l. si abducta. j. de fuit s. & ibi per Doct. & Bar in l. siue manifestus. §. tandiu. ff. de cōdi. furtiua. & Ant. de But. in c. j. extrà de rapto. quæ tamē opi. an sit vera, dic vt per Doctor. in d. iuribus. & plenè per Ange. de Areti. in suo tractatu maleficiorum, in glo. in verbo, vestem cœlestem abstulit. Tamen propriè non sunt plura furta, sed vnum & idem sæpius repetitum. & adde hic, quæ dicentur infrà, ver. si autē cōmisit plu-
70 ra. Item dicit Bal. hic plus. *Quod si quis cōfitetur se fecisse plura furta diuersis temporibus, nō est standum suę confessioni, quia est generalis & incerta, cùm non constet de rebus subtractis. argu. ff. ad Syllania. l. j. §. item illud. & idem tenet hic dominus Pau. de Cast. qui dicit, quòd huic confessioni incertæ non est standū, cùm agitur de pœna mortis corporali, cùm non sit dominus membrorum suorum: vt l. liber homo. ff. ad l. Aqui. & possit ita confiteri volens mori, iuxta l. non tantùm. ff. de appella. & d. §. item illud, quod est no. secundùm do. Pau. de Cast. hic: qui dicit, quòd istum casum vidit de facto in ciuitate Bononiæ, in quodam capto, qui confitebatur plura homicidia fecisse, & nō constabat de personis interfectis, vnde allegabat ad ei* defensionē dictum Bal. hic. scilicet, quòd deberet aliter constare, per illum §. item illud. & quod fuit allegatum: qa non fuit decapitatus: sed fuit sibi amputata manus: licet potestas propter multa mala, quæ de ipso audiuerat, haberet magnam voluntatē ipsum suspendendi: secundū do. Pau. hic. & idem tenet Ang. de Aret. in suo tractatu maleficiorum, in gl. in verbo, & vestem cœlestinā abstulit. in vij col. versi. quòd si cōfitetur se plura furta, sequēdo dictū Bal. hic. & subdit, quòd tu iudex sis bene cautus ne damnes animā & corpus tuū, quando fur confitetur coram te maria, & montes, & plura furta cōmisisse. ꝙ velis dicta furta alibi, & hic, vt dixi, cōmissa qualificare, in destinando nūtiū, ad habēdū informationē pro veritate: & in reperiendo furta ita, quòd appareat, quæ distraxerit, & q̄ pignorauerit, & quæ penes se, vel alium habeat. aliàs sæpe innocētem cōdēnares, qui metu tormentorū multa nō vera cōfiteref: vt l. j. §. q̄stioni. ff. de quæstio. contra l. absentem. ff. de pœnis. quod no. in practica, vt si es aduocatus, scias adiuuare confitentem delicta in genere, & obstare, quando non constat de maleficio: & si es iudex, scias defendere processum, & inquisitionem tuam, verificando maleficia, ne delicta remaneant impunita, iuxta l. ita vulnera-
71 tus. cum simi. ff. ad l. Aqui. *Itē si qs confitetur se fecisse plura furta, eodem loco, diuersis tamen temporibus, dicit hic Bal. ꝙ ista verba sunt obscura, qa possunt intelligi diuersis

ſis temporibus cōtinuatis,& ſic non reputantur plura: vt no.ff.de actio.& obli.l. nunquàm actiones:& pro cōfitente interpretamur in miriorem partem: vt ff.de iudi.l.ſi quis intentione ambigua.& extrà de acc.c.cùm dilecti,niſi dicatur,cū temporum interuallo.& hęc verba faciūt iudices apponi in confeſsione.& idem ſeqtur do.Ange.de Are.in d.tract.male fi.in d.glo.in viij.col.verſi.& eodem
72 modo,ſi quis cōfitetur. *Sed dubitari poteſt de caſu,qui fuit de facto Veronæ: quidam vna nocte iuit cum vno ſacco ad domū vnius,& ibi ſurripuit quinque quartas milij,deinde iuit ad domum alterius,& ibi ſurripuit aliàs quinque quartas milij, quas poſuit in eodem ſacco: deinde eadem nocte, continuādo intrauit domum alterius,& ibi ſurripuit alias ſex quartas milij,& eas poſuit in eodem ſacco,& cū illis ſexdecim quartis milij iuit domū,an hæc dicantur vnum furtum,an plura. Videtur, ꝙ ſint plura,ex diuerſitate locorū,& tēporis,& factorum,quia plura ſunt facta.argu.l.j.ibi,nec diuerſitate factorum.C.ſi vnus ex pluribus appellauerit. In contrarium videtur,quòd ſit vnum tantùm furtum: vel ſaltem, licet de facto videantur plura,vnum tamen debeat reputari,propter continuationem.argu.gloſſ.& quod ibi not.in d.l.nunquam actiones. ff.de actio.& obli.& pro hoc gl.no.in l.j. C.vnde vi.in gl.magna,in fi.quæ dicit,quòd quando incōtinenti infertur violentia,quaſi vnum factum reputatur.quod nō ſic eſt,ſi ex interuallo.ad idem facit qđ notat Angel. in l. nunquàm plura.ff. de priuatis delictis.& eſt bonus tex.ad hoc,in l.vna eſt via.in prin.ff.de ſer.ru... Et pro hoc etiam optimè facit,... xi ſuprà,ſecundū Bald.& ita iu... dicatum hic Veronæ,me tunc ... te de curia,ſcilicet,quòd non ... tarentur tria furta,quantū ad h... deberet ſuſpendi, ſed quòd ... deberet fuſtigari,& ſibi una a... la amputari,& fuit vnus re... villa Frāca.Et maximè,quia ... bet ſuſpendi propter tria fur... notat.hic per Docto.& dicam ... principaliter,quia dicitur ... bere cōſuetudinē furandi ... in fi.ſuprà de epiſcopali ... & no.in l.capitalium. §.graſſ... & §.famoſos.ff.de pœnis.& ... in caſu prædicto nō poteſt hoc ... ex quo actus illi furandi fuerūt ...
73 nocte.& cōtinuatè facti. *Ex ... teſt decidi alia quæſt.ſimilis,ſi vn... volens furari frumentū vicini ſu... iuit cū vno ſacco,& ipſum implet... de dicto frumento vicini,& port... uit ad domū ſuā:& quia nō poterat ... mul portare totū,bis rediJt cū di... ſacco,& ſic ſucceſsiuè portauit tres vel quatuor ſaccos,de dicto frumento ad domū ſuam,ipſum ſurripiendo: quòd iſte talis ſurripiens dicatur vnum tantū furtū commiſiſſe,& n... plura: quando cōtinuando hæc fe... quantū ad hoc,vt nō debeat de ... ſuſpendi,per prædicta.Cogita tamē ſuper hoc,quia ſatis dubitabile eſt. Et idē dicere poteris,in multis caſibus ſimilibus.Sed ad prædicta vi... quod in ſimili no.Bar.in l.libellorū,
74 §.ſed ſi aliud.ff.de actioni. *Vbi ponit,quādo dicatur vna accuſatio, vel plures.& vide Bart.& Doct.in l. j.in fin.ff.de teſtamentis. vbi ponit quando dicatur vnum teſtamentū, vel

vel plura.& vide Bal. in l. ordinarij. C.de rei vend.qui ponit, quando di catur vna actio, vel vnus libellus, vel plures.& vide omnino circa ista Angel.de Are. ī suo tractatu maleficio. in glo.in vers.nec non ad querelam Titij infrà scripti.in xxiiij.col.versi. quid si ex forma statuti liceat à qualibet accusatione discedere. & vide Lud.Roma.in l.scire debemus.ff.de verbor.obliga. Et vide omnino, & nō omittas Ang.de Perusio in l.j. C. si reus vel accusator mortuus fuerit. quæ bene not. quia sunt magni ponderis & effectus, cū tractatur de morte, & vita hominis.

75 *Si verò furtū, qđ q̄s cōmisit, est magnū:& tūc si est ita magnū, ꝙ æquiualeat tribus paruis, debet suspendi perinde, ac si tria furta cōmisisset: quia sæpe vnū magnū, ęquiualet tribus paruis, argum. ff.de excu.tuto.l.si q̄s. Tu dic, ꝙ vult allegare l.si is qui tres. & quia propter enormitatem delict.permissum est leges transgredi. vt notat Innoc. in cap.ij.extrà de cōsti.secūdū Bald. qui hoc not.hîc singulariter in j.col. ad fi.versi.iij.not.de pœna fur.Et idē tenet Ange.de Peru.in l. quod si nolit.& ibi etiā hoc dixi ī ij.no.ff.de ędil.edic.& idē tenet dominus Ang. de Aretin.in suo tractatu maleficiorum, in verbo, & vestē cœlestē abstulit.ad fi.iij.col.vbi dicit hoc esse no. quia ita semel practicauit Perusij, dū ibi asideret.& idē tenet ipse Ange. de Aret.Insti.de actio.in §.ex maleficijs. in ij.col. versi. & quod dixi ꝓ primo furto.Et idē tenet Lud.Pō. de Roma.in suo singulari, in ordine meo dist.ccxcvij.quod incipit, dixit Bald.in aut. sed nouo iure. & allegat d.l.si is qui tres.in versiculo cæterū.ff.de excusatio.tuto.vbi tex.dicit,

76 *ꝙ vna tutela magna ita præstat immunitatē à tutela secunda, & sic excusat quē ab onere secūdæ tutelæ, sicut tres tutelæ excusant ab onere quartæ.qui text.est valde singularis, secūdū prędictū Ludo. qui subdit inducendo illū tex.sic, Cōtrariorum eadē est disciplina:sed vna immensa tutela in fauoribus tantū operatur, quantū triplicata tutela: vt ibi est text.singularis. ergo sequitur, ꝙ in pœnis vnū furtū ita magnū ęquiualet tribus, & tantū operatur, quantùm tria.& ita declarat dictum Bald. hîc, qui dicit, ꝙ Bald. debuisset hoc dicere, & ita declarare. Sed dicit hîc dominus Paulus de Cast.ꝙ alij Doctores tenent hîc cōtrà:quia plus aggrauatur delictū ex frequētia, quàm ex magnitudine rei subtractæ.& hāc partem tenet Raphaël, & cū eo trāsit domin.Paul. de Cast. Ego autem teneo, & sequor istam vltimam opi. pro vera, scilicet ꝙ pro vnico furto etiam magno, non debeat mori: & sic nec suspendi. Et hoc probo sic: nam hoc non reperitur iure cau. facit ad hoc l.præuaricationis.§.fi.ibi, quia neque leg.aliqua de hac re cautum est.ff.de pręua.& xxxj.q.vlti. ca. fina.in princi.& gl.in verbo, legitimas.in aut.de restit.& ea, quæ parit. in §.fin.in fi.gl.col.iiij.& xxiij. dist. præterea.ibi, nisi nos fallit opinio, legimus.& xxx. q.iiij. quod autem. ibi, nulla autoritate reperitur prohibitū.& tex.xxxiij.q.iiij. non inuenitur exemplū.cum sim.imò potius reperitur contrariū, scilicet, ꝙ pro furto simplici quis nō debeat mori : vt est tex.hîc, & in corpore, vnde sumitur ista auten.vt nulli iudi. §. pen.fi

verò.

verò. qui text. loquũtur indistinctè, ꝙ pro furto simplici quis nõ debet mori: ergo indistinctè debet intelli gi, tam pro paruo, q̃ pro magno. l. j. §. & generaliter. ff. de lega. prestan.

77 *Et vbi lex nõ distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de pre. ff. de publicia. cũ sim. Item hoc probatur, pro furto atroci seu enormi. qs non debet mori: vt est casus in l. j. §. expilatores, itẽ effractores. ff. de effratori. & expil. vbi dicit, ꝙ qui furantur effracto pariete, ꝑut admissum crimẽ suggerit, puniri debẽt: dũmodò ne qs in plebeio operis publici pœnã, in honestiorĩ relegationis pœnã excedat. vnde ibi vult, quodcũq; sit furtũ, etiã effracto pariete commissum, ꝙ nõ possit fur ad mortẽ condemnari. Itẽ tale furtum dicitur atrox, vt dixi, & etiam statim dicetur. sed furtũ magnũ dicitur atrox: vt est gl. no. in l. ad ea. in vlti. charta. ff. de regu. iur. ergo sicut pro atroci non imponitur pœna mortis, ita nec pro magno. Itẽ pro hoc est casus in l. sacrilegij capite. in pri. ff. ad l. Iul. pecu latus. & ꝓbatur in l. peculatus pœna. cõiũcta l. j. & lege l. Iul. peculatus. co. tit. Itẽ hoc etiã probatur in l. saccularij. in prin. ff. de extraor. crimi. vbi dicitur, ꝙ saccularij, qui vetitas artes exercentes in sacculos partem subducunt, partẽ subtrahũt. Itẽ qui directarij appellãtur, hoc est hi, qui in aliena cœnacula se derigunt furãdi animo, plusquàm fures puniendi sunt. idcirco ad tẽpus in opus publicũ dantur, aut fustibus castigantur, & dimittuntur. aut ad tẽpus relegantur. Ecce ergo, ꝙ istud plus cõtra factores puniuntur, & tamen nõ cõdẽ nantur ad mortẽ, vel mẽbri abscisionem. Itẽ pro hoc est gl. ordi. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœ. que dicit simpliciter & indistin. ꝙ qui semel furatur, veniã meret à furca: nec ibi distinguit, an furtis magnũ vel paruũ. ergo &c. ad hoc adducitur id, quod habet in l. interpretatione. & l. si. pręs.

78 in l. hodie. ff. de pœnis. *Vol. ꝙ in dubio pœnæ sunt mo. nõ exasperandæ. Nec obsta. nes suprà in contrariũ allega. dũ Bal. hîc. nam dũ dixit, ꝙ æquiparatur tribus paruis, qui tres. ff. dè excusa. tuto. R. detur, quia vt infrà dicã, etiã pro tribus furtis, quis nõ debet mori. ergo &c. Pręterea posito, ꝙ deberet quis mori pro tribus furtis, non tamen sequitur, ergo idẽ pro vno magno. Ratio est, quia quãdo quis committit tria furta, habet animũ, & consuetudinẽ furãdi: vt est textus, & ibi glossa, quæ allegat concordantes in l. tertia, in fine, suprà de episcopali audi. & ista cõsuetudo magis aggrauat delictũ, quàm si semel fieret, & esset magnũ. pro hoc optimè facit, quod not. Cyn. in l. si certis annis. in v. j. q. s. de pactis. & in l. si ꝑ te. i prin. & ibi Bald. s. de dotis promis. Nec ob. tex. in d. l. si is qui tres. §. cęterũ. ff. de excu. tu. vbi dicitur, ꝙ excusat vna tutela magna, sicut tres paruę: qa ibi hoc ideo est, qa onus triũ tutelarũ excusat propter difficultatẽ rationũ conficiendarũ, & reddendarũ: vt dicit text. in d. l. si is qui tres. §. j. in fin. quæ ratio militat, quando est vna tutela magna, diffusa, & negotiosa, quia subest eadẽ difficultas: vt ibi dicitur: sed in furto consideratur alia ratio, nam ibi vnũ furtũ, etiã magnum

gnum, consideratur solū delictū: sed vbi sunt plura furta, etiā parua, cōsiderantur duo. delictum furti, & animus, & consuetudo furandi, quæ aggrauat magis delictū, q̄ ipsius delicti magnitudo, vt dixi, probatur in c. accusatus. de hære. li. vj. facit quod no. in d. l. iij. §. fi. s̄. de episco. audi. Nec etiā obstat secūda ratio Bal. dū dicitur, ꝙ propter enormitatē criminis, licitū est leges trāsgredi: quia istud debet intelligi in hoc casu, dūmodò non excedat pœnā operis publici, & relegatiōis: quia pro furto etiā atroci, quodcunq; sit, non debet extendi vltra dictā pœnā: vt est casus in l. j. §. fi. de effracto. & expila. Prętereà dicit Lud. Pon. in d. singulari, quod incipit, dicit Bald. in authen. sed nouo iure. ꝙ istud dictū, ꝙ licitū sit iudici leges trāsgredi propter enormitatē criminis, nō est verū: quia nisi iudex habeat licentiā à principe, non pōt augere pœnā propter immanitatē criminis: vel nisi iudex habeat licentiam à magnificis dominis huius ciuitatis, qui sunt vicarij Imperatoris: de hóc allega tex. sing. secundū vnā lecturā glo. cōmuniter approbatam, in l. antepen. quæ incipit, diuus. ff. de fal. qui tex. cū glo. super ver. pati posse. in fi. vult, ꝙ iudex non pōt punire plus quàm sit pœna ordinaria, etiam vt alij terreantur. & sic vbi est aliqua immanitas criminis. & istud credo verius de iure: quicquid dixerit hic Bal. & alij s̄. allegati. Sed vbi in loco esset statutū, ꝙ iudex habeat arbitrium puniendi, in hoc casu, sicut est hic Veronę, vt s̄. dixi, fortè posset imponi pœna mortis. argumē. gl. singularis Institu. de iniurijs. §. in summa. in verbo, extra ordinaria. & gl. in l. saccularij capite. in principip. in ver. considerandū. ff. ad l. Iul. peculatus. vide tamē ea quæ dixi in l. si fugitiui. in v. quæst. s̄. eod. & pro hoc facit gl. iij. in d. l. diuus. vbi plus quàm sit pœna ordinaria, à contrario sensu. ff. de falsis. quæ omnia nota, quia non ita reperies alibi istum
79 passum plenè decisum. *Quando
autem dicatur furtum magnum vel
paruum. dic quod dicitur considerata qualitate furantis, & qualitate illius, cui est factum furtum: si est diues vel pauper. argumen. l. sed & si susceperit. & quod ibi nota. per glo. & Docto. ff. de iudicijs, & quod not. Barto. in l. respiciendum. §. furta do
80 mestica. ff. de pœnis. *Sed quid si
ille, cui est factum furtum, vel ipse fur est filiusfami. & sic in bonis parum, aut nihil habet, sed pater eius est diues: an ipse reputabitur diues an pauper: vt intelligi possit, an furtum sibi, vel per eum factum sit magnum, vel paruum. credo quòd reputetur & censeri debeat diues, inspecta conditione patris, per ea quæ nota. Albe. de Rosa. in suo opere statutorum, in j. parte. q. lxxiiij. vbi di-
81 cit, *quòd si statuto cauet, quòd
nullus possit eligi ad aliquod officium, nisi habeat in bonis libras trecentas, & quidam filiusfamiliàs, cuius pater habebat in bonis vltra trecentas libr. electus ad vnum officiū, habebat vnum substitutū, qui eum ab officio excludere nitebatur, dicens, quòd nō habebat in bonis trecenta, secundū formam statuti. contra quem obijciebatur, quòd pater habebat in bonis plusquàm trecenta: quęrebatur an ad officium deberet admitti. & allegat pro & contrà.

tex. & tan

& tandē concludit pro filio. allegat
inter alia l.in suis.ff.de libe.& posthu.& ibi hoc etiā not.Alb.de Rosa.
& l.ij. §.filiū.ff. pro hærede. & quia
persona patris & filij, eadē reputatur,l.fi.C.de impub.& alijs substit.&
dicit Alber.in d. q. lxxiiij. ꝙ ita fuit
consultū,scilicet ꝙ admitteretur filius ad officiū.Nam maritus & vxor
euitant satisdationē de iudicio sisti
propter fundū dotalem:vt l.sciendū.
§.si fundum.ff.qui satisda.cog.sic &
bona patris,sæpe dicuntur esse filij,
& ideo hæreditas parentum dicitur
debita filijs.l. fin. C. de codicillis. l.
fin.C.de cur.fur.& C. de imponēda
lucra.descriptione,l.j.circa prin.lib.
x.& non deficit eis nisi administratio.d.l.in suis.de libe.& posthu.& ꝑ
hoc etiā ff.vnde liberi. l. scripto. &
de bonis damnatorū,l.cū ratio.& qa
filij dicuntur ad propria bona venire.ff.de success.edic.l.j. §.largius.nā
filij nō debent thesaurizare parentibus,sed econtrà parentes filijs. xvj.
82 q.j.c.prædicator. & ibi glo. *Item
quia appellatiōe domini cōtinetur
filius in bonis patris;vt l. prima. §.
domini.ff.ad Syllania. Itē quia filij.
possunt dicere libertos patris esse suos:vt ff.de verbo.signifi.l.licet. §.patronos.Itē pro prædictis facit,quod
not.idem Alber.de Rosa.in d.opere
statutorum,in prima parte,quęst. c-
83 xiiij. vbi dicit, *ꝙ si statuto castri,
vel villæ continetur, ꝙ nullus possit ibi esse potestas,nisi ibi habeat cētūm bubulcas terræ: quidā filiusfámilias fuit electus potestas, & nō habebat ibi centū bubulcas terræ: sed
pater eius sic: quęrebatur, an posit
esse potestas.& ibi tenet ꝙ sic.& ibi
allegat iura & rationes. Itē pro hoc,
quod statim dicam de viro & vxo-
Item etiam pro prædictis facit
mè l.fin.j.de impu. & alijs su.
& maximè id quod per Ange.
84 citur:vbi vult, *quòd si statu-
cit,ꝙ nemo possit miles esse,n-
beat mille in bonis, si filiusfa-
nihil habet,sed pater eius ha-
le,filius reputatur habilis. Item
hoc, quia æstimum patris, dicitur
esse æstimum filij: vt not. Bald. Ange.& Doctor.in l.fi.j.de im- a-
lijs substitu.& adde quod
in l.cū scimus.C.de agric.
sitis.libro vndecimo,& quæ
Bald.in l.j.ff.ad Sylla.& in
res.ad fin.C.de sacrosanc.eccl.
addi.Specu.in titu.de censib.
intellige prędicta vera, quādo
est filiusfam. in potestate patris,
cus si esset emancipatus;vt not.gl.
in l.secūda.C. qui ętate se excus.
lib.x.& not.Docto.in d.l.fi.C.de im-
85 pu.& alijs substit. *Quid autē
si ille, qui facit,vel ille, cui fit
est maritus,vel vxor,& ipse pari ha-
beat, sed eius coniunx sit diues,
ipse reputabitur diues? Et breuiter
dico quòd sic, per text. in l.scien-
dum. §. si fundus.ff.qui satisda.c.
vbi dicitur, ꝙ maritus & vxor
tant satisdationem de iudicio
propter fundum dotalem. & ad
faciunt ea, quę statim dixi de
famil. Sed contra istam determi-
nationem facit, quod not.Alber.de
Rosat.in suo opere statutorum,in p.
parte,quęst.cvj.vbi dicit,pone
86 quæstionem. *Statuto ca-
quòd habens mille in bonis,
tenere vnum equum pro commu-
ni. aliquis ex bonis proprijs habe-
bat quingenta,& ex dote vxoris alia
quing

quingenta, nunquid patrimonium suum coniungetur cum dote, vt sic teneatur tenere equum pro communi, tanquàm habeat mille in bonis? Et dicit Alberi. quòd obtentum fuit secundum Doct. antiquos ꝙ non, & dicit, quòd de hoc videtur casus in l. Lucius. §. idem respondit, constãte matrimonio. ff. ad municipales. & licet hoc multùm faciat, cõtrà tamẽ adhuc idem teneo, quod dicit, & dico, quòd de hoc est casus in d. l. sciẽdum. §. si fundus. & in d. §. idem respondit, constante matrimonio. in prin. vbi dicitur, ꝙ dos in bonis mariti est cõstante matrimonio, & probatur in l. in rebus. s. de iure do. cum sim. Nec obstat quod dixit Alber. de Rosa. per dictum §. idem respõdit. in ij. responso: quia illud procedit quãtùm ad onera, quæ imponuntur respectu quantitatis patrimonij: nos verò loquimur quantùm ad hoc, an reputetur diues: & sic quo ad eius cõmodum & fauorem: quo casu, dos dicitur esse in patrimonio viri, & etiã vtriusque, vt d. l. sciendum. §. si fundus. Cogita tu, quia nunc circa hoc nil mihi aliud occurrit. Si verò furtum, quod cõmittitur, est enorme, siue atrox: quod est, quando fit cũ fractura ostij, vel scrinij, vel capsæ, vel alio modo simili, vel expilatur hæreditas, & tale furtũ cõmittentes, dicũtur fures improbiores, secũdùm do. Paul. de Castr. hic: & dixi suprà, circa prin. Et videtur, ꝙ sit iudicandũ idẽ quod dictum est, de furto magno, secundùm Bal. hic, ad finalem colum. versi. tertiò nota. Sed de hoc dic, vt dicam infrà, quando fures sunt improbiores, qua pœna puniantur.* Et aduerte ad id quod dixi, quòd pro vno furto, & sic primo, quis non debet suspẽdi, nec aliter mori. Nã hoc, fallit in pluribus casib⁹. Primò enim fallit, quando furtum esset magnũ vt dixi s. secundùm Bal. quod tamen non teneo de iure, vt s. dixi. Secundò fallit, quando esset statutum vel cõsuetudo de hoc ĩ loco: vt notatur hîc per Doctores. Tertiò fallit, in c. j. §. si quis quinq; solidos. in titu. de pace tenenda, in vsibus feudorũ. sed secundũ aliquos, ibi est speciale propter fracturã pacis. pro hoc facit ille tit. sub quo ille §. est positus, qui est
88 de pace tenenda.* Nã lex debet esse posita sub congruo titulo, & secundùm eũ debet intelligi, vt in prima consti. Codi. §. quibus. & in l. Imperatores. ff. de ĩ diẽ addic. & ita tenet Ang. de Are. Instit. de actio. §. ex maleficijs. in iij. col. Vel dic, ꝙ ille §. si quis quinq; solidos. hodie corrigit per eundẽ Imperatorẽ in c. j. §. iniuria. in tit. de pace iur. fir. & ibi glo. in ver. furtũ. & in verb. legitimè. & ibi plene p Doc. & maximè p do. Iac. de Alua. & ita sentit etiam Bart. hic. Vel dic, ꝙ ille §. si quis quinq; solidos. de generali cõsuetudine nõ seruat, secũdùm gl. in d. §. iniuria. in ver. legitimè. in fi. maximè in Italia secũdũ Iac. de Bel. & Bal. ibi. & idẽ tenet Gãdinus in suo tractatu maleficiorũ, in titu. de pœna furũ, in pen. q. Et idẽ tenet hic Bal. ad finẽ. j. col. qui dicit, ꝙ ille §. non seruatur de cõsuetudine: ideo de eo nõ est curandũ. Et idẽ tenet Bart. in l. capitaliũ. §. famosos. ff. de pœn. vbi ponit opiniones. Et istã opinionẽ credo verã, saluãdo etiam primã, scilicet ꝙ ille §. loquat in pace rupta: & ꝙ hodie de cõsuetudine nõ seruatur in simpli furto. Circa intellectum

tellectum dicti §.si quis quinque so
lidos. vide etiam quæ dixi supra, in
secunda opposi. Quartò fallit in l.
penultim.ff. de cond.ob causam.sed
ibi per Doctor.dicitur, ꝙ ita fuit ibi
de facto: nō autem, quòd de iure fie-
ri debuerit. Vel fortè ibi speciale ꝑ-
pter vtilitatē personæ: quia erat ser-
uus, secundùm Ange. de Aret. Instit.
de actio. §. ex maleficijs. in iij. colū.
Quintò fallit, quando fur est famo-
sus, vel latro. de quo per tex. glos. &
Bartolum. in l. capitalium. §. famo-
sos. ff. de pœnis. & dicam j. de pœna
89 latronum. *Et prædicta sunt vera,
scilicet quòd pro primo furto quis
debeat puniri, qnādo furtum est cō-
missum simpliciter: secus si esset cō-
missum propter necessitatem famis
extremam: quia tunc nō deberet pu
niri, per c. si quis furatus. extrà de fur
tis. cum ibi not. & per c. discipulos.
cum ibi not. per glos. de consecra. di
stinct. v. & vide tex. cum glos. de con
secra. distin. j. sunt nonnulli. & notat
glo. in l. tertia. in §. cum eadē. in ver
sicu. cōfert. quę incipit, ad comedē-
dum. ff. ad legem Rhodiam de iact.
quæ dicit, quòd tempore necessita-
tis omnia sunt communicanda. Item
quia necessitas non habet legem: vt
in prædictis iuribus notatur. & no-
tat Bartolus in l. prima. in fi. j. de ope
ris liber. & in l. j. C. de naufragijs. li.
xj. & vide text. j. quæst. j. remissionē.
§. ergo. Et hoc etiam notat & tenet
Gofre. in summa de furtis. versicul.
excusatur autem. qui etiam dicit sin
gulariter, quòd si non est extrema
necessitas, sed tamen necessitas est,
quòd tunc attenuatur delictum: non
autem excusatur omnino. allegat di
ctum ca. si quis propter necessitatē.
extrà de furtis. quod allegaui, [illegible]
essem consultus de quodam [illegible]
diario, qui propter necessita[illegible]
mis, non tamen extremam, [illegible]
rat furtum, & dicit per dictum
quòd talis non debebat susper
quo modo, nec etiam aliter [illegible]
quo necessitate famis ind[illegible]
ad hoc faciēdum: sed quòd [illegible]
mitius puniri. quod bene [illegible]
possis euadere quem à morte [illegible]
prædicta vera, nisi fur esse[illegible]
iuuenis, puta puer, vel [illegible]
quia tunc iudex potest, [illegible]
nam mitigare: vt l. auxilium [illegible]
lictis. & l. si ex causa. §. nu[illegible]
dum. ff. de minor. facit l. auth[illegible]
persona. in fin. ibi, in huius rei [illegible]
deratione, ætatis quoque ratio [illegible]
tur. ff. de pœnis. & in l. ij. ad fin. [illegible]
vt cuiuscunq; patiatur ætas. ff. de
mino moto. & pro hoc vide [illegible]
notat Bald. in l. quicunque. j. cod. [illegible]
iiij. col. vers. quarto casu, vbi dic[illegible]
quando est vnica pœna, ibi non [illegible]
dit electio: sed dispensatio. & ista [illegible]
iudicem ex causa spectat: vt si sta[illegible]
tum dicat de amputatione man[illegible]
aliquis est ita puer, vel ita sener
statim moreretur: pōt iudex disp[illegible]
re: tamen nō cogitur: nec prop[illegible]
pōt appellari: arg. l. qui posthu[illegible]
in fine, in ratione literæ. ff. ad Sy[illegible]
nianum. & dixi suprà in l. si lug[illegible]
90 in v. quæstione. *Sed iuxta [illegible]
cta quæro, an associātes furem, & [illegible]
ciētes ei custodiā, ne deprehenda[illegible]
sint ꝓpriè fures, ita ꝙ cōpræhēdant
à statuto, loquēte de furibus. Dicas,
ꝙ non sunt ꝓpriè fures, nec in di[illegible]
statuto cōprehenduntur, secund[illegible]
91 Ang. in l. proinde. ff. de cōd. fu[illegible]
bitari etiam potest, an ille, qui [illegible]

rat virginem, dicatur cõmisisse fur
tum. Dic quòd sic: vt probatur in au-
then. de lenonibus, ibi, castitatis fur
tum. Et ideo dixit ibi Angel. quòd si
est concessum alicui arbitrium con-
tra fures & latrones, & aliqua virgo
fuit deflorata, quòd cõtra talem de-
NOTA cautelam, vt si velis, ꝙ iudicium cũ procuratore, vel tutore, vel curatore, vel syndico, vel alijs huiusmodi personis firmum sit, oppone quicquid potes cõtra eos ab initio, & fac quod iudex pronunciet illas personas admittẽdas, non obstantibus exceptionibus oppositis contra eas, & sic postmodùm nõ reuocabitur iudicium, ne agens cũ eis, videatur iudicis authoritate cõuenire. hęc cautela probat C. de his qui ve. æta. impe. l. j. in fi. & C. qui ad-
1 mit. ad bon. pos. l. liberorum.* sentẽtia enim talis facit ius inter ptes. extrà de re iudi. c. cùm inter. tene menti. ista sunt verba Spec. in tit. de exce. in secunda parte. §. nũc videndum. ver. antep. qui incipit, in summa no.

Cautela ad cõcordiã, quòd utamur uerb. Peragere. XVIII.

1 *Quæstio pulcherrima disputata per Guidonem de Suza contra Oldradũ.*

VERBVM Agere[a], verificatur per litis contesta. l. amplius nõ peti. ff. rem ra. ha. sed verbũ Peragere, requirit decisionem, vt probatur in l. quinquaginta. ff. de excusa. tuto. & ideo dicit ibi Nico. de Neap. secũ-
1 dùm Guido. de Suza.* quod facit ad quæstionem. Bononienses habuerunt quæstionem cũ Mutinensibus, quia vicissim vna pars ab alia petebat xxx. milia florenor. factum fuit compromissum inter eos. Guido. de Suza. qui tunc erat Mutinæ, fecit poni in instrumento, quòd si Mutinẽses causas suas infra tres menses non peragerent &c. post lapsos tres menses, ꝙ debebant facere ꝑpter verbũ, Peragerent, ita in instrumento positum. arg. d. l. quinquaginta. & l. ij. ff. de adul. & contra Bononienses volebant opponere Mutinenses, quòd ipsi nõ poterant agere. ad quod ipse respondit, quòd actio eorũ esset salua: quia agere quis dicitur litem cõtestando, vt in l. amplius non peti. ita obtinuit contra Oldra. & teneas cordi, quia quando facis aliquod cõcordium, tu potes vti ista cautela. ita dicit do. Nico. de Neap. in d. l. quinquaginta. ff. de excusa. tut. & Gui. de Suza. in d. l. ij. ff. de adul.

de natura verborum agere, et peragere

a Agere. *Agere dicitur quis post litem contesta. non ante, quia dicitur agere uelle. Vide Spec.*

Cautela ad excludẽdam uel causandam simulationem contractus. XIX.

1 *Contractus quando in scriptis celebrari dicatur, remissiuè.*

SI contractus vēditionis, vel alius celebratur sine scriptura, simulatio potest probari per testes. Sed si
a in scriptis a sit cōtractus celebratus, non potest probari cōtractus per testes. ita not. Bar. notabiliter in l. generaliter. & ibi p Doc. C. de non nu. pec. & ideo cautela est, vt venditio, seu contractus fiat in scriptis, vt de dicta simulatione facilè cōstare possit. hoc non dico, vt vtaris in malam partem. Sed quando essent veri contractus, & dubitaretur ne aliquādo possit opponi de simulatione: tūc facias, quòd contractus celebretur in
3 scriptis.* Quando autem dicitur cō tractus celebrari in scriptis, habetur per tex. gl. Cy. & Docto. in l. contractus. C. de fide instru. & de ista cautela vide, quod plenè dixi in tractatu meo, de simulatione contractuū.

a In scriptis. *Simulatio contractus in scriptis celebrati, nō potest probari per testes: sed celebrati sine scriptis, sic, ut de Cy. in l. generaliter. C. de nō nu. pe. facit gl. in uer. in scriptis. & Doc. in l. cōtractus. de fide inst. Bal. in l. multū. in j. col. in uer. sed quomodò probatur. C. si quis alteri uel sibi. Doct. mod. & Pet. de Sux. in l. in exercēdis. C. de fide instru. in l. cum precibus. de probatio. Bal. plenè in l. j. in ij. col. in uers. denuò quære. C. plus uale quod agi.*

Cautela ad prorogandum tempus introductum à statuto in præscriptione. XX.

1 *Instrumentum quo casu, ui iuramenti executionem paratam habere poterit.*

SI ex forma statuti vel iuris debito, vel actioni debitæ præscribatur aliquo tpe breui, vel etiā x. vel xx. annis: cautela est, q etiā debitū, vel actio perpetuet vsq; ad xxx. annos: ad 1 hoc videlicet, q creditor fac[...] opponere per debitorē, qui cō[...] per suum iuramentū se esse deb[...] rē in tāta quātitate, quia hoc ca[...] petuabitur. ita dicit Bar. & Ang[...] l. nā & posteà. §. si is. ff. de iureiur[...] illū tex.* Itē iuramentū illud e[...] liud operabitur, videlicet q ta[...] strumentū poterit executio[...] dari, & sic habebit executio[...] tam, vt no. Bar. in l. ij. in fi. ff. co[...] qui dicit, q miratur, q consue[...] hoc seruet. & vide circa hoc Ma[...] Mat. ī xj. suo notabili, vbi i[...]

Cautela ad priuandum [...] legitima.

1 *Cessione quando non apparet d[...] solutione, sed cedens solū confite[...] lutū, ipsa cessio simulata præsum[...]*

2 *Difficile est filiū legitima sua priu[...]*

PATER volens excludere fi[...] à legitima sua, & sibi retin[...] na donec viuit, cautela est, q ven[...]
1 alicui bona sua, & promittat trad[...] ea post mortē suā, scilicet vende[...] nā tale debitū quod habet effe[...] post mortē promissoris, censet[...] lienum, vt l. hæreditarium. ff. de[...] aut. iud. pos. & ideo erit detrahe[...] antequàm legitima filij. l. Papin[...] nus, §. quarta. ff. de inof. test. Si[...] appareret de fraude, filius posset re[...] scindere vēditionem pro sua legitima. de quo p Bar. in d. l. hereditariu. & ita dicit Io. de Pla. Instit. de inuti. stip. §. itē si qs. ad fi. vbi subdit, a[...] ficiat si pater cōfiteatur se ptiū rec[...] pisse: & videtur q nō, quo ad piudicium filij nisi appareat de reali receptione. arg. aut. sed iā necesse. cū [...] not. C. de do. ante nup. arg. per illud quod not. Bart. in l. per diuersas. C. man.* vbi dicit, quòd quādo in cessione

sione non apparet de reali solutione, sed sedens solùm cõfitetur solutum, cessio præsumitur simulata. facit pro hoc quod no. in l. post cõtractũ. ff. de do.
2 *Difficile est priuare filiũ sua legitima sine causa, vel ponere aliquã dilationẽ in ea, vt l. quoniã in prioribus. C. de inoffic. testa. in §. causas. in authẽ. vt cũ de appe. cogn. Tamẽ cautela est, vt pater instituat filiũ hæredẽ in omnibus bonis, & quod alij alteri relinquat vsumfructum omnium bonorum: nã valebit talis vsusfructus relictus, & filius non poterit se grauatũ dicere in legitima: vt est glo. no. in auth. de trien. & semis. §. prohibemus. quæ etiam ponit in fine sui vnam aliã cautelam priuandi filiũ legitima sua, quando habet solos seruos in hæreditate, & eos manumittat. & ista est vera cautela, quando nuda proprietas à legitima filij sibi tantùm valeat, quantũ valet vsusfructus sine legitima. Sed si minus valeret, tũc filius impugnare posset tale legatum, quia non potest in sua legitima grauari, vt d. l. quoniam in prioribus. ita tenet Ang. in d. §. prohibemus. ad quod adde Bar. in d. l. hæreditarium. de bon. autor. iudi. poss. & quod dixi in præcedenti.

Cautelæ pro uasallo uel emphyteota, ut possint rem alienare, ecclesia, uel domino irrequisitis. XXII.

1 *Protestatio in iudicialibus nihil iuuat.*
2 *Protestatio contraria facto protestantem non releuat.*
3 *Vendens fructus domus pro centũ annis, an alienare uideatur.*

CONSILLIVM siue cautela, quando vasallus vel emphyteota ecclesiæ vult vendere vel alienare, illud quod recognoscit à prælato ecclesiæ, quando prælatus scit, & cõsentit. & primũ consiliũ est, vt vẽdat vel alienet cũ consensu prælati, & totius capituli, & vendat ea lege, qua ipse habet, & æquali psone, vt in c. ij. de l. Corradi. in vsibus feud. hoc acto in contractu antè, & pòst, quòd emptor vel acquisitor debeat illud ab ecclesia cognoscere, & sibi seruire pro eo, & venditor vel alienãs debet refutare. ar. c. j. §. j. in ti. qualiter olim feu. pot. alie. & secũdũ hoc emptor vel acquisitor erat successor & vẽditor, vel alienãs tenebitur de euictione, & ecclesia nõ erit læsa, secundùm Iac. de Bel. in ti. de his qui feu. da. pos. in prin. & refert Iac. de Alua. in c. j. §. fi. qui incipit, deniq;. in iiij. col. ante fi. in ver. quare in prædictis quæstionibus. in tit. quæ fuit prima causa benefi. amit. in vsi. feu. cui adde, quod dicã in sequẽti. Secundum consiliũ est, & hoc in vsu magis frequẽtat, quod vasallus vel emphyteota, qui vult vẽdere, non vẽdat, sed refutet prælato feudũ, & ipse inuestiat eum, qui empturus est prælato consentiente, & tũc post refutationẽ vasalli prælatus ipse inuestiet eum, qui empturus est, & ipse recognoscere debet feudũ ab ecclesia, & fidelitatẽ facere, & si timet euinci inuestitus, casum euictionis stipulari potest à vasallo, qui vẽdidit de indemnitate sua: put fuerint cõcordes, & istud cõsiliũ cũ præcedenti põt trahi etiã ad vasallos laicorũ, & seculariũ personarum. ita dicit Iac. de Bel. in tit. de his qui feu. da. poss. in prin. & Iac. de Alua. in c. j. §. deniq;. in fi. iij. col. versi. secundum consilium est. in titu. quę fu. pri. causa be. amit. Consilium siue

cautela, quando vasallus siue emphyteota vult vendere, vel alienare feudũ vel emphyteosim, irrequisito domino. Primũ consiliũ est, ꝙ vasallus siue emphyteota vendat, vel alienet saluo iure domini vel ecclesiæ, & ꝙ in instrumẽto dicat, saluo iure domini, vel ecclesiæ: aliàs caderet à iure suo. ita ĩ effectu vult Bal. in c.j. §. donare. in vlti. col. in tit. qualiter olim feu. pot. alie. & vide Bal. in tit. de pace Cõstã. in §. libellare. in xxv. col. & in l. fi. C. de iure emphy. & Iac de Alua. in c.j. in prin. antepenul. col. in fi. de prohi. feu. alie. per Fede. Sed idẽ Bal. in §. fi. in iij. co. in ver. sed pone partis. ita dicit. in tit. quæ fuit prima causa benefi. amit. licet sit dictũ, saluo iure domini, vel ecclesiæ: inde tamẽ si ꝓcessum est ad traditionẽ sub illa forma, ꝙ illa verba nõ releuant, 2
quia cùm nõ sit denũciatũ domino, clàm videtur fieri, & per cõsequens
1 dominus contẽnit.* Itẽ in iudicialibus nõ iuuat protestatio. quid si adijciat ista verba, nec aliter, nec alio modo? qa tũc nihil videtur actũ fore, nõ perderet feudũ vel emphyteosim. nã constat, ꝙ intendat alienare, nisi possit hoc saluo, & non aliter, iuxta notata in simili l. si quidem. C. de exce. & ff. fami. er. l. itẽ Labeo. §. j. & ff. de manu. test. l. si quis locuples. & licet ista cautela verborũ videat̃ bona, tamẽ Bal. in l. vnica. ĩ xvj. q. C. de his, quæ pœnæ no. rel. videtur cõtrariũ dicere, vbi dicit, ꝙ licet vasallus dicat, Vẽdo & trado, reseruato consensu domini, & aliter nõ protestet̃, nõ releuat: qa in ipso facto requirit̃ licẽtia, & qa traditio est facti, & sic factũ est cõtrariũ ꝓtestationi. vnde qñ est de furto cogitatũ, nõ excusat delictũ. l. iubemus. C. de sacr. san. ... nõ alienatio. & quãuis Bal. in d. ... ca. nõ dicat, saluo iure dñi, sed re... uato cõsensu domini, tamen in e... ctu illa verba in idẽ tẽdunt. & v... de hoc Cardi. in c. ij. extrà de se... Iaco. de Alua. in c. j. in pe. col. in t... quæ fuit prima causa benefic. ... Vnde ex prædictis patet, ꝙ prædi... cõsilia nõ videãtur esse tuta. ... ponũt aliud consiliũ, videlicet ꝙ v... sallus vẽdat vel alienet, saluo iu... re domini, per ea q̃ dicta sunt ... uo iure domini, tamẽ cõtrariũ ... rũ, scilicet ꝙ illa verba nõ rel... quoniã ꝓpter istã alienation... lus feudo priuet̃, vt singulariter ... Host. vt refert Bu. in c. c. ã te. de ... iurã. & idem tenet Ludo. de Ro... cccxciij. singulari, qđ incipit, T... bes ꝙ vasallus. q. d. quod ideo ... protestatio cõtraria facto nõ rele... protestãtẽ, vt in c. solicitudinẽ. extra de app. & in c. cũ M. Ferrariẽsis extrà de cõstit. & l. cũ in plures. §. loca... tor horrei. ff. locati. & plenè pro... ĩ l. nõ solũ. §. morte. ff. de nou. o... nũcia. Requiritur enim cõsensus d... mini in alienatione feudi, primò ... recognoscat ĩ superiorẽ, & ne ... indicetur, vt in c. j. de alie. feudi. fa... etiã tex. in l. debitor. ff. quib. mo. pi... vel hypo. sol. Datur etiã per aliquos aliud cõsiliũ, videlicet ꝙ vẽditio si alienatio fiat sub ista cõditiõe, vẽdo vel alieno tibi, si & in quãtũ de iure possum, & nõ aliter. quo casu licet ... quatur traditio, tñ vasallꝰ alienãs nõ cadit à feudo, secũdũ Iac. Arison. de Barolo Veronẽse, in sua summa, quibus mo. feu. amit. sub rubrica, si vendat sub cõditione. ff. de acqui. pos. l. si me in vacuã. post prin. & l. qui absentia...

ſenti.§.j.&.ff.de vi arma.l.cũ fund⁹. C.de epiſc.audi.quod eſt verũ ſecũdũ Bal.in c.j.§.hos quoq;.in pen.colũ.in ti.de ſuc.feu.quãdo captio domini poſſet interuenire p corporalẽ traditionẽ,vt puta caſtri: quia vix dominus poſſet recuperare,qa dol⁹ eſſet in traditione, qui debet purgari per amiſsionẽ feudi.ff. de dol.l.& elegãter.& ita dicit ſe ibi cõſuluiſſe. & ita etiã tenet Iac.de Alua.in c.j.in prin.pe.co.circa prin.ver.quæro q̃d ſi vaſallus vẽdat. in tit.de prohi.feu.alien.per Fede.in vſi.feudo.Dat vlterius aliud cõſiliũ,videlicet ꝙ vendat ſub cõditione, ſi domino placuerit, per l.ſi quis locuples.in fin.ff.de ma.teſt.& ff.qui & à qui.l.v. in princ.ita dicit præfatus do.Iac. de Ariſoni de Barolo,in ſua ſumma.in d. tit. quib.mo.feu.amitta.in rubricella, ſi vendidit ſub cõditione.& Bald.in c.j.§.æquè.in pe.col.in ti.de ſuc.feu. & Iaco.de Alua.c.j.in princ.in pe. col.in ti.de prohi.feud.alie.per Fed.in vſi.feu.Bar.etiã dat aliud cõſilium ſiue cautelã,ſcilicet ꝙ dicatur in inſtrumẽto hoc modo : Vẽdo vel alieno tibi,ſi nõ reuocauerit dominus, aliàs ſit inempta.ita dicit Bar.in l.ſi qs locuples.ff.de ma.teſt.Poſſet dari & aliud cõſiliũ,ꝙ emphyteota vel vaſallus vendat perceptionẽ fructuũ per ſe,& ſuos hæredes,quo caſu nõ videtur, ꝙ cadat à iure ſuo, quia cõcedit vel vendit ipſam ꝑceptionẽ fructuũ, quæ eſt quid facti, nõ autem ſuũ ius vendit.ſ.vtile vel aliud: vt probatur in l.neceſſariò.§.fi.cõiuncta gloſ.in ver. tuum ſit.hoc eſt perceptionem fructuũ.ff.de peri.& cõmo.rei.vendi.& p tex.glo.in l.arboris.§.vſufructuarius.ff.de vſufru. & per id quod not.Bar.in l.cotem ferro.§.qui maximos.ff.de publica.& in l. Aquilius Regulus.ad fi.ff.de dona. & hoc videtur tenere Archi.lxxxix.di.indebitum.in prin.& iſtud videtur tenere Bar.in l.codicillos.in l. inſtituto. ff.
3 de leg.ij. *vbi dicit, ꝙ vendens fructus domus pro centum annis, non videtur alienare . de quo ibi vide. Sed aduerte,quia ſecũdum conſiliũ non videtur bonum, quando venderentur fructus pro longo tempore, ſed ſolùm quando venderentur ad modicum tempus,quia tunc non eſt alienatio,ſecundùm Bal.in l.volũtas.verſ.ſed quid ſi vaſallus. C.de fideicom.Itẽ iſtud cõſiliũ licet videatur tutũ,ſaltem quando pro modico tempore fructus vendũtur,tamẽ nõ credo,ꝙ ſit tutũ, ſi eſſet vaſallus pro aliqua decima, quia cũ in laico non poſsit cadere decima , nec ius decimandi, ſed ſolũ quædã facultas potius percipiendi fructus in re decimali,iuxta ea, quæ habentur in c.cauſam.de preſc.& c.ad hæc.& c.quamuis. extrà de deci.xvj.q. vij.c.j. vnde hoc caſu, ſi vaſallus venderet totum illud,quod haberet in re decimali,ſiue in decima,quia nihil habet niſi illam perceptionẽ, & ſic perinde eſt, ac ſi venderet omne ius, quod habet,cogita tamen.Ex prædictis aliàs dedi aliud cõſiliũ,videlicet quòd omnia ſupradicta cõſilia ſimul iungũtur hoc modo , videlicet vendo vel cõcedo fructus,vel ipſam perceptionem fructuum, quæ eſt facti, vt dixi in præcedenti conſilio, cum hoc, ſi domino placuerit, vel ſi dominus non reuocauerit,& ſic ſaluo & ſalua iuriſdictione,& honore,& conſenſu domini,& ſi de iure poſſunt,nec ali

ter nec alio modo, si autem domino non placuerit, vel ipse non consenserit, vel reuocauerit, vel de iure nō possum, res sit inempta, vel vēditio, vel alienatio sit irrita, & ipso iure nulla. & ista cautela erit tutissima, & ideo not. eam.

Cautela ꝙ non obstante l. commissoria, quæ in pignoribus improbatur, pignus efficiatur creditoris. XXIII.

1 *Creditor in instrumento debiti pactū apponere non potest.*

1 DEBES * scire, ꝙ creditor [a] nō
a potest apponere in instrumento debiti pactum hoc, videlicet ꝙ si non soluatur ad certū tempus, ꝙ pignus detur in solutum ipsi creditori pretio, quo ipse creditor voluerit, vel æstimauerit. in toto ti. de pac. pi. & de le. cōmi. in pig. rescind. Modò, hoc modo pōt adhiberi vna no. cautela pro vsurarijs, ꝙ faciāt fieri contractū, & apponatur pactū, ꝙ debito ad tempus non soluto pignus detur ei insolidū iusto pretio æstimando arbitrio talis vel talis, quos nūc eligimus in arbitratores & bonos viros, quod no. qa laudabilis est cautela: nā alij arbitratores illius vsurarij erūt amici, & facient æstimationem prout ipse vsurarius voluerit. & hoc per tex. in l. si fundus. §. fi. ff. de pig. & ita no. Ang. ibi. Hanc autem cautelam nota, nō vt ea vtaris ad malū, sed vt scias cognoscere, si alius vellet vti malitia, vt euites.

a Creditor. *Creditor an & qñ potest sibi retinere rē debitoris ꝑ debito, uid. Bar. in l. si non inducta. C. in quib. cau. pign. taci. contra.*

a Cautela pro tutore quando celebrat contractū nomine pupilli. XXII.

a Tutore. *Tutor debet facere tan tutor, quod facturus est. l. si qu. et ibi Bar. § uer. sed et si tutor. ff.*

1 *Tutore coniunctorum ratione . . . uel culpa abesse præsumitur*

1 RATIONE * consilij coniunctorū præsumitur à tutore esse dolus vel culpa. argu. l. et a. si tu. vel cu. interue. secundū . . . in l. Polla. C. de his q. vt indi. . . tutor sit cautus, quādo aliqu . . . ꝓ pupillo, de quo dubitat, ne ipse vel hæredes eius teneantur, faciat illud cum consilio coniunctorum pupilli, & hoc faciat scribere in instrumēto, quod not. singular. qui vis esse tutor.

Cautela ad impediendū inquisitionem in criminali. XXV.

1 *Iudex quo casu potest de delicto inquirere, an debeat citare personam offensam ad sciendum, an accusare uelit, & sibi terminū ad deliberandū stat . . .*

TV scias, ꝙ iudex in causa criminali potest procedere per inquisitionem [a], vt habetur in . . . liter & quando. de accu. & in l. si publico. & ibi per Bar. ff. de adul. & plenissimè per Ange. in repet. l.
1 vacantia. C. de bo. va. lib. xj. * Sed dubium est nūquid eo casu, quo iudex potest de delicto inquirere, debeat citare personā offensam ad sciendum an velit accusare, & sibi statuere terminum ad deliberandum. Et dicas ꝙ sic, quia iudex nūquàm potest procedere ad inquisitionem, nisi prius moneat personam offensam, vel aliā, cuius interest ad sciendū, an velit accusare statuēdo sibi terminum ad deliberādū, vt est gl. i c. presbyter si à plebe, ij. q. v. de qua fecit festum

Bald.

Bal.in l.senatus.C.qui accu.nō pos. & est magna cautela ad impediēdū inquisitionē per iudicē,opponendo sibi,vt moneat psonā offensam, vel aliam cuius interest ad deliberandū, statuēdo sibi terminum si velit accusationē prosequi,ita infra id tempus poterit aliqd poni facere. & ita etiā tenet Lu.de Ro.in quodā suo singulari,qđ incipit.de doctrina iniqui.

a *Inquisitionem. Inquisitio non tollitur,si offensus uelit accusare pœnitendo,quia pri⁹ dixit nolle accusare.Bal. in l.accusatorem.ij.col.C.qui acc.non poss.& in l.ea quidem.pe.col.de accusa.& Alex.in l.si maritus.ff.de adul.*

Cautela quòd causa non exeat de manibus iudicis. XXVI.

1 *Appellationis causa delegari potest.*

CAVTELA, ꝙ aliqua causa nō exeat de manibus domini potestatis,ad dominiū Venetorū,vel de manibus episcopi,ad Archiepiscopū,est ꝙ Episcopus vel potestas deleget causam,& si appellatur à sententia lata per delegatum,appelletur ad ipsum Episcopum,vel potestatē delegantem,qui iterum deleget,quod
1 potest.*quia causa appellationis potest delegari,vt l.cùm post sententiam.C.de appella.& no.gl.& Ange. in l.eos.in princ.eo.tit.& si iterum appellet ad ipsum Episcopū,vel potestatem,tunc ipse Episcopus,vel potestas possunt cognoscere,ne tertio loco licet appellare,& sic per istum modum delegando bis,causa nō exibit de manibus ipsius episcopi vel potestatis.& hoc tenet' Rapha.Fulg. in l.eo casu.C.de appel.

Cautela pro debitore ad prolongādū solutionē debiti. XXVII.

1 *Promiserit si quispiam uel sit condēnatus alicui soluere id,quod debet ad certum tempus sub certa pœna,si debitū non fuerit liquidum,ne in pœnam incidat,quid agere debeat.*

NOTA,ꝙ vbi debitum non est liquidū,exemplum in eo,qui est iussus reddere rationem per iudicem vel arbitrū,& sub pœna & infra certum tempus siue terminum, & sunt rationes intricatæ vt mercatorum,quòd non potest condemnatus videre an esset creditor vel debitor, tunc sufficit,quòd cōdemnatus compareat,& dicat,ꝙ calculatis & visis rationibus dico me esse debitorē in vno denario,& ecce illum,& si appareat plus me debere,ecce fideiussorem pro residuo,& sic debet deponere vnū denariū & præstare fideiussorem de residuo,& erit securus.text. est singularis secundū Dy.in l.statuliberū.ff.de statulibe.secūdū Ange. qui ita no.in l.quarta §.ait prætor. ff.de reg.iur.qui allegat aliam legē sociam in l.seruus si hæredi.§.fin.ff. de statulibe.& vide omnino Ange. in l.si residuā.C.de distra.pig.& in l. ij.C.debi.ven.pig.impe.nō po.& in l.ij.C.de vsufr.leg.& Bal.in l.j.§.j.in prin.iiij.co.in ti.de leg.Corra.in vsi. feu.Et ex prædictis collige cautelā,
1 *ꝙ si aliquis promisit,vel est condēnatus alicui soluere id quod debet ad certum tempus,sub certa pœna,si debitum non est liquidum,dicat se esse debitorem in vno nummo,& illum offerat in iudicio deponendo, & præstet fideiussorem,qui se obligat de soluēdo omne id,in quo apparebit ipsum esse debitorem,& petat,quòd eligantur arbitri & calculatores : quo facto,etiam si labatur terminus soluendi,nō incidit in pœnam,

nam, donec debitum nõ fuerit liquidũ, quod est no. pro mercatoribus, & negotiorum factoribus. Aliquis emit vnam rem, & promisit soluere pretium sub pœna, vel simpliciter, non potest illud soluere, cautela est, vt excusetur, si non soluit: si vidit, ꝙ venditor nõ est potens ad satisdandum, submittat amicum suũ, qui litẽ mouerit, & petat, quòd sibi satisdetur. nã si venditor non satisdederit 1
propter impotentiam, nõ tenebitur emptor soluere pretium, secundùm Ange. qui ita no. in l. ij. §. stipulatio dupli. ff. de præto. stipu. qui subdit, quòd aduersus hanc fraudẽ est remedium duplex. Primum, quòd emptor iuret de calumnia. arg. l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. & idẽ no. Io. de Pla. Insti. de suspect. tu. §. si. versi. sed quæro qualiter. Sed dicit Ang. in d. §. stipulatio dupli. ꝙ istud remediũ hodie est derisoriũ, cũ homines sint valde proni ad deierãdũ: & ideo solũ remediũ est, si vẽditor obijcit de calũnia: in examinatione iudicis est, quòd nõ audiat emptorẽ, si verisimiliter inspiciatur litẽ per calũniã motã. ar. l. fideiussor. cũ gl. in ver. sed erit. q̃ exponit. scilicet in animo iudicis. ff. qui satisd. cog. hanc tamẽ cautelam docui, vt nõ ea utaris ad malum.

Cautela quòd quis non teneatur actione iniuriarũ. XXVIII. 1

1 *Familiaris nõ tenetur de eo quod eius rectoris iußu fecerit.*

DVCTVS ad carcerem, vel ad alium locum vituperosum per militem, vel alium officialem alicuius potestatis seu rectoris, potest agere actione iniuriarũ cõtra ductores, vt probatur in l. iniuriarũ. §. si qs. ff. de iniur. & ideo sit cautus p… vel rector, si est oblatus libellus … ctione iniuriarum contra aliq… sua familia, elapso tẽpore ad d… bellum contra ipsum. de quo C. omnes cau. tam ci. quàm cri… reum cõuentum articulare & p… re, quòd hoc fecit de mãdato … ris, & ipse etiã rector hoc c… fieri fecerit hoc pro officio … do. *Nã tũc familiaris non t… quia debuit iussui rectoris … per d. §. si quis. quod no. in … detur. §. qui iussu. de re iu… rector tenebitur ex quo e… tempus syndicatus, licet a… tur, & sic vterque erit secur… in effectu no. Ange. in d. l. … §. si quis. ff. de iniurijs.

Cautela quòd ualeant … à minori parte una … collegio. XXIX.

1 *Rector scholarium, si duæ part… gregari noluerint, contumaces p… potest, & tunc eorum uoces ex … latione penes alios erunt.*

IN vocibus etiam habet … electionis, morte, priuatio… spensione, & ideo, qui nolunt … gari, possunt eorum voces … & priuari, & sic non erunt de … ro electorum, si sunt suspensi … sta causa, puta per contumaciam … trà de consti. c. ex literis. ff. de …
1 com. liber. l. si legatario. §. j. *E… potest facere rector scholariũ, si duæ partes nolunt cõgregari, priuet con… tumaces, & tunc voces eorum … penes alios, vel potestas vocũ ex … latione, quia ista est priuatio … translatio, & sic rector facta vniuer… sitatis expediet. ita no. dixit Bald. in l. vnica. in vlti. q. C. qñ nõ pe. parti…

Cau

Cautela quòd quis nō posſit accuſari criminaliter. XXX.

1 *Pax quando amicorum interuētu inter rixantes facta fuerit, ne poßint criminaliter accuſari, libellus ciuilis produci debet.*

TV DEBES ſcire, ꝙ vbi pro eodē facto poteſt criminaliter & ciuiliter ad vindictā agi, ſi actum eſt in vno iudicio, in alio nunquàm agi pōt, ſecus ſi nō ſit actū ad vindictā ciuiliter, ſed ad ꝓſecutionē rei familiaris, quia tunc exactione facta ex vna via, nō tollitur alia, vt probat̃ in l. quod ſenatus. ff. de iniur. coniuncta l. ij. §. j. ff. vi bo. & not. Ang. in d. d. l. qđ ſenatus.* Et ꝓpter hoc tu ſumas cautelā, quando inter rixantes interuētu amicorū facta eſt pax. nā vt nō poſsit criminaliter accuſari iniuriā ferēs ex magnitudine & ex grauitate pœnæ, & vt ita dixerim de ſolerti, remediū eſt, ꝙ ꝓponat̃ ſeu ꝓducat̃ libellus ciuilis[a] ad vindictam. Nā lata ſententia ſup ea nō pōt accuſari criminaliter, vt no. Ang. in l. p̄tor. §. ſi dicatur. ff. de iniur. qđ eſt valde no. melius tñ faceret iudex prçueniendo in ꝓcedēdo criminaliter ad vindictam publicā, vel inquiſitionē, iuxta no. in c. qualiter & qñ. ij. de accu.

a Libel. ciui. *Libellus in actione iniuriarum ciuiliter mota formatur ſic: Vellem potius perdidiſſe mille ducatos quàm pati talem iniuriam. Cy. & Doctor. in l. ſi nō conuit. C. de iniur. & per Bar. & Bal. in l. iniuriarum ff. eo. tit. Lanfran in trac. de arbi. iiij. parte. j. colum. & hoc tenet Cardi. in Clc. j. §. ci-uitas. de pœn. ubi etiam dicit, quod iudex poſtea taxabit ij. q. j. in primis, iij. q. iij. quod fieri. Inſti. de iniu. §. datur. in Spe. eo. ti. ver. in hac. uide tamē Alexan. conſilio ccxj. ij. parte.*

Cautela quod non facta excuſſione contra debitorem, poſſit fieri contra debitorem debitoris. XXXI.

1 *Debitor quando conſtituit ſe tenere & poßidere nomine creditoris omnia bona ſua, ſi ipſe debitor aliquā rem ſuam alienauerit, creditor contra poſſeſſores agere poterit, nulla excußione ex conditione facta.*

REGVLARITER quis non poteſt agere cōtra tertiū poſſeſſorē vel debitorē debitoris, niſi facta excuſsione, vt habetur in authē. hoc ſi debitor. C. de pigno. Sed cautela eſt, ꝙ poſsit agi cōtra debitorē creditoris, per creditorē nō facta excuſsiōe etiā hoc modo, videlicet ꝙ creditor ideq; debitor mandet & cedat ſuas actiones ſuo creditori: nam tūc vt ꝓcurator in rē ſuā habebit exercitiū directoriū: cōtra quas talis exceptio excuſsionis non factę non poterit opponi. & dicit Cy. in l. ij. in fine. C. quando fiſcus vel priua. ꝙ ad eas mandandas poterit cogi, per l. ſi conuenerit. ij. in prin. ff. de pig. act. Et ideo ſis cautus, ꝙ in inſtrumento obligationis bonorū facies adijci, ꝙ extunc mandat tibi, & cedat actiōes contra ſuos debitores, faciēs te ꝓcuratorem in rem tuam: ita dicit no. Salyce. in l. nomen. circa fi. pe. quæſtionis. C. quæ res pign. obli. poſ. & dicam in cautela ſequenti. In præcedenti cautela dictum eſt, regulariter requiritur excuſsio: & ibi dedi vnā fallentiam cū vna cautela.* Sed nūc 1 adde aliam, videlicet quòd debitor conſtituat ſe tenere & poſsidere nomine creditoris omnia bona ſua, iuxta no. in l. quod meo. in princip. ff.

de

de acqui.possess.& l.ab emptione.ff. de pac.vel se cõstituat possidere precario nomine creditoris,iuxta l.interdum.ff.de acqui.pos.tunc si debitor alienet aliquam rem suam,poterit creditor agere contra possessorem nulla facta excussione,non dico hypothecaria,sed condictione ex l.fin.C.de acqui.possess.& etiam nõ excussis alijs,si plures erant ad idem debitum obligati,secundũ Iac.But. in aut.hoc si debitor.C.de pig.& ibi etiã ponũt Doc.& idẽ sequitur Ang. & Raph.Cu.& Imo.in l.exitus.de acqui.possess.& Ang.in d.l.fi.& in c.cũ venissent.de causa posses.& ꝓprie. & in repertorio suarum conclusionũ,in ver.excussio.& Flo.in d.aut. hoc si debitor.& Ang.de Are.instit. de act.§.item si quis in fraudẽ.Præterea semper sis cautus,vt apponi facias in fine cuiuslibet instrumẽti vbi est obligatio bonorũ,vt adijciatur q̃ bona dictus debitor,vel dictæ partes cõstituerunt se tenere & possidere omnia bona sua vsq; ad plenã & integram satisfactionẽ:quia hoc casu non erit opus excussione,& ita vidi sæpius iudicari,& ita in ciuitate Veronæ practicatur.

Cautela ad impediẽdum rei alienationem. XXXII.

1 *Parẽtes quæ uerba cõcipere debeãt,quãdo uolunt prohibere filios alienare.*

2 MVLTI SVNT modi prohibẽdi alienationem a alicuius rei,ita quod valeat & obscuretur ꝓhibitio cum effectu,& vnum modũ siue cautelã vidimus suprà.Sed nũc adde aliam,videlicet ꝙ dicatur relinquo,vel vendo,vel dono,vel concedo,vel relaxo tibi talem rem cũ hoc pacto & cõditione,ꝙ tibi non liceat alienare,& si ad aliquem a[...] nationis deueneris,tunc do[...] ad me reuertatur,vel ad [...] in eo casu,vt ex nunc prout [...] constitues te meo nomine,[...] possidere:nã isto casu non [...] bo,quod perfectè alienes[...] cipies alienare, statim redit[...] vel transit ad tertiũ,& ita [...] in l.qui habenti.§.j.in fi.ff.de a[...] possess.& l.filius mulieris.[...] de lega.j.& l.si ita quis.§.[...] ibi per Ang.& Raph.& Imo[...] ff.de verbo.obli.& per Ang[...] Insti.de act.§.item si qu[...] 1
*quod no.quia sæpenu[...] tes prohibent filios alien[...] qualiter debes concipere v[...]

a Prohibendi alienatio. Pro[...] *alienandi facta per testatorem[...] bus,quando ualet,in l.p[...] Agrippa.& §.quindecim.& [...] de lega.iij.in l.filiusfa.§.diui.& [...] Bart.de leg.j.& Abb.in c.R[...] in vj.col.in princi.in gl.in uer[...] pars.de test.Old.consi.cciiij.[...] ma dubitatio.& Spec.de pr[...] uer.est & alia utilis rei uẽdicat[...] tionibus rei,& ualet etiam si [...] perpetuum,ut ibi,& Alex.in l.[...] for..§.si centum.de condi.ind[...]*

Cautela pro iniuriato,si [...]gere actione iniuriarum. XXXIII.

1 *Iniuriatus casũ quo pro uindicta iniu[...] riarum actione agere,non po[...] tamen agere l.Aquil actione ad [...] norum satisfactionem.*

SCIANT oẽs,qd si alicui e[...] iniuria aĩo ĩiuriãdi,põt agere [...] ctiõe iniuriarũ ĩiuriat' regulariter vt habet ĩ toto ti.de iniu.ff.&.C.[...] & maxiè ĩ l.si nõ cõuitij.p Cy.&Doc.

C.de

C.de iniur. Sed ista regula fallit, quã do ille, cui est illata iniuria malefa- 1 ctorẽ accusat, vel iudicẽ instigat, & sollicitat, ꝙ malefactor torqueatur, & dãnetur ad vindictã publicã: quia tũc si fuit punitus per iudicẽ, nõ põt posteà agere actione iniuriarũ, pro iniuria sibi illata: qa eo ipso ꝙ fuit tortus vel condẽnatus per iudicẽ, satisfactũ est iniuriæ suæ secundũ voluntatẽ suã, vnde videtur illã iniuriã pro sui emẽdatione remisisse, vt est tex. & ibi Bar. in l. sed si vnius. in §. sed si ante iudicem. ff. de iniur. facit tex. in l. interdũ. §. qui furẽ. ff. de furtis. Vnde sis cautus tu iniuriatus, ꝙ aut tu non facias ista, aut si facias, protesteris, ꝙ per hoc tu nõ vis tibi preiudicare, quin pro tuo interesse agere posis. actione iniuriarũ. l. fin. ff. de iniur. & ita tenet etiã Ange. de Aret. in suo tractatu maleficiorũ, in ver. nec non ad querelã, in pen. col.

1 *Sed aduerte, ꝙ licet iniuriatus in casu prædicto nõ posit agere actione iniuriarũ pro vindicta, tamẽ põt agere actione l. Aquil. ad satisfactionem damnorum. l. seruus meus. ff. de iniurijs, secundũ Angelũ, in dicta l. sed si vnius. §. sed si ante iudicẽ. ff. de iniurijs. quod bene nota, quia de hoc fui sæpe interrogatus.

Cautela pro illo qui securè uult emere rẽ litigiosam, lite pendente. XXXIIII.

1 *Litigium nõ obest nisi litigantibus tantùm, non autem extraneis.*

DEBES scire, quòd res litigiosa efficitur per libelli porrectionẽ & litis cõtestationẽ, ita quòd solet dici, quòd non potest vendi, vel aliter alienari pendente lite, donec duret litigiosa, vt habetur in toto titulo. ff. de litigio. & C. si tamen efficitur res litigiosa: 1 *quia tale litigium non obest nisi litigantibus tãtùm, & non extraneis, vt est glo. no. in l. j. versicu. non poterant. ff. de litigio. vnde si inter te & me contendatur de dominio alicuius rei, duo tertij non litigãtes poterunt super illa contrahere, nec eis obstaret vitium litigiosi, & ideo sis cautus quãdo vis emere rem litigiosam, vt non emas eam à litigante de dicta re, sed à quodam tertio, secundùm Angelum, qui ita notat in authent. de religiosis, in princip. quod no. est.

Cautela pro assessoribus potestatis, quod nõ patiatur scribi apud acta, quod de eorum cõsilio potestas criminosum condemnauit. XXXV.

1 *Potestates terrarũ si ferant sententiã iniquã de consilio iudicum de curia, qua pœna tenetur ipse potestas, & oẽs alij iudices tenentur.*

QVANDO fit processus per dominum, potestatem, vel alium superiorem, & fertur sententia, & dicitur sub examine iudicis maleficiorum, sicut communiter fiunt inquisitiones & sententiæ, quæ hodie formantur per rectores terrarum, dicũtur ita fieri per iudices, sicut per ipsos rectores: & ideo si iniustitia facta fuerit, ita tenetur iudex maleficiorum, sicut rector. ita no. Angel. in authen. de litig. §. tamen. in fi. & pro hoc allego tex. in §. quoniam verò. in authen. vt nulli iudi. vbi Ang. di- 1 cit per illum tex. *quòd si potestates terrarũ ferunt sententiã iniquã de cõsilio iudicũ de curia: & quòd qua pœna tenetur potestas, tenẽtur & oẽs alij iudices: & ideo sint cauti asseso

assessores iudices maleficiorũ & cõsiliarij, ꝙ nunquàm in actis patiãtur scribi, ꝙ sententia eorũ consilio vel deliberatiõe ita lata fuerit, aliàs possent cõueniri tẽpore syndicatus, & eã pœnã sustinere, quã rector & potestas, vt dicit Ang. in d. §. quoniam verò. Et sis cautus, ꝙ etiã protesteris, ꝙ tu nõ consentis, ne tacendo videaris consentire, iuxta ea, quę habẽtur in c. nónne. de præsumptio. & Barto. & Docto. in l. quæ dotis. ff. soluto matrimonio.

Cautela contra illum, qui dat operam, quòd legatum alteri factum adimatur à testatore. XXXVI.

1 *Actio doli, vel in factum subsidiaria, quibus in casibus locum habeat.*

LICET cum verbis blandis sit permissum inducere aliquẽ ad ipsum instituẽdũ hęredẽ. argumen. l. fi. C. si quis ali. te. prohi. tamen si aliqs p suas suggestiões operatur, vt relictũ alteri factũ testator adimat, vel quia volebat relinquere, & non reliquit, sicut de facto sæpe contingit in agnatis, qui tantùm testatori persuadent, & bona sua, quę pauperibus distribuẽda reliquerat, reliquit eadẽ eisdẽ: tenetur tunc actione de dolo, vel in factũ subsidiaria illis, qbus ademptũ est, vel eius solicitudine non relictũ. ff. de doli excep. l. j. & tene menti: quia est casus quotidianus, vt dicit Angelus in d. l. fi. C. si qs ali. ex quo tu sumas cautelã, quòd si aliquis te instituit, vel aliquid tibi reliquit, & aliquis per suggestionẽ vel solicitudinẽ vel importunitatẽ curauit adimendũ tibi relictũ vel lega- 1
tum, & sibi relinquendum, *quòd per actionẽ doli vel in factũ subsidiaria poteris petere ea, quæ ti[bi te]stamento relicta sunt. facit l. ... ibi no. C. de pe. bo. subla. ... not. bene, quia vidi semel de practicari.

Cautela quomodo ualeat sta[tu]tum, quòd à sententia infe[rio]ris non possit appellari ad su[pe]riorem. XX[XVII.]

1 *Partes in arbitrũ cõpromittun[t] sũt, et per hoc appellationi re[nunciant].*

VIDISTIS in c. veni... de iureiuran. ꝙ ciuita[s] ... cognoscit superiorẽ, vel ... ceps inferior non possit ... tum, ꝙ à suis sententijs nõ ... pellari ad superiorẽ. & hab[etur] Bar. & Doct. in l. omnes pop[uli] ... iustit. & iur. Sed nũquid p[otest] ... hiberi aliqua cautela, vt tale ... valeat & seruetur præcisè ... sic hoc modo, videlicet ꝙ om[nes] ... ues & princeps inferior pr... & iurẽt seruare statutũ prout ... & renuncient appellationib[us] ... terpositis & interponendis ... cunq; alia forma, præterquàm ... ma à statuto cõcessa. C. de temp. ... pel. l. fin. in fi. nã per pactũ pote[st re]nũciari appellationi, & causæ, & ... pturę principali, de necessitate ... naturã appellationis. argu. ff. de ... spe. tuto. l. post finitã. & sic per ... tum vallatum pacto potest fieri ... quàm per statutũ simpliciter. & ... catur, istud pactũ fit per fraudẽ su[peri]oris: respondetur, ꝙ superior nõ debet hoc aspernari, si partes ad ... cem cõponunt, vt ff. de noui oper[is] nunc. l. j. §. post operis. *Nã & p... sunt partes compromittere in arb[i]trum, & per hoc renunciare appe[lla]tioni, vt l. diem proferre. §. stari ... de

de arbit. & vide glo. in c. veniens. de iureiuran. nec propter hoc dicitur derogari superiori, & ideo à simili ita dicendũ est in proposito ad hoc. C. de pac. l. postquã liti. & l. iij. C. de fide instru. & l. tale pactũ. in §. qui prouocauit. ff. de pac. & istá cautelã ponit in effectu Bald. in c. veniens. quam bene notet, qui habet condere statuta vel reformationes in ciuitatibus vel locis recognoscentibus superiorem.

Cautela ad instituendum filium spurium. XXXVIII. a

1 *Spurius à defuncto aliquid capere nõ potest.*

2 *Spurius quamuis non possit ex patris re aliquid habere, tamen propter patris rem aliquid habere poterit.*

3 *Substitutio in spurium facta quomodò ualere poterit.*

NVNC videamus cautelas, quas multi conati sunt adhibere, vt per indirectũ parentes filijs spurijs, vel aliàs illegitimè natis, hereditates vel aliquid relinquere possint, vt habetur per Bart. in l. si gener. ff. de his, qbus vt indig. & l. si is qui duos. & ibi per Doct. ff. de liber. leg. & per Doctor. in l. in tempus. in principio. ff. de hæredib. instit. & per Bal. in l. j. C. pro socio. & plenissimè per excellentẽ Doct. domi. Ludouicũ de Sardis de Ferraria, in quodã suo libello de na. lib. & alijs illegitimè natis, seu de legitimationibus. in vltima charta, & multas per ordinẽ collegit Vbertus de Bob. Et prima est, si venientes ab intestato promiserunt spurijs nõ attentare hereditatẽ patris. C. de na. lib. l. j. nã tunc spurius obtinebit hereditatẽ secundùm Vbertum. sed certè hoc non procedit secundùm prefatum Ludo. quia si venientes ab intestato non acceptarunt hæreditatem, applicatur fisco, vt d. l. j. Aduerte tamen, aut illa hæreditas ex volũtate & iudicio patris, est penes spurium, & tunc si venientes ab intestato eã nõ acceptant, applicatur fisco. & ita loquitur l. j. Aut ex voluntate patris & iudicio nihil peruenit ad filiũ per se vel per interpositam personam, tunc sequentes hæredes vel venientes ab intestato possunt mortuo patre relinquere donare, vel vẽdere spurio a: quia hoc non reperitur prohibitum, nec est presumptio fraudis, quia videntur potuisse de suo largiri. argumẽ. ff. de iure fisci. l. cùm tacitũ fideicõmissum. in fine. Et ita potest saluari quod dicit Vber. secundũ Ludo. præfatum. Ego de hoc allego tex. cũ gl. no. in aut. qb. mod. na. effi. sui. §. fi. col. vj. Secunda cautela est, vt instituas spuriũ, & roges eum, vt alij restituat, & tunc si nollet sibi restitui, remanebit penes spuriũ. ff. de leg. ij. l. cũ ei. & ff. si qs ali. test. prohi. l. j. §. sed & si legatum. ad Trebel. l. cogi. §. qui solidum. secundùm Vber. & de hoc habetur in l. antequàm. C. de fideicom. secundũ do. Ludo. de Sardis in dicto suo tract. in fi. dicit, quòd hoc non putat esse verum, quia talis hæreditas est pro nõ scripta. C. de hæredi. instit. l. j. & ideo pertinet ad venientes ab intestato, vt ibi no. & in l. iij. ff. de his, quę pro nõ scri. Sed tu dicas, quòd si ille, cui debet fieri restitutio per spurium, non vult acceptare restitutionem ipsius spurij, & hoc cõstat, & tunc remanet apud spurium etiã legitima, quia tunc spurius intelligitur habere ab eo potius quàm à testatore. argu-

gu.l.si nupta. §.fi.ff.de fun.do. & ar.
l.profectitia. §. si prius, cõiuncta gl.
ibi.ff.de iure do. Aut renũciat in fa-
uorẽ venientiũ ab intesta. & hoc cõ
stat,& tunc applicabitur illis, & nõ
spurio,eadem ratione. Aut sumus in
dubio cui debetur hęreditas: & de-
betur veniẽtibus ab intestato, vt no.
in l.j.C. de hæredi.insti.nisi ex cõiun
ctione & amore personarũ aliud sit
dicẽdũ, videlicet ꝙ esset amicus spu
rij,& nõ venientiũ ab intestato, vel
esset maior amicus.ar.l.sed si plures.
§.in arrogato.cũ ibi not.ff.de vulg.
& pupil.& l.si ꝓprio. §. procurator,
vt in ceteris.ff.de procur.cũ simi. &
hoc mõ intelligas cautelã ꝑcedentẽ.
Tertia cautela est, ꝙ pater instituat
regẽ Francorũ vel aliũ similẽ, & ei⁹
filios & nepotes vsq; in infinitũ sub
cõditione,si ꝑsonaliter veniat ad ca
piẽdã hr̃ditatẽ, vel sub alia cõditiõe
nõ verisimiliter, adimplenda: & in-
terim relinquat spuriũ & eius filios
& nepotes eius vsq; in infinitũ, cura
tores,gubernatores,& administrato
res dictæ hæreditatis,& ꝙ nõ possit
ab eis peti ratio administratiõis,nec
cogi ad præstãdum fideiussionem, à
quibus redditiõe rationũ & fideius-
sione eos liberet,absoluatq; expres-
sè vel instituat spuriũ cũ capere po-
terit, q̃ institutio valet, vt l.in tẽpus.
ff.de hæredi.instit. & interim relin-
quat eũ curatorẽ. vt suprà, & si cape
re non poterit,substituat eius filios
& nepotes. Sed certè hęc cautela nõ
prodest, qa notoriè fraus deprӕhen-
ditur ex eo ꝙ est liberatus à reddi-
tione rationũ,& à pręstatione fide-
iussoria: nã pręsumit̃ id fecisse san-
guinis affectione, vt ff.de liber. leg.
l.Aurelius. §. Titius. & sic illa ꝓhi-
bitiõe facta nõ posset admini-
ne sub prætextu liciti cõm...
licitũ.C.de sac.san.eccl.l.iub...
tu. Itẽ prohibetur administra...
cũq; colore vt hæres,& sic ista
la nõ prodest secũdũ do.Lud...
alleg. qui dicit,ꝙ ita vidit cõ...
per Salycet. & collegiũ Bon...
Quarta cautela est,ꝙ pater...
vxorẽ vel aliã personã, & ei...
ꝙ restituat pro anima sua c...
vel cui sibi videbitur: nã po...
restituere illi tertio, qui p...
restituere spurio, & tũc fili...
bit, vel obtinere poterit. ff...
iij.l.pater filiã. §.quidã.in...
in l.fi.ff.de his, quibus vt ind...
dicit hoc cõtinere aliquid fra...
quapropter dicit præfatus do.Lu...
ꝙ aduertendũ est, aut ille inst...
restituit spurio,& tunc præ...
fraus, maximè si oĩa bona relinq...
vt ff.dè lega.j.l. Lucius. §.j.& ...
his, qui in frau.credi.l.oẽs.§...
maximè post restitutionẽ fac...
rio, qa eo repto possidere bo...
tris, præsumitur fraus quasi ...
positã personã.C.de na.lib.l...
& in aut. quibus mod.na.effi...
& quoniã. qui enim rogatur re...
re cui sibi videbitur, rogat̃ re...
arbitrio boni viri.ff.de fideic...
l.fideicõmissaria libertas. & gl...
Cle.sæpe.de ver.signi.in ver.ac...
sionẽ. & per Bar.in extrauag.ad re...
primẽdã.sup verbo, videbitur...
nõ põt eligere spuriũ, vt est gl...
cũ quidã. de legatis ij. *nam spuri...
nõ põt aliquid capere à defuncto...
in aut. quibus mod.nat.effi.sui. §.n...
sed capiens ex iudicio hæredis roga
ti hoc modo, scilicet cui sibi videbi
tur, videtur capere à defuncto, ac si

nomi

nominatim in primo testamēto hæres relictus esset.ar.l. vnū ex familia. §.si de Falcidia.ff.de leg.ij. & idē dico de eadem ratione, si restituit tertio, eū hoc, quòd ille restituet cui sibi videbitur: & ille posteà restituat spurio. & ita tenet Bar. in vno consilio, quod incipit, Graffo de Spoleto. Secus si restituat tertiò absolutè, & ille posteà táquàm rem suam donet, vel relinquat spurio, quod fieri potest, vt dixi in præcedenti cautela huius materię. Quinta cautela potest esse, ꝙ si pater instituat aliquem, & illum rogat, vt restituat spurio. nā tunc fideicōmissum est pro non scripto: ideo remanet apud eum à quo relinquitur: vt ff. de iure fisci. l. nō intelligitur. in princip. & sic ille hæres nō tenet restituere, tamē si velit, poterit. Instit. de fideicōmis. hæredi. in prin. videtur enim de suo largiri, & sic cessat suspitio fraudis. argu. ff. de iure fis. l. ita fidei hæredis. & hoc quidā approbāt. sed dicit d. Lud. de Sar. ꝙ videt in dubio p̄sumi, ꝙ restituat nō tāquā rem suā, sed vt impleat voluntatē defuncti, vt probatur Instit. de fideicō. hærę. in prin. nisi ex alijs coniecturis appareat, quòd voluerit de suo largiri, puta quia est talis p̄sona, cui verisimiliter donasset, quāuis nō fuisset rogatus. & ipse protestatur, ꝙ nō vult de suo largiri. argu. ff. de prob. l. Procula. non tñ sufficeret sola protestatio. argu. ff. de leg. iij. l. cum qs. §. itē. & de prob. l. qui testamentū. Sexta cautela est, si pater instituat aliquē, & institutus accōmodet tacitā fidē de restituēdo spurio: q̄a tūc poterit spurius deferre fisco, & lucrabit dimidiā hæreditatis, aliā dimidiā habebit fiscus. ff. de iur. fis. l. b edicto. in prin. & §. ad hęredes. & l. senatus. §. senatus. secundùm Vber. de Bo. & ita videtur velle glo. in l. j. eod. ti. Sed dicit præfatus do. Lud. ꝙ nō arbitratur hoc indistinctè procedere. aut em̄ est natus ex incesto coitu, aut ex alio. primo casu, aut instituit succedentes ab intestato, de quibus fit mentio in l. si quis incesti. C. de incest. nup. & tunc habet locū, qđ dictū est: quia aufertur ab illo accōmodante tacitā fidē de restituēdo tāquā indigno: aut īstituit alios quàm illos, de quibus ibi habetur. & tūc q̄a nō habet testator cū eis testamēti factionē, non aufert ab eis tāquā indignis, q̄a nō possunt esse hæredes, vt req̄ritur. ff. de iure fisc. l. eius qui delatorē. in fi. est ergo pro nō scripto, & sic nō applicat fisco: si nō applicat fisco, nō habet locū delatio, vt eo. ti. si metallū. si verò sit nat⁹ ex alio coitu, tunc habet locū quod dictū est supra, secundùm Vber. sed periculū testatorum est, ne ab alio p̄ueniatur in defendēdo, puta ab ipso hærede tacitè rogato, vel ab alio: quia tūc spuri⁹ nihil haberet, vt habet in l. j. in prin. eo. titu. & quāuis nō p̄ueniatur, & tñ nō consulitur ei plenè: quia tūc non haberet nisi dimidiā. Septima cautela est, ꝙ si spurius cōtrahat societatem omniū bonorū cū aliquo, & pater illi socio mutuet magnā pecunię quantitatē, & posteà ei leget liberationē, tūc illa liberatio prosit illi spurio, quātùm ad dimidiā illius quantitatis: ff. de lib. leg. l. si is qui duos. secundū Vber. & Dy. ibi. idē est dicendū, si illū sociū hæredē instituat. nā tūc hereditas acq̄ritur societati. ff. p̄ soc. l. si societatē vniuersorum, & sic spurius habebit dimidiā. Et pōt esse

ratio: quia nec hæreditas nec libera tio relicta socio, q̄ritur socio ipso iu re: sed q̄ritur socio, & posteà venit cōmunicāda tanquā sit de bonis socij. probatur in d.l.si societatē.& per gl. eo.ti.l.iij.§.cū specialiter. Spuri⁹ ergo his casib. nō capit de bonis testatoris, sed de bonis socij, qđ pōt, vt est gl. in aut. quib.mo,na.effi.sui. §.fi.& hāc cautelā dicit Bar. esse bonā, nisi appareat fraus, secundū ea, q̄ c no. Bar.& Doct. in l. si post cōtractū. ff. de do.& dicit d.Lud. ꝙ præsumet fraudē in dubio, maximè, quia non pōt dici, ꝙ socius donet de suo proprio, q̄a cogit̃ cōmunicare, ergo nō donat. ff. de reg.iu.l.donari. ideo potius dicit̃ acquiri filio p interpositā personā, mediāte iudicio testatoris, qđ est ꝓhibitū p p̄dicta, ideo ista cautela nō videt̃ esse tuta, secundū eū, sed Bal. in l.j. in xiiij.q.C. pro socio. tenet indistinctè p̄dictā cautelam, & dicit eā esse bonā. Sed circa eā posset dici, ꝙ sit cōsiderāda p̄sona socij, an pater spurio reliq̄t: q̄a si erat amicus patris, cui verisimiliter esset etiā existēte societate cū filio relicturus, & tunc indistinctè p̄dicta cautela sit vera: quia cessat omnis suspitio præsumptionis. ar. l. si plures. §. in arrogato. ff. de vul.& pup. sed si nulla affi 2 nitas, cōiunctio, vel amicitia esset cū illo socio, tūc ego crederē dictā cautelā nō sufficere, & tūc diceretur filius socio acquirere poti⁹ ab ipso patre p īterpositā p̄sonā, quàm à socio suo vigore societatis, per prædicta. Octaua cautela est, ꝙ pater instituat filiū spuriū, cùm capere poterit, quæ institutio valet. ff. de hered. insti. l. in tps.& est gl. in l. sicut. ff. quib.mo. vsusfr. amit. Nā tūc pēdēte cōditiōe, petit īstitutionē & bonorū ... nē secundū tab.l.ij.§.si ... ne. ff. de bo.pos. secūdùm ... dùm Bal. in l. fi. C. de his qui vel alie.iu. qui dicit se ita ... cōsuluisse. sed secundū do.l. cōceditur secūdū tab. insti... pōt ab intestato succedere ... ibi notabiliter, vt hîc. No... la est, ꝙ de iure canonico ... linqui alimēta spurijs ... duxit in ma. quā pol. per ... haberet. ꝙ relinquat pater vnū fundū p alimētis, & ... eius spurij relinquat ... redibus illū fundū, secu... l. fi. ff. de his quib. vt indig... est verū, nisi excedat ... tatē respectu alimentorū ... metur fraus. Decima cau... pater instituat aliquem & ... vt det spurio centū. ff. de iure fi... fidei. secundū Dy. sed Bart. dicit ... esse contra tex. l. quod cōditionis ... de dona. causa mortis ... illud ... manet apud spuriū, sed auferetur tāquàm ab indigno, & applic... vt ff. de cōdi.& demon. l. hæres ... secundùm Bal. in l. socium qui ... apostil. ff. pro socio, & recitat ... de Malum. tenere cum Dy. & ... det, * ꝙ quāuis spurius nō possit ... quid habere ex re patris, tamen aliquid propter rē patris. ff. de ... leg. l. eo tpe. in fine. ff. de ... l. cùm autem. §. item si legat. & ... iun. cū eman. li. l.j. §. nunc vide... & C. de aduo. diuer. iud. l. fori. & ... cit d.Ludo. ꝙ hoc putat esse verū ... nō reperit̃ expressè prohibitū: ergo videtur concessum. l. nec non. § ... quod eis. ff. ex quib. cau. maio. ... & inter corporalia. de trāsla. p̄la. & vi...

de gl...

& tu reſtituiſti mihi ſimiliter ne
mine præſente, & poſteà peto à te
2 iſta centū, & volo ſtare iuramento a
tuo, vel tibi facio vnā poſitionē, ꝙ ti
bi mutuaui centū, an licitè & ſecurè
poſſes iurare. Et videtur ꝙ non, quia
ſi iuras, ꝙ tibi mutuaui, cōpelleris
ad reſtituēdū, etiā ſi diceres, ſed ego
tibi reſtitui: qa nō crederetur tibi ſu
per reſtitutione, iuxta no. per Cy. in
l. ij. C. de don. ante nup. & ſingulari-
ter p Bar. in l. Aurelius. §. idem q̄ſijt.
ff. de li. leg. & per Bart. in l. vna. C. de
confeſ. & per Anto. de Bu. in c. ex p-
te decani. de reſcrip. ſed ſi tu iuras, ꝙ
non mutuaui, iuras falſum: ergo, & c.
gl. in c. cupientes. in ver. malignan-
tium. de elect. in vj. facit, ꝙ poſsit iu
rare, ex quo in veritate non tēdit in
præiudiciū alterius, etiā quia tu ha-
bes ius in principali cauſa: & quia li
beras animā fratris à peccato, qa ſi
bis ſolueris, illicitè retinebitur: vt in
1 reg. bona fides. de regu. iur. in vj. *Po
tius debes omnia mala pati, quàm ī
cōtrarium, ſcilicet quàm malo cōſen
tire. quod me. cauſa. in cap. ſacris. Itē
quia principaliter iuramentum præ
ſtatur Deo, cui non eſt mētiendū: vt
no. Pet. de Anc. in d. c. cupientes. ſed
Ioan. de Imol. in d. c. cupientes. dicit,
quòd poſſet fortè dici, ꝙ ille non te
netur reſpondere tali poſitioni, ſub
audi: nec tu iurare, an mutuauerit:
ergo, &c. ſed ſolùm debet iurare, an
debeat ſeu debitor ſit: cū hoc ꝑſuade
re debeat æquitas iudicantis, vt calū
nijs & malicijs obuietur: arg. l. in fun
do. ff. de rei vendi. facit l. vbicunque.
ff. de interrog. actio. poſſet etiā for-
tè ſecundùm eum iurare: iuro, ꝙ ſi
mihi mutuaſti, tibi reſtitui: & ſic nō
fateretur purè intentionem actoris,
ita vt ex illa poſſet ſe fundare, ſicut
dicitur de opponēte exceptionem:
vt in reg. exceptionem. de regu. iur.
lib. vj. facit quod not. in l. ſiquidem.
C. de excep. & c. cùm venerabilis. ex
trà eo. tit. Dicit etiam Io. de Imo. ꝙ
ſi iudex arctaret te ad reſpondendū
purè ſuper depoſitione mutui, vel
ſuper iuramento delato, poſſes dice
re iūro, quòd non mutuaſti mihi a-
liquid, propter quod tibi obligatus
ſum: & tunc dicit verum, & repellit

cauillationem aduersarij. & vide qđ not. Arch. iiij. quæ. j. nullus. & ita in effectu vult Do. de San. Gemi. in d. c. cupiẽtes. de elect. in vj. quod not. singulariter, quia quotidie potest contingere de facto. Et bene aduertat reus: quia si sibi defertur iuramẽtum simpliciter, si recepit centum in mutuo, ꝙ non respondeat. habui, & tibi restitui: quia respõdet vltra delationẽ sibi factam. nam iuramentum nõ fuit sibi delatũ super restitutione, ergo iuramẽtum in illa parte nõ attenditur. ar. l. iij. §. j. ff. de iureiur. cũ sim.* licet quidã dicant, ꝙ hoc casu debet in totũ stari sacramẽto, vel in totum non stari, cùm iuramentum sit indiuisibile: & quia sicut potuisset negare totũ, & non negauit, præsumitur, ꝙ in omnibus veritatẽ dixerit. nam hæc opinio nõ est vera, per d. l. iij. §.
2 j.* & licet iuramentum dicatur indiuisibile, verũ est super vna re tãtum, & de eodẽ tempore: sed super diuersis rebus vel factis, vel temporibus secus: vt hîc, & maximè vbi iuramentum defertur super vno tãtùm. Nec ob. ꝙ negare potuisset totum: quia dubitauerit ne sibi probaretur, & sic apparet ipsum falsè iurasse: quia forte confessus fuerat mutuũ sibi factũ, sed bene sciebat, ꝙ non potuit sibi probare contrarium, si restituat, vnde potius voluit confiteri mutuum, sicut erat rei veritas, & dicere se restituisse, quod erat falsum, quàm simpliciter negare mutuum. vnde ego teneo, ꝙ talis responsio posset diuidi, & acceptari per deferentem. Sit ergo cautus reus, vt ita iuret, vt s. dixi secundùm Imo. & bene.

2 Iuramento. *Iuramentũ illicitũ quot modis dicitur. Archi. xxij. quæst. iij. & quando sit licitum. Inno. in c. [...] bilem. de elc. Iuramentum [...] facit dici rem finitam. [...] habet maiorẽ autoritatẽ q[...] dicata. Spe. de exce. §. [...] pone in causa. imò ecõtra [...] sti. in int. §. ij. uer. sed [...]*

Cautela pro uendicante [...] quam prius despon[...] uerba de futuro [...] pula.

1 *Promitto non accipere [...] nisi te, sicuti rusticæ [...] muniter faciunt, an [...] turo.*

MVLTOTIES est[...] ter duos vel plures [...] vxore diutte, qa quilibet [...] bere, & quilibet asserit [...] misisse, sed illi qui sunt [...] lũt esse victores, quærã[...] cũ ea, ita ꝙ subsequat copu[...] lis: qa tũc, etsi promisisset [...] mò p verba de futuro, & p[...] promitteret p verba de pr[...] valeret, etiã si iuramentũ [...] set: & ille cũ quo copula [...] debet præualere: vt pbatur [...] & in c. si inter. & in c. is cu[...] spon. Sed si cũ vno primò c[...] set matrimoniũ, p verba de [...] illud matrimoniũ preualeret [...] do, etiã si in secũdo subsecut[...] copula carnalis: vt est casus [...] inter. Et ideo si cupis habere [...] sis caut9: qa si pmisit alteri p[...] verba de futuro, sicut faciunt [...]
1 puellæ, & maximè rusticæ,* [...] pmitto nõ accipe aliũ in vir[...] te. nã hoc casu puideas, ꝙ tec[...] quat copula carnalis, & [...] in vxorẽ. Sed si mulier cõtra[...] verba de præsenti cum alio, [...]

ab ipsa: quia si millesies tibi promitteret, & copula secuta etiã cũ iuramẽto, staretur primæ ꝓmissioni, & 1 nõ secũdæ, etiã iuratæ & copulatę, vt est casus in d.c.si inter. Et ad hoc, vt ista cautela producat effectũ, quãdo est secuta copula cũ vno, & prius ꝓmisit alteri per verba de futuro, & est quæstio in iudicio, vt matrimoniũ ꝓualeat, est opus alia cautela, videlicet ꝙ ille, cũ quo est copula subsecuta deducat, & ꝓbet, ꝙ primo ꝓcesserit ꝓmissio ꝑ verba de futuro sibi facta, & ꝙ deinde secuta est copula: secus si ꝓbaretur ecõtrà: qa primò interuenit copula carnalis, & de 2 inde secuta est promissio carnalis ꝑ verba de futuro: & interuẽt⁹ copulę non sufficiet: nisi ꝓbaretur, ꝙ promissio, & copula subsecuta esset: vt est casus, & ibi hoc no. d. Ant. de Bu. in c. veniens. ij. & ibi per Docto. de spon. facit qđ no. Bar. in l. non solũ. §. sed vt probari. ff. de no. ope. nuncia. & ideo sis cautus, vt articules, ꝙ promissio præcessit copulam.

Cautela quod cõiuges ante matrimonium faciant pacta inæqualia[a]. LXII.

a Pacta inæq. *Pacta de lucrãda dote, et donatione ꝓpter nup. inæqualia nõ ualent. l. ex morte. C. de pact. cõuẽ. tã super dote, cũ authẽ. ibi posita, nisi fiant ante matrim. cõtractũ per uerba de ꝑsenti Inn. in c. donatio. de dona. inter. uir, & ux. et Ang. in d. l. ex morte. Et an & quãdo pactum de lucrãda dote ualeat, uide in l. j. & ij. ff. de pact. dot. in l. quod scitis. cum glo. de bo. quæ lib. Do. in l. ij. solu. matrim.*

1 *Donatio propter nuptias, regulariter æqualis cum dote esse debet.*

2 *Pacta inæqualia matrimonio constãte, prohibita sunt, quoniam donationẽ sapiunt.*

DEBES* scire, ꝙ regulariter donatio ꝓpter nuptias debet esse æqualis cũ dote, & pacta de lucrãdo dotẽ, & donationẽ ꝓpter nuptias, in totũ vel ĩpartẽ debẽt esse æqualia: aliàs nõ valerẽt: vt habet ĩ aut. de æqual. do. in pri. & in l. ex morte. cum aut. ibi posita. C. de pac. cõuẽ. & Inst. de do. §. est & aliud. & in c. donationis. extrà de do. inter virũ. Sed cautela est, ꝙ dicta pacta etiã ĩæqualia facta valeãt, videlicet ꝙ fiãt ante quã cõtrahatur matrimonium de ꝑsenti: qa tũc bene valebit. Et est ratio:* qa pacta inæqualia sunt ꝓhibita cõstante matrimonio, qa sapiũt donationẽ, q̃ est ꝓhibita, ne mutuo amore se spoliẽt: vt l. j. ff. de do. ĩter vi. q̃ ratio cessat ante cõtractũ matrimoniũ: & ista est doctrina singularis Innoc. in d. c. donatio. quã sequitur ibi dom. Ant. de Bu. & Ange. fecit festum de ea in d. l. ex morte. C. de pac. cõuen. quod bene not. quia nunc est in facto.

Cautela quibus uerbis utatur princeps ĩ priuilegio[a], ad hoc ut ĩtelligatur ab omnibus muneribus aliquẽ liberasse. LXIII.

a Priuilegio. *Priuilegiũ qualiter sit ĩpetrãdũ. in Spe. de rescrip. ꝑsenta. §. xj. Priuilegiũ derogãs statuto, intelligitur etiã de statuto futuro. Vide Fl. no. ĩ l. si seruus. in principio, de ser. ur. præ. & Bal ĩ l. si mihi et tibi. §. in legatis. de leg. j. uer. ul. di. & tenet Raỹ. de for. in l. si ita legatũ esset. de auro et ar. leg.*

1 *Priuilegium immunitatis generale, in muneribus & honoribus, de personalibus tantùm intelligitur.*

2 *Munera ordinaria, & extraordi. quæ sint.*

1 QVIA*priuilegiũ immunitatis,
siue exẽptionis generale intel
ligitur de ꝑsonalibus tãtũ, in mune-
ribus, & oneribus, vt est tex. cũ gl. or
di. in l. iij. C. de mune. patrimo. lib. x.
ideo cautela est, ꝙ ĩ priuilegio dica
tur, ꝙ princeps cõcedit immunitatẽ
& exẽptionẽ ab omnibus munerib⁹
& oneribus, etiã ꝑsonalibus, secũdũ
Bar. in l. vacuatis. C. de decu. li. x. Itẽ
cautela est, vt dicať de muneribus &
oneribus, vt est tex. in l. cũ muneris
public. ff. de mune. & one. & Bar. ĩ d.
l. vacuatis. Itẽ cautela est, ꝙ dicať or-
dinarijs & extraordinarijs, aliàs ĩ du
bio solũ extraordinaria videreť re-
missa, vt est tex. l. is q muneris publ.
ff. de vaca. mu. & est tex. cũ gl. in l. cri
minalis. C. de decu. lib. x. & not. Bar.
in d. l. vacuatis. & in l. ij. ff. de iur. im
2 mu. vbi de his omnibus dicit. *Quæ
aũt sũt munera ordinaria & extra-
ordinaria, vide Bar. in l. ij. de iur. im-
mu. & in l. oẽs omnino. C. de ann. &
tribu. lib. x. & vide omnino Bar. in l.
j. in vlti. col. in prin. C. de mu. in quo
lo. & in l. vnica. C. de vac. mun. pub.
eo. li. & in l. fi. C. de agri. & censi. lib.
xj. & ĩ l. licitatio. §. mercatores. ff. de
publi. per Bal. in l. j. §. in qbus. ĩ vlti.
colũ. versi. iiij. puniť ff. qđ cuiusq; v-
niuer. no. itẽ est alia cautela, ꝙ dicať
etiã de muneribus, q̃ imponereť ra-
tione guerræ, aliàs in dubio ab illis
qs nõ videť exẽptus ꝑ priuilegiũ, vt
elegãter no. Cy. & Albe. in l. si ex to-
to. in prin. ff. de leg. j. qđ est valde no.
Et ex ꝑdictis omnib⁹, vt priuilegiũ
exẽptiõis oĩa includat dicať sic: talis
cõcesit priuilegiũ exẽptionis & im
munitatis ab omnib⁹ & singulis mu
neribus, & oneribus, & realib⁹, & ꝑ-
sonalibus, & mixtis, & ordinarijs, &
extraordinarijs, & ab illis et[illegible]
imponerentur ratione guer[illegible]
omnibus alijs cuiuscũque [illegible]
quocũq; modo, & qualiter [illegible]
nerẽtur, vel induceręt in ge[illegible]
in specie, nõ obstãte l. vacua[tis]
decu. & ista forma compl[illegible]
nissimè exemptionẽ, qui[illegible]

Cautela qualiter arbi[ter senten]
tiabit ultima die su[i compro]
missi.

1 *Arbiter usq; ad ultimum [diem senten]*
tiam facere poterit.

SAEPE cõtingit, q[illegible]
partes fiet cõpromi[ssa]
riũ, duraturũ vsq; ad cer[illegible]
ta duorũ mensiũ, & actor [illegible]
& nõ proseqtur causam, [illegible]
tat, propter qđ expirat [illegible]
ctio, ita ꝙ actor licet pereat [in]
stantia, poterit de nouo in[illegible]
agere, vt habetur in l. prop[illegible]
j. C. de iud. Sed cautela est, [illegible]
pectet vsq; ad vltimũ diẽ, [illegible]
cõpromissum, & petat, ꝙ a[illegible]
1 rat sententiã diffinitiuã, [illegible]
& debebit hoc facere, vt pr[illegible]
si de meis. §. fi. cũ l. seq. ff. de [illegible]
no. Inn. in c. sup eo. de app & S[pecula]
ti. de sen. §. nũc vidẽdũ. ver. [illegible]
autẽ. & ꝑ Bal. in authen. ei qui [illegible]
temp. appel. ꝙ illa asignatio [illegible]
ni ĩ cõpromisso operať, primo [ha]
bet vim termini peremptori[illegible]
dò asignationis termini ad [illegible]
dũ, tertiò, ꝙ posit ferri sentet[illegible]
finitiua. & ita cõsuluit Bal. Se[illegible]
cõsiliũ Bal. fuit iudicatũ: & ideo [cau]
tela est, ꝙ reus petat asignari [termi]
nũ ad probãdũ actori, & qđ [illegible]
vsq; ad vltimũ diẽ cõpromissi. [illegible]
tat actorẽ citari ad audiẽdũ sent[en]
tiã, & hoc modo sine dubio põt a[illegible]
ter [illegible]

ter ferre sentētiā absolutoriā diff. ni tiuè, de quo nihil erit probatū. & idem in simili, quādo causa iudici de legatur ad tēpus de consensu partiū. de quo dic per Bart. & Docto. maximè per Pau. de Cast. in l. admonēdi. ff. de iureiurando. & per Anton. de But. in c. fin. de iureiurando.

Cautela ad hoc, quòd decem annorum præscriptio, quæ communiter introducitur per statuta, non obstet. LXV.

1 *Agendo uel ab excipiendo in multis casibus quispiam repellitur, neq; præscriptioni renunciare potest.*

2 *Statuto si caueatur, quòd debitor x annis præscribatur, licet renunciari non posit, tamen aliud remedium competere potest.*

1 IN multis* casibus quis repellitur ab agēdo vel excipiendo propter præscriptionem legalem vel statutariam, & tamen præscriptioni renunciare non potest: vt not. in l. j. ff. de vsuca. & in l. nemo potest. ff. de lega. j. Sed cautela est, quòd nec præscriptio possit obesse, vt agatur, & conueniatur in instrumēto, quòd finita præscriptione iterū deberi incipiat, & toties incipiat deberi, quoties præscriptio cōpleta fuerit, vt probatur no. in l. sicut in annos. in pri. ibi, adijciatur quoties quis &c. vt ff. quib. mo. vsusfr. amit. & ita no. dicit Bart. in d. l. nemo potest. in pe. col. versi. quæro statutum est, quod præscribatur. vbi dicit,* ꝙ licet statut. quo caueatur, quòd præscribatur debitor x. annis, non posset renunciari: tamen remediū est, quòd agatur & conueniatur, quòd finita dicta obligatione x. annorū, iterū deberi incipiat, p d. l. sicut in annos. in prin. & ita no. p Bal. in l. cū rem publicā. C. vt in poss. lega. vbi etiā idem dicit in legato, & quoties scriptū fuerit, toties lego, vt d. l. sicut ī annos. & idē no. d. Floria. in l. si vsusfructus alternis annis. ff. q mo. vsusfru. amit. & pro hoc vide omnino, quod no. Ang. in l. cētesimis. in fi. in prin. ff. de verbo. obli. quod no. Bar. & Docto. in l. j. ff. de vsufruc. & quod dicam in cautela sequenti.

Cautela quòd licet in criminalibus non admittatur procurator, admittitur tamen excusator[a], & uide hic alios modos defendendi absentē. LXVI.

a Excusator. *Excusator qñ amitti debeat, uide Spe. de cit. § j. uer. itē quod erat infirmus. & § vj. uers. quid si altera. & Docto. post Bar. in l. quæsitū. de re iudicata. Excusatorem admittere est utile citato. Vide Spec. de accus. § vj. uersi. sed quid si citatus.*

1 *Procurator in causa criminali regulariter à relegatione suprà nō admittit.*

2 *Iudex ex officio de innocentia rei poterit, & debet inquirere, & si ipsum innocentem reperiat, absoluere.*

1 IN causa* criminali regulariter à relegatione suprà nō admittitur procurator, vt l. seruum quoq;. §. publicè. ff. de proc. & l. pe. §. ad crimē. ff. de pub. iudi. intantū quòd etiā pater pro filio nō potest interuenire, etiā si dicat: quòd veniat pro suo iure & interesse. iuxta l. j. ij. iij. & iiij. ff. de lib. causa. quia secūdùm veram opi. non potest nec debet admitti filio absente, licet multi teneāt contrariū in hoc, vt no. in dictis iuribus. Sed tu potes adhibere per indirectum cautelam, quæ tantū operabitur, ac si admitteretur ꝓcurator vel defensor. nā si habes iudicē amicū, vel nō cō-

trariū, q iudex velit ꝓcedere per inquisitionē, iuxta not. in c. qualiter & quādo: ij. de acc. debes ipsum adire, & nominare testes in secreto, q sint deposituri secūdū veritatē, ꝓ absente inculpato, & dare sibi interrogatoria in secreto sup q̄bus debeāt interrogari, qa tunc iudex poterit eos examinare, nō dico ad instātiā partis, sed ex suo officio, & si ex illis attestationibus apparuerit inculpatū, nō esse culpabilem, iudex poterit: & debet ipsum absoluere, vt est casus no. in l. si nō defendātur. in fin. ff. de
2 pœ. *vbi dicitur, ꝙ iudex poterit, & debet etiā inquirere de innocentia rei, & si reperiat innocētē, debet absoluere. & ibi hoc not. Bart. & idē ipse no. in l. j. §. fi. ff. de quæsti. & ī l. is qui reᵒ. & ibi p. Doct. ff. de pub. iud. Et ideo licet vulgò dici soleat, Cōtra cōtumaces omnia iura clamant: tñ si iudici cōstat de innocētia, debet ipsum absoluere. Et sis cautus ꝙ non apareat ex processu, ꝙ iudex fecit ad instātiā alicuius ꝓcuratoris, vel defensoris, qa nō valeret, per d. §. publicè. & p §. ad crimē. cū ibi no. sed iudex debet scribi facere ꝙ illā examinationē fecit fieri ex officio, qđ bene no. in practica, quia isto modo semel adiuui amicū meū. Potest etiā alio modo adiuuari absens reus qui nō potest defendi per procuratorē, quādo cōmisisset tale crimē, de quo nō posset inquiri vel procedi contra ipsum per viam accusationis, vel alio modo: quia tunc cautela est, ꝙ vnus quicunq; sit cōpareat corā iudice, & quilibet de populo potest cōparere, & dicat, domine iudex non potestis inquirere: vel procedere cōtra talē, quia poterit impunè occidi, vel alia de causa: nam tunc debet iudex ipsum admittere, vt no. sing. per l. vbi pactū. per glo. ibi. C. de act. de quo dic, vt ibi per Doctor. & in d. §. publicè. Potes etiam uti alia cautela, quando crimē debet nūciari per syndicum vel officiales cōtratæ, vel villæ, & ille officialis sit amicus tuus. nam potes procurare, quòd ille officialis pronunciet reum, & det nomina testiū, qui penitus nihil sciūt de dicto maleficio, quia tūc examinatis dictis testibus, qui deponunt se nihil scire, de necessitate debebit illū inculpatum absoluere, et ex quo nihil probatū est contra eū, ex d. l. si non defendātur. ff. de pœ. cum si. sed ista cau. non ꝓficeret, vbi ꝓcederetur per accusationem, quia tūc accusans volens probare, nominabit testes iudici, qui nihil sciant de crimine, quod no. quia vidi procuratores vti hac cautela, sed caue ne ipsa vtaris in perniciem animæ tuæ.

Cautela notabilis instruens aduocatum, quòd semper allegat motiua uera, & persuasiua. LXVII.

1 *Iudex sæpissime ad iudicādū mouetur, per rationē, quæ minus facit, et aliquādo nihil facit, & nō mouet per rationē urgentem, quæ in caput suū nō intrat.*

SVNT multi procuratores & aduocati, qui in suis allegationibᵒ, & defensionibus, vt videātur sapientes & nō cauillosi, nō allegant neq; adducūt pro defensione sui clientuli, nisi ea quæ vera sunt, & videntur multū vrgere, & iura adducūt solūmodò: quæ videntur concludere de necessitate. sed tu sis cautus, & non ita facies, si foues iust.tiā: casum primò deducas, rationes, & iura causæ tam

tum quæ bñ faciũt & cõcludãt, quàm etiam quæ nõ ita bene faciũt: si sunt persuasiua, & etiã ducant aliqualem
a præsumptionẽ.ª *Et est rõ, quia sæ
1 pissime iudex mouetur ad iudicandum per rõnẽ, quæ minus facit, & aliquando nihil facit seu valet, & non moueretur per rationem vrgentẽ, q̃ non intrat caput suũ. Istam cautelã dat d. Ant. de Bu. in c. per tuas, qui fil. sint leg. & teneas, quòd sit vtilis, qa sæpissime expertus sum.

a Aliqualem præsumptionẽ. *Præsumptio probat plenè in his, quæ sunt consona ueritati. Bar. in l. ij. in princ. in ij. col. uer. quærit. gl. j. in lect. Nico. de Neapo. ff. de excus. tuto. Præsumptiones plures simul concurrentes, inducunt animum iudicis ad unum conceptum mentis finalem, ut adminiculo iuramenti non indigeat. Bal. in rub. C. de controuer. inuesti. in ulti. col.*

Cautela quando ille, qui debet mitti in possessionem, uel ille qui emit rem affinis facit citari habentem ius, quib. uerbis utetur in citatione. LXVIII.

1 *Statutum, ut est Perusij, & Taruisij, si disposuerit, quòd propinqui ita demũ ad præsentandũ admittantur, si ciues fuerint, intelligitur de illis, qui onera & factiones sustinent.*
2 *Exceptionem non competere, & non posse ipsam opponere, paria sunt.*
3 *Actor sequitur forum rei.*
4 *Clausula, si sua putauerit interesse, quam efficaciam habeat.*
5 *Promissio centum annorum ubi interuenit, præscriptio non currit.*

SI petens se mitti in possessionem facit cõtradictorem, & contradictor comparuit, & fuerit repulsus tempore iussus de mittendo, nũquã admittetur amplius ad contradicendũ tẽpore iussionis. nam nec auditer, si velit appellare. l. vnica. C. si de momẽ. pos. fuerit app. quod singulariter limitat Bal. in l. fi. C. de edi. diui. Adri. tol. videlicet ꝙ ita demũ appellet iste cõtradictor, quãdo se opposuit non citatus tempore missionis, vel etiã si fuerit citatus sub cõditione, vt si habeat ius contradicẽdi, cõpareat. sed si fuisset citatus simpliciter, quòd deberet cõparere ad cõtradicendũ: tunc hæres vel alter qui fecit eũ citare ꝓ legitimo cõtradictore, nõ admitteretur posteà ad dicen
a dum, quòd nõ esset legitimus a cõtradictor, allegat no. per Inn. in c. cũ inter. de excep. & idem no. Bar. & Doct. in l. si cui mulier. ff. solu. matri. & Bal. in l. si suspecta. de inof. testamẽ. & do. Ant. in c. exhibita. in antepen. col. de iud. & Canonistæ in d. c. cũ inter. facit quod no. Bal. in l. testamenta. in fi. C. de testamẽ. & Ang. in l. j. §. hęc stipulatio. in viij. co. ff. si cui plus quàm ꝑ l. Falci. Et ideo si statutũ dicat, ꝙ propinqui & collaterales possunt se præsentare sup venditionibꝰ vsq; ad certũ tẽpus, & elapso tẽpore, emptor denunciat alicui affini, ꝙ si se vult pręsentare super venditione prædicta, debet cõparere: iste affinis cõparuit. ẽptor vidẽs, quòd affinis cõparuit, opponit ꝙ non põt: qa lapsa sunt tempora comparendi. Dicendum est, quòd si iste emptor citauit eum pro habili, & citatio fuit facta purè & nõ cõditionaliter, & specialiter fuit facta illi affini, quòd emptor nõ poterit posteà opponere exceptionem inhabilitatis. Et idem est dicendum, si statutum dicat, sicut est Paduæ, quòd affinis vel vicinus nõ

posſit præſentare quēdā niſi ſibi de-
nuncietur,& emptor denūciauerit
ſibi pure:quia tūc nō poterit oppo-
nere de inhabilitate,qa citādo ipsū
ſimpliciter,videtur reputare ipſum
legitimū contradictorē vel præſen-
tatorem.& idem eſſet dicendū ſi ſta
1 tutū diceret,*ſicut eſt Peruſij & Ter
uiſij,quòd propinqui ita demū ad
mittantur ad præſentandū,ſi ſint ci-
ues,vt intelligantur eſſe ciues,ſi ſu-
ſtinuerūt onera & factiones.& em-
ptor citauerit quēdā ciuem Teruiſi
nū per priuilegiū commorātem ali
bi,& nō ſuſtinentem onera & factio
nes Teruiſij,& citatus cōparuit,nō
poterit citans ſibi opponere,quòd
nō ſit habilis ex forma ſtatuti,ex quo
forma videtur approbaſſe ipſum ci
2 tando ſimpliciter,* quia paria ſunt
exceptionē nō cōpetere,& nō poſ-
ſe ipſam opponere,vt eſt gl.no.in l.
qui habebat.ff.de manu.teſtamen.
Et ideo ſis cautus in caſibus prædi-
ctis & in ſimilibus,quādo vis ſpecia
liter aliquem citari facere,vt conci-
pias cōditionaliter citationem hoc
modo,videlicet citet̃ talis,vt cōpa-
reat,ſi habet ius cōparēdi,vel aliqd
faciendi,vel præſentandi,vel ſi ſua
putauerit intereſſe,quòd nō credit,
debeat cōparere,& nō dicas,vt fa-
ciūt ignorātes,ſcilicet compareat ta
lis,vel ſi talis vult præſentare,debeat
cōparere ad deponēdū pecuniā,vel
aliud ſimile faciendū,quia tūc vide
tur approbaſſe perſonam ſuam,vt di
ctum eſt,quod ſingulariter no.quia
valde vtile & quotidianum. Caute
la præcedēs eſt vtilis etiā ad aliud,&
ex ea potes ſumere aliā cautelā,quā
do tu,q es laicus vel etiā clericus,ve-
lis conuenire vnum clericū corā iu-

3 dice ſeculari.tamē regula eſt,* c
actor ſequitur forum rei,vt in
ſit generale.de foro cōpe.& in
C.de iuriſdict.om.iudi.Et ideo
lens cōuenire clericum,debes ad
iudicem eccleſiaſticum,vt in c.ſi
gēti.de foro cōpe.nam potes per
directū trahere clericū ad forū la
videlicet hoc modo:citetur cler
nō ſimpliciter,quia tūc deberet
ri coram iudice eccleſiaſtico,vt d
ſed citetur,ſi ſua putauerit intere
vel ſi prætendat aliquod ius,quo
ſu videt̃ ſi cōpareret,quòd ſit act
& nō reus,& per cōſequēs debet
ri iudicio laici.Ex quo ſequitur
aliud,ꝙ ſi hæres vult facere inuē
riū,iuxta l.ſi.C.de iure delibe.vel
tor vult facere inuentariū pro pu
lo,iuxta l.tutor,q repertorium.ff.
admini.tutorū.vel vult citare cre
tores & legatarios,& aliq reper
laici,& aliqui reperiūtur ſacerdote
vel clerici,ne habeāt cauſam adeū
iudicē eccleſiaſticū,facit eos cit
4 per laicū hoc modo,*ſi ſua puta
rint intereſſe:qa tūc valebit dicta
tatio,vt voluit Ang.in l.j.§.hęc ſtip
latio.ff.ſi cui plusquā per l.Fal.in re
peti.ſua.& vide circa hoc quod not.
Bal.& Paul.de Caſt.in l.teſtamenta
omnia.C.de teſtamē.ſed tamē tut'
eſt in caſu,vt iudex laicus requirat
iudicem eccleſiaſticū,vt citet cleri-
cū,vt cōpareat corā ipſo,& citet ſu
pradicta cōditione.ſi ſua putauerit
intereſſe.nā regulariter quādo vnus
iudex vult citare ſubditū alterius,tu
tius eſt,ꝙ nō citet,ſed requirat iudi
cē propriū,qui citet eū:vt habetur
in l.omnes.§.verum ſi apparitor.C.
de epiſco.& cleri:& in l.à diuo Pio.
ff.de re iudicata.& per Bart.in l.j.ff.
de

de requi.reis. Alia cautela est, quòd quis ꝑmittat post triginta vel centũ annos, nam si ꝑmitteret etiã post cẽtum vel mille annos, teneretur post dictũ tempus, vt ꝓbatur in l.centesimis.ff.de verborum obliga.& ibi
5 hoc no. Ang. qui tenet,* quòd si ꝑmitteret post centum vel mille annos, anteriori tempore nũquàm prę scriberetur ꝑ illũ tex.& allegat etiã rationẽ, quia ante diem agi non potest, ergo nõ currit præscriptio, vt l.j. ff.de diuersis & tẽpora.præscriptio. Potest dari & alia cautela in casib*, in quibus potest renũciari pręscriptioni, vt inducatur tacita renũciatio, videlicet ꝙ dicatur in instrumento locationis, vel alterius cõtractus, quòd debitor promittat contenta in instrumento perpetuo habere rata & firma, & nunquã in vllo contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa. Nã per dicta verba, perpetuò, & inducitur renũtiatio præscriptionis. ita dicit Ang.no.in l.j.ff.de vsuris. & pro hoc videtur esse tex.secũdùm Ange.& Bal.in l.quod si nolit. §.sicut ita.ff.de ædil.edic.qui allegatur secundùm Bald.ibi. Quòd vbi in promissione apponitur verbum, quãdocũq;, vel verbũ perpetuo, nũquàm currit pꝛ̃scriptio statutaria vel legalis, quod intellige, quando talis est præscriptio, cui potest renũciari. & ita cõsuluit Kapha.Fulg.sequẽdo doctrinã Ang.quã dicit esse verã & singularẽ.& nõ allegat d.§.sicut.& & Bal.secũdũ alias rationes, & cõsilium incipit, proposita q.videtur mihi no.singularis Ang.quod bñ not. quia regulariter in instrumentis dicta verba solent apponi.

a Legitimus contradictor. *Legitimè factum quomodo intelligatur, Inno.in c.fi.de libel.oblatione. Legitimè factum an debeat retractari post. glo.in l.j.C.de iure fisci.lib.x.Dy.in regula, in ambiguis.in vj.& c.factum.*

Cautela quando confessio per errorem facta non possit reuocari. LXIX.

1 *Confessio per errorem facta regulariter reuocari potest.*
2 *Errorem allegare uolens non auditur, ubi sibi ad deliberandum terminus datus fuerit.*
3 *Terminus ad deliberandum & deliberatè respondendum, dubitanti dari debet.*

1 CONFESSIO,* quæ dicitur esse facta per errorem, regulariter potest reuocari, probando rem aliter se habere: vt est tex.cum glos. & ibi per Doct.in l.de ætate.§.fina. ff.de interrog.actio.& habetur in l. error.C.de iur.& fac.igno.& ibi per omnes Doc.& ꝑ Bar.& Doct.in l.nõ fatetur.ff.de cõfes. Sed cautela est, quòd confessio non possit retractari, quòd post dictam confessionem facias assignari terminum breuem confitenti ad dicendum & contradicendum, quare non debeat fieri pręceptum de soluendo, & dictam confirmationem exequi, quia elapso dicto termino, si facies fieri præceptũ de soluendo, erit irreuocabile occasione erroris:* quia vbi est datus ter- 2
minus ad deliberandum, non potest audiri, posteà volens allegare errorem. ita singulariter dixit domi. Ange.de Are.Instit.de act.§.si minus. alle.no.per Bald.in l.j.ff.de confess. & in d.l.error.& pro ista decisione vide glo.singu.quam ipse no.alleg. in c.ex

Cautela

3 in c.ex literis.extra de diuor. *quæ vult, quòd quando quis dubitat, debet sibi dari terminus ad deliberandum, & deliberatè respõdendũ: quo termino elapso si responderit, nunquàm amplius poterit reuocare secũ-
dũ Bal. qui ita no. ad hoc illã gl. pro sing. in l. si quidem. C. de except. & idem no. Inno. in c. cũ olim. extrà de vsur. & Archi. c. fin. de iura. calum. in vi. & Flo. in l. de ætate. §. Celsus. versi. vnum tamen no. circa hanc reuocationem. ff. de interroga. act. Sed vt ista cautela perfectè tibi possit subuenire, adhibeas vnã aliã, & est practica singularis, vt facta confessione seu respõsione, altera pars faciat scribere per notariũ ipsa presente, & dictam cõfessionem seu responsionẽ acceptante, inquãtum faciat pro ea, & nõ aliter: nam ex postfacto dicta confessio seu responsio amplius reuocari nõ poterit, vt l. sicut. C. de act. oblig. secundùm Bal. qui ita singulariter no. in l. Gallus. §. quidam rectè. circa prin. ij. col. ff. de libe. & posthu. Ex quibus sis cautus, quòd confessio vel responsio aduersarij nõ possit reuocari etiam allegato errore, vt duo ista facias concurrere. Primum, quòd assignetur terminus ad confitendum & respondendum, vel contradicendum. Secundùm, quòd acceptes dictam confessionem seu responsionem. de quo tamen vide omnino Bal. in d. l. error. in fi. penul. col. C. de iur. & facti igno. vbi circa hoc facit vnam distinctionem.

Cautela ad hoc ut debitor possit conueniri ubicunque reperiatur. LXX.

1 *Clausula, ubiq; locorum, quid operari debeat.*

SAEPISSIME in instrume[...] debiti solet apponi clausula, licet, q͏̄ omnia illa centũ pr[...] ctus debitor soluere Paduæ, V[...] tiæ, vel Veronæ, Perusij, vel Fl[...] tiæ, & vbiq; locorũ: *de qu[...] habetur in l. ij. §. si quis ita [...] quod certo loco. & in l. si qs in co[...] scribendo. C. de pac. & in l. si cõu[...] rit. ff. de iur. om. iud. & per D. [...] de Bu. in c. j. in xxv. col. extra [...] Sed tu sis cautus ad hoc, vt [...] missio valeat, & possit tibi subue[...] re perfectè, q͏̄ cõcipias eã hoc m[...] dicendo, vt vbiq; locorũ in[...] ne propter copulã, & quæ po[...] ter loca intelligat esse facta [...] per d. §. si qs ita. Itẽ debes acc[...] vbiq; locorũ, quãtũcũq; distant[...] quia si debitor promisit soluere [...] pluribus locis, & subdit clausulam [...] vbiq; locorũ intelligit æquè distan[...] tiũ à loco remotiori nõiato, vt sing[...] lariter dicit do. Ant. de Bu. in d. c. j. [...] quo facit quod no. Bar. in l. sed si [...] in §. quæsitũ. in ij. col. & in fi. [...] §. ff. si qs cau. & qd in simili no. Ba[...] in l. fi. §. sed si quis in cõscriben[...] in iij. col. C. cõmunia de leg. licet in cõtrariũ faciat, qd no. Iac. de Are. in iij. col. C. de epis. & cle. Itẽ qa propter illam clausulã generalem, vbiq; locorũ, nõ poterit debitor cõpelli ad soluẽdũ in vno loco, si reperiatur ibi nauigans, aut etiamsi inueniatur ibi in loco ei suspecto, vt si timet potentiã aduersarij, aut etiã autoritatem iudicis perhorrescat, primũ probatur in l. hæres absens. §. fi. ff. de iudi. secũdũ in l. de ætate. ff. ad Treb. itẽ qa dicta promissio recipit dictã restrictionẽ. ff. de condi. inde. l. qui certo loco. ita no. dicit Ange. in l. cũ ei. in fi. prin.

prin.ff.de lega.ij.Ideo ad tollendã iã dubitationẽ, addas instrumẽto, dictũ vbiq; locorũ,etiã scilicet si ibi reperiatur nauigãs,vel aliud simile faciens,vel etiã si ibi timet potentiã aduersarij,vel authoritatẽ iudicis. Itẽ etiam addas,si ibi nõ reperiatur, per ea quæ notantur in d.l.hæres absens. §.j. Item quod promisit in tali loco soluere,& se ibi personaliter præsentare, secundũ Bal.in l.cũ Archimedorã.circa medium.C.vt in pos.leg. Vltimò adde,quod debitor dictus renũciauit oĩbus & singulis legibus,prouisionibus, & priuilegijs,& gratijs, & saluiscon ductis tã factis quàm faciẽdis, & promisit nõ impetrare aliquã gratiam, vel priuilegiũ,vel saluũ cõductũ.vel aliquid in cõtrariũ,& iurauit prædicta omnia singula attẽdere & obseruare, & nõ cõtradicere,vel facere,vel venire de iure,vel de facto sub tali pœna &c.Ex quib.oĩbus sic formare potes promissionẽ, quæ cẽtũ dictus debitor promisit soluere hîc Paduæ, Venetiæ,Perusij,vel Florẽtiæ &c. & in dictis locis se præsentare, vel in aliquo ipsorũ,ad omnẽ requisitionem dicti creditoris,& vbiq; locorũ quãtũcũq; distãtiũ.etiã si reperiatur ibi idẽ nauigãs,vel quod simile faciẽs, vel etiã si ibi timeret potentiã aduersarij vel alterius,vel iudicis authoritatẽ,vel etiã si ibi nõ reperiatur,& promisit soluere oĩa & integra centũ,& insolidũ,vbi fuerit inuentus, vel vbi fuerit petitũ,& dictus debitor renũciauit omnibus & singulis legibus, prouisionibus &c.vt dictũ est suprà.

Cautela quo tempore aget ille, qui petit pœnam dupli appositam in contractu. LXXI.

1 *Clausula, rato manente pacto, quid operetur,remißiuè.*

REGVLARITER in instrumentis vẽditionũ,& aliorũ cõtractuũ solet apponi pœna dupli,videlicet,& promisit duplũ noĩe pœnæ, quã exigi & cõsequi posse voluit,rato manẽte pacto. *de qua clausula habet in l.j.& per totũ.ff. de euic.& in l.rescriptũ. §.si pacto.ff.de pac.& ĩ l.ita stipulatus.la grãde. ff. de verbo. oblig.vbi ponit an pœna & res exigi posit.Sed aduertas,quod ista pœna nõ potest exigi per emptorẽ etiã re euicta, & sic etiã si esset cõdemnatus ad rẽ emptã restituendã: nisi quãdo res vẽdita aberit ab ipso emptore,& sic ab eo fuerit auocata,vt est tex.cũ glo.no.in iiij.q.incipit,si seruum. in prin.ver.abest.ff. de act. empt.& est tex.cũ gl.in ver.restituto.in l.euicta. §.fi.ff.de euict.facit l. habere licere. eo.tit.Et ideo tu,qui vis agere & petere pœnã dupli appositã in contractu,sis cautus,vt patiaris primò sententiã ferri cõtra te,ita quod transeat in rẽ iudicatã,& vltra hoc,vt res auocetur ab ipso,ita quod tradat rẽ vincenti, vel ponatur in possessionem.aliàs si ageres antequàm auocetur, succumberes per prædicta, & ita ego aliàs obtinui in quæstione facti.

Cautela ad euitandum quòd testes non examinentur a ad futuram rei memoriam, reperies similem cautelam pro eodem. LXXII.

a Testes nõ examinẽtur. *Testes recipi nõ poßũt ad perpetuã rei memoriã, quãdo reus offert se paratũ,tũc uelle subire iudiciũ, Ang.ĩ d.aut. §.et hic uero. quod dicit uerum post Inno. in c.significauit.in glo.sua j.nisi iudiciũ pendeat ex alieno arbitrio, nõ actoris tantùm.*

tū. Itē uerū nisi reus se sic offerēs, oppo nat exceptiones impedītes litis ingres sum. Ang. ibi in iiij. col. quod dicit ibi sing. probari contra Inno.

2 *Testes ad perpetuam rei memoriam, etiam lite non contestata, regulariter examinari possunt.*

1 TV scis, *quòd testes possunt 2 examinari etiam lite non contestata, etiam ad perpetuam rei memoriam, quando testes sunt valetudinarij, ita ꝙ dubitatur de morte, vel sunt recessuri, vt no. extrà vt lite nō cōtestata. c. quoniam. & in l. lege Aquilia. ff. ad legē Aquiliā. Sed reus si vult impedire istā examinationē, sit cautus, & dicat, ꝙ non vult ꝙ fiat examinatio, & offerat se paratū suscipere iudiciū, & velle litigare, qa tūc nō poterit fieri examinatio. Ita singulariter not. Ang. in aut. de testib⁹. §. & hîc verò. col. vij. Et est ratio, qa cessat causa illius examinationis tūc petitæ. & ꝓpterea dico, ꝙ istud debet intelligi, nisi testes vellent recedere antequàm lis posset cōtestari, vel dubitaret de morte ipsorū, vel si esset tempus, puta feriatum, quo agi non posset.

Cautela pro usufructuario. LXXIII.

1 *Vsufructuarius regulariter cauere tenetur, quòd ipse utetur & fruetur arbitrio boni uiri.*

2 *Vsuræ prohibitæ sunt.*

1 VSVFRVCTVARIVS *tenetur regulariter cauere, ꝙ ipse vtatur & fruatur arbitrio boni viri, vt habetur in ti. ff. vsufruct. quē ad. caue. Sed no. vnam cautelā pulcherrimā, quā potest adhibere vsufructuarius in hoc, vt ipse dicat, se fideiussorē nō posse inuenire, q pro eo promittat de vtendo & fruen[illegible] arbitrio boni viri. qa tūc vsusfr[illegible] debebit apud hæredē remaner[illegible] hæres debebit præstare vsufruc[illegible] rio tertiā partē vsuræ centesim[illegible] probatur in autē. de nuptijs. §. [illegible] rò vsusfruct⁹. & ibi hoc no. & te[illegible] Ang. col. vij. *Sed ego credo, q[illegible] die vsuræ sint prohibitæ, vt c. q[illegible] omnibus. extrà de vsu. & in aut[illegible] ad hoc. C. eod. titu. ꝙ talis vsura p[illegible] nō possit, nisi petatur tanquā [illegible] teresse: sicut dicitur in simili de e[illegible] lumentis legalibus dotis: habetur c. salubriter. extrà de vsu. ff. sol[illegible] matri. l. insulā. §. vsuras. & in l. [illegible] præterea. ff. de iure dotium. & i[illegible] curabit. C. de actio. em.

Cautela ad interrogandum testem, ut faciliter conuinci possit de periurio, uel affectione. LXXIIII.

1 *Testis quòd incontinenti se corrigere uoluerit, non præsumitur.*

TESTIBVS examinandis solent fieri examinationes, [illegible] quibus habetur in c. cū causam. i[illegible] testi. & in l. testium. C. eo tit. & inter alios aliqui cautelosi faciunt istā in-
a terrogationē, si credit testis a verum esse id quod testificatus est: & hoc [illegible] ciūt, ꝙ si testis dicit ꝙ sic, nō probat: quia deponit de credulitate, & non de veritate, vt habetur in dictis iuribus. Sed si diceret, ꝙ nō, videt illud reuocare, qd primò dixit, & sic qualitercunq; respondeat, incidit in laqueū, vt no. Io. And. in c. inquisitionis. in ver. de credulitate. ī nouel. de accus. Sed tu dicas, ꝙ ista interrogatio tanquā cauillosa & captiosa non est admittēda, & si iudex aduerteret ad legitimandum interrogatoria, &

reper

reperit talem interrogationē, cācellet eā, sed si iudex impeditus eam dimitteret, & secūdū eā testis esset interrogatus, & respōdisset affirmatiuè, siue negatiuè, dicas q non nocet dicto testis, in quo primò deposuisset in veritate:
1 *qa nec pręsumptio est, q incōtinēti voluerit se corrigere, vel nō ad ea. ff. de cōdi. & demō. nisi hoc apertè diceret, vt in c. præterea de testi. cog. Et hoc vltimū, q valeat tale dictū testis, & q nō videatur se corrigere, tenet do Prosdo. de Comitibus, in c. in omni. de testi. vbi vide. Alia interrogatio solet fieri, videlicet interrogatur testis, qui deposuit aliquid affirmatiuè vel negatiuè, si possibile est rē aliter se habere, & testis ipse nesciret: nā si respōdet q sic, nō creditur eius dicto: quia nō cōcludit necessariò, vt in c. in pręsentia. de proba. & ī l. nō hoc. C. unde cog. cū simi. Pone exemplū, testis deposuit, q Titius tali die nō fuit in tali loco, puta in scholis, interrogetur si possibile est, q ipse fuerit, & testis hoc nesciret, si respondet, q sic, nō probat eius dictū. Itē pone exemplū affirmatiuè, testis dicit, q res nō valet tantū, & cōmuni ęstimatione iudicaretur, ita interroget, si possibile esset, q nō ita iudicaretur cōmuniter, & si dicit, q sic, eius dictum non cōcludit. & idē tu dicas in similibus. & ista interrogatio est valde vtilis, & semper tu apponas in interrogationibus tuis. Vna alia cautela est inuenta calūniosè circa personā 1
testis, nā cōmuniter solet fieri interrogatio ista, interrogatur testis quā partē vellet vincere, & qa testis sapiens communiter solet respōdere, q vellet, q pars quæ habet ius vinceret: sed cautelosi addunt aliā interrogationem, scilicet quam partem velles habere ius, cui interrogationi si testis debet respondere secundùm veritatem, non est dubium quòd oportet, vt dicat talem: quia communiter quis magis fauet vni parti, quàm alteri, & ideo eius dictū non valeret, vnde propter hoc eius interrogatio debet dici cauillosa & captiosa, & propterea non est admittenda.

a *Si credit te. Credo prolatū in attestatiōe ad captionē iudicis uel partis nō uitiat, ut si īterrogat⁹ an credat dicta p eū esse uera. Respō. q sic, secūdū domi. Pros. Comitē Paduanū, in c. in omni. de testi. cōtra Ioā. An. in c. inquisitiōis. in nouel. de accu. secūdū Bartho. Cæp. in ista caute. et ita faciūt cauillosi aduocati in interrogatorijs ad testes.*

Cautela ad euitandum præscriptionem, & repetita per eundem. LXXV.

1 *Præscriptioni inductæ mero negligētis odio renunciari non potest.*

CAVTELA, q in cōtractu nō noceat pręscriptio, videlicet q in instrumento dicatur, promitto tibi mille, & q possis me conuenire quādocūq; velis, & est casus secūdū Ang. & ibi dicit in iij. no. in l. quod si nolit. §. si quid. ff. de ædi. edi. facit quod no. in l. itē illa. §. quod adijcitur. ff. de consti. pe. & hoc intellige in qualibet pręscriptione inducta in defectū prouisiōis hoīs, cui possit renunciari, secus in pręscriptiōe inducta mero odio negligētis. *quia nō potest illi renunciari, secundū Ang. in dicta l. sicut ita. de quo p Barto. & Docto. in l. nemo potest. de leg. j. & per Bald. in l. itē illa. ff. de cōsti. pec. & per Bart. & Doct. in l. j. ff. de vsur.

Cauto

Cautela pro aduocatis & procuratoribus, ad protrahendũ causas ad longum, & ad reiterandum plures appellationes. LXXXV.

1 *Interlocutoriam suam iudex reuocare non potest, quando res integra non est.*

2 *Appellationes plures sup nullitate fieri possunt.*

3 *Causam iustã fouenti aduersariũ suũ decipere licitum est, & per indirectũ ipsum uincere, dũmodò mẽdacium uel periurium non interueniat.*

NOTA secũdum Vbertũ de Bobio, & Ioã. de Deo, ꝙ aduocatus, q̃ tenet de principali debet differre causam, si habet diuitẽ clientulum, vt proponat reus aliquã exce-
a ptionẽ a, & sup ea faciat pronunciari, & posteà appellet. C. de appel. l. addictos. & admittit̃ appellatio causa legitima ea inserta, vt in c. debit⁹. de appel. & hãc appellationẽ prosequatur. & super ea statim impetret
1 iudicẽ, vel nũciũ mittat, * & posteà nõ põt iudex reuocare interlocutoriã cùm res nõ sit integra: vt not. in c. cũ cessante. de appel. & Specul. in ti. de exceptio. §. iusto. ve. sed nunquid. Itẽ secundũ Alber. adhuc amplius poterit prorogari: qa si in causa appellatiõis aliqua causa incidat, & iudex appellationis grauet, iterũ ab eo appellet, sicut sæpe in curia fieri vidimus per maliciosos procuratores. Itẽ secundũ eũ, longè plus sic poterit prorogari, vt reus appellet à sententia, & dicat eã nullã corã iudice appellationis: qa fieri põt, vt not. Specul. in titu. de senten. §. iuxta. versic. sed quid si sua sentẽtia. vt habetur in Clemen. j. de iudic. & no. in c. sua. de appellatio. & si iudex pnũciauit iustã, vel aliquã, vel ini... statim iterũ appellet, & iterũ c... iudice appellationis iterũ dic. nullã, & sic poterit cẽties facere: ... enim dicitur tertiò prouocas... nullã appellationẽ fuerit psec. & semper possit dicere sentẽtia... lam: vt ff. quę senten. sine appella... rescind. l. j. & l. ij. Itẽ docet Ioan... Deo, ꝙ litigator semper insid... iudici, & inuenta occasiõe appe... nõ timet expẽsas, si diues est... ta superueniet, quę nõ sperab... ra. Sed certè pudet me talẽ rec... doctrinã, quę non illuminat a... nec subleuat ægrũ. xlv. distinc... detis. Hæc enim doctrina nõ ... rudiendorũ, sed perdendorũ a... rum, dũ quid mali didicerint ... ant. de cõsecratione, distinctio... pro dilectione. doctrina etenim ... la, cõscientia est malitiosa docte... vt in j. q. vij. cõuenientibus. ita ꝙ ... Specu. de except. §. nisi. versic. ... ligetur. secũdũ Vbertũ de Bobio ꝙ ista cautela nõ vtaris vbi causam ... ues iniustã, sed solũ quando ... dubitas de fauore & potẽtia alte... partis, lucrando causas, perdes animam, iuxta not. in c. presentiũ. de testi. in vj. & vide ꝙ dicã in seq. cautela. Vbertus de Bobio docet aliã cautelam, videlicet, vt appelians appelando, & prosequendo dicat primã sententiam nullam, & si iudex appellationis dicat eam aliquam, vel iustam, statim poterit appellari, etiam centies, & per hanc viam, vt docet Specul. in titu. de appeliatio. §. quoties. in versic. itẽ no. secundũ Vbertum. & dixi in præcedẽti. sed clarius dicas dando cautelam similem duobus modis. Primò, quòd si est lata

senten

sententia, appelles, si est lata secundo cōtra te in causa appellatiōis, iterum appelles, si fertur tertiò sententia contra te, dicas illam tertiā sentē
b tiam nullā b, quod fieri potest: vt in Clemen.j.de re iud. & si pronūciabitur ipsam aliquam, appelles ab ista pronūtiatione, quod fieri potest, & si iterum in causa appellationis pronunciabitur cōtra te, appelles secun
2 dò, quod fieri potest: * quia illæ duæ appellationes sunt super nullitate: & sic super diuersis, per ea, quæ habentur in c.sua.de appel. & in l.vnica.C. ne li.in vna & ea.ca.ter.prouo. Et si tertiò pronuntiabitur cōtra te, dicas istam tertiam sententiā nullā: & sic procedas vsq; in infinitū: vt suprà. Et licet ista cautela prosit ad litigandū, tamē non prodest quantùm ad impediendum executionē: quia latis tribus sententijs cōformibus sup negotio principali debet fieri executio, licet post tertiam sentētia nulla: vt in d.Cl.j. de re iudi. Et ideo melior cautela videtur esse alio modo ad impediendū iudiciū super princ. & ad impediēdū executionē hoc modo, videlicet q̄ si feratur prima sententia contra te, non appelles: sed dices eā nullā, q̄d fieri pōt. l. si expressim. ff. de app. & ibi no. & si pronunciabitur eam aliquā, appelles ab ista sentētia, & si iterum pronuntiabitur ea aliqua, secundo appelles: & si tertiò pronuntiabit aliqua, licet non possis amplius appellare, tamen potes istam sententiā vltimam super nullitate dicere esse nullam, & sic vlterius procedatur mi... Circa prædicta vide not. in Cle. j. de re iudi. & no. in Clem, fin. de appell. Sed dicta cautela nō vtaris, nisi foueres causam iustam in causa principali. sed si foueres iustā, videtur q̄ tali cautela quis posset vti, per gl. not. in c. cupientes. in ver. malignātes. de elect. in vj. & vide quod ibi not. circa
3 hoc. & p̄ gl. not. vj. q. j. p̄dicator. * vbi dicitur, q̄ licitū est fouenti iustā causam decipere aduersariū, & p̄ indirectum ipsum vincere, dūmodò mēdacium vel periurium nō interueniat.

a Exceptio. *Exceptio, quæ pōt incontinenti probari, admittitur, quæ aliàs non admitteretur, in Spec. de lit. cōte. § .ij. uersicu. quid si reus. & dicitur incontinenti, id est, infra triduū. glo. in l. ij. C. de erro. aduoca. Exceptio, quæ nō releuat, non debet admitti. Bald. in l. cum seruum. C. de ser. fugit.*

b Sentē. nul. *Appellatio a sentētia nulla fieri pōt. c. dilecto. & ibi Docto. de appella. uide per Bald. in l. j. in j col. in uer. quarūt Doc. de sen. ex peri. rec. & in Spe. de app. in iij. parte. in § .j uersi. quidam autem utuntur. & uide in l. si constat. & in l. si expreßim. de app. & Paul consil. xv. & Alexā. consi. ij. iiij. parte.*

Cautela quia in præcedentibus dictum est de appellationibus. LXXVII.

1 *Appellationis in materia cautelæ, remißiuè.*

VIDEAMVS etiā aliā cautelā de eadē materia. nā ille, qui vult appellare, debet esse caut^a, vt si iudex nō vult admittere antiquā exceptionē, q̄ ipse præponat exceptionē suā, & si iudex eā admittet, tantū est, ac si non admittit, sed reijcit expresè vel p̄cedēdo ad vlteriora, debet tunc appellare hoc modo, videlicet quia iudex nō admisit exceptionē suā p̄positā: imò eā reijcit expresse vel tacitè: appellat ne procedat in

causa tali ad vlteriora procedendo. sed si solūmodò allegata exceptiōe, & nōn reiecta expressè vel tacitè, licet non admissa appelletur in causa, talis appellatio non valeret. ista omnia probātur in c. dilecto. de app. & ibi per omnes. & no. Ant, de But. & Docto. in c. interposita. de appel. Secūda cautela, q̄d ille, q obijcit exceptionem corā iudice, offerat se eā probaturū incōtinenti, si pōt, qa tūc si nō admitteretur talis oblatio, appellatio interposita ꝑpter hoc iustificaretur, solùm probādo, ꝙ se obtulerit, & nō fuit admissus, vbi aliàs teneretur probare exceptionē oppositam esse veram: vt est tex. in d. c. dilecto. in prin. & ibi hoc not. glos. in §. j. & no. oēs Doc. in prin. Tertia cautela est circa idē, qn̄ aliquis opponit vnam exceptionē coram iudice, & iudex eā non reijcit nec tacitè, nec expressè, nec etiā admittit, sed dicit ꝙ dubitat, & ꝙ vult habere consiliū, sicut sępe fit, & tenet illū obijcientē exceptionē: nā tunc cautela est, ꝙ obijciēs exceptionē, requirat iudicē cū aliquo interuallo tēporis congruo: cūi non aliter declarat elapsa tertia requisitione, poterit appellari, & nō antè. arg. c. j. de sup. negl. præla. & dicit no. Anto. de But. in d. c. dilecto. & no. idem Ab. Sicu. in c. intimasti. eo.
1 tit. *Et si tamen videre vis alias cautelas in materia appellationis, vide plenè p Spe. in tit. de ap. §. qualiter. ver. in summano. in secūda pte Spe.

Cautela corā quo sit appellādū, quando iudicis præsentia haberi non potest[a]. LXXVIII.

a Hab. nō pos. *Adde Spe de primo et secundo decre. §. ij. uersi. porro. & §. v. uersi. sed cui. & se. Iudicis absentia non inducit desertionem causæ appellationis, si sibi sit facta protestati[...] parte. Bald. in addi. Spec. de ap[...] uersicu. mora iudi.*

1 *Personæ honestæ quæ dicantur.*

QVIA in lectione sequent[...] gemus. c. sā. de appella. vi[...] mus circa eas aliquas cautelas, [...] do quis non potest appellare, seu [...] pellationem interponere coram [...] dice à quo, sic regulariter debe[...] terponi: vt l. fin. ff. quando appē[...] Prima cautela est procedens [...] medio vniuersali, quo cauet, q[...] quando ex aliqua causa nō p[...] beri copia iudicis à quo, ꝙ ad[...] iudex ad quem, & corā eo tan[...] dò appelletur: quia sufficit. tem[...] valde nota. in l. ij. §. dies. ff. quan[...] appel. sit. quia in casu nostro non de[...] bet habere copiam iudicis à quo, [...] quo cum securitate & cōmodo [...] periculo haberi non potest. ar. l. nepos Proculo. ff. de verb. signi. & arg. eorū quæ habētur in l. si expressim. ff. de app. Secunda cautela, [...] timens appellationem interponere, protestetur infra decem dies in præsentia bonorum virorū tabellionū,
1 *& sic duarum personarum honestarum, & sic coram duobus prælatis vel religiosis, hoc per text. i c. pastoe. §. j. ibi, coram publicis & honestis personis. de offi. ordi.

Cautela qūo fiat electio absenti maiori parte. LXXIX.

1 *Electio unius solius, quonam pacto ualere posit.*

IN ELECTIONIBVS quidā adhibēt istā cautelā. nā cōuenientibus canonicis, vł alijs, ad quos spectat electio de iure, scilicet ex cōsil[...] sic nç inter eos facta faciūt delibera

ri, vt

dicit, quòd ista quæstio fuit de facto Bononiæ. Adde te, quod si venditor nõ habuisset fidẽ de pretio, & hoc posset constare aliter, quia tunc nõ trãsfeat dominium, & sibi cõpeteret vẽdicatio, vt habetur in l. inciuilem. C. de rei vendic. & §. venditæ. instit. de re. di. Et quãdo dicatur habita fides, vel nõ, vide gl. in d. l. inciuilẽ. & ibi per Bal. & Doct. in d. l. si quasi. fallit quãdo ex pecunia creditoris posterioris res esset empta, & eidem specialiter obligata, quia tunc esset potior iste vendens omnibus creditoribus, vt est casus multũ not. in l. licet. C. qui po. in pig. ha. quem omnino circa istam materiã vide, qui subijcit, quod non præferentur mulieres in dote. Ex quo no. vnam cautelã vtilẽ, quod si vis mutuare tuam pecuniam vni laboratori pro emẽdis bobus, ad laborandũ tuam possessionẽ, mutues ei hac conditione, quod illi boues sint tibi specialiter obligati, quia tunc tu mutuans eris potior in illis bobus alijs creditoribus etiã anterioribus: aliàs si simpliciter mutuares pro emẽdis bobus, & non diceres, quod essent tibi specialiter obligati, creditores anteriores præferentur, & idem dicas ĩ similibus. Potes etiã ex prædictis aliam colligere cautelã, si tu emisti rem ab vno, q est grauatus ære alieno, & dubites, quod res tibi vendita nõ euincatur à suis creditoribus, qa tũc debes dicere venditori, volo quod pro a pecunia mea ematur fundus, qui mihi specialiter sit obligatus pro euictione: nam tũc si euincetur res vendita, ille emptor erit potior omnib. creditorib. in illo fundo empto de pecunia tua. quod bene not. Et adde quod Albe. de Ros. in l. obligatione generali. in fi. ff. de pign. dixit secundum Vber. de Bo. quòd etiam d. l. licet habet locum, si res empta non sit specialiter obligata, dummodò ille emptor obligauerit vẽditori omnia bona sua. de quo dic, vt dicam in se cau. Item aduerte quia Barto. in l. interdum. ff. qui pot. in pig. ha. videtur hic limitare, vt mutuans pecuniam præferat in re empta ex pecunia mutuata alijs creditoribus anteriorib. nam dicit ipse, quod illud fallit in dote, quia non præferetur mulieri dotem habenti, quia iste mutuans habet solummodo tacitam hypothecam, per ea quæ not. ibi per ipsum. Sed in casu nostro non credo illud verũ esse: nam quando mutuans pecuniam, vt emat res ex ea cum ista conditione & pacto, quod res inde empta sit specialiter obligata mutuanti, mutuans debet habere expressam hypothecam, & non tacitam. ex quo expresse ita cõuentũ est, & pro hoc l. vnica. §. i. C. de rei vxo. ac. & talis mutuans propter istã hypothecam expressam, posterioribus debet pferri omnibus creditoribus, & etiã anteriorib. & etiã mulieri in dote sua, vt probatur expresse in d. l. licet. C. q pot. in pig. h. nam si præfertur omnibus creditoribus habentibus etiã expressam hypothecam, vt ibi, & etiã illis, qui præferent mulieri in dote: ita dictæ mulieri præferendus est, per l. filiũ. cum ibi no. C. qui po. in pig. hab. *Si quis primò obligauit creditori oĩa bona sua gñaliter, & ego sibi vendidi fundũ meũ, & habui fidẽ de ptio, & obligauit mihi oĩa bona sua, qs erit potior in dicta re sibi p me vendita? Et videtur, quod primus creditor: quia quãprimum habui fidem, transtuli in eũ domi

ominium, vt est casus in l. quidam. ff. de in rem versi. & in l. procurato- ris. §. sed si dedi mercē. ff. de tri. & di xi in pcedenti cautela: tamen Vber. de Bo. quem sequitur Alb. de Ros. te net contrarium p l. licet. C. qui pot. in pig. hab. & licet ista lex loquatur quā specialiter obligatur, tamen di- cunt ipsi, q̄ nō refert an generaliter vel specialiter obligetur, vt C. de pi. l. & quia. Itē præferunt̄ prefati fisco generali, sicut ex speciali obligatio- ne. ff. qui po. in pig. ha. l. si pignus. C. de pig. l. si ignorāte. nā ille ex cuius pecunia nauis est salua, p̄fertur, vt l. interdū. ff. qui pot. in pi. ha. ergo iste 3 venditor cuius res fuit, forti* debet p̄ferri. arg. est optimum, & quasi ex- pressum. in l. quod quis. ff. de priuil. cred. Ad tollendū tamē omne dubiū cōsulūt ipsi, & dāt cautelā, q̄ vēditor dominiū retineat, quousq; sibi satis- fiat de pretio: & ita cōiter fit, & ob- seruatur secūdùm eos, & bene. Quo tidie contingit, q̄ emit quis rē ab ali quo, qui malè vtitur substātia sua, & ære alieno grauatus est, & habet cre ditores anteriores hypothecā habē- tes, & dubitat, q̄ si solueret pretium, res sibi vēdita euinceretur à credito ribus venditis anteriorib⁹. si eminet euictio in limine cōtractus, pōt pete re à vēdēte, vt sibi caueat de euictio- ne antequā soluat ptiunn: vt l. si post perfectam C. de euic. & si nō pōt ca- uere, neq; securū reddere emptorē, & emptor velit omnino retinere rē emptā: dic q̄ cautela est, q̄ pretium soluat vni priori creditori, q omni- bus præfertur vigore suæ hypothe- cæ, & tēpore solutionis, & antè con- ueniatur, quàm ipse creditor ante- rior ponat ipsum emptorem in locū suum ad suam hypothecam & obli- gationem: & ita etiā tempore dictæ solutionis, vel pōst, ille creditor an- terior cedat iura sua, & omnē suam hypothecam & obligationē sibi em ptori. iuxta l. Modestinus. cū no. per glo. & Doct. ff. de sol. quo casu prior creditor habebit pretiū, & emptor soluens sibi pretiū habebit hypothe cam, & p̄fertur omnibus creditori- bus ipso anterioribus, sed posterio- ribus illo cui soluit: vt probat̄ in l. pe. & fi. & p totū. C. de his qui. in pri. cre. lo. succe. & est gl. ordi. in l. j. & in l. Aristo. quæ res pign. obli. pot. & ibi p Bar. & Doc. *Sed nūquid credi- tores mariti constante matrimonio possunt occupare bona mariti p iu- re creditorū, volētes offerre dotem vxori? Videt̄ q̄ nō: quia adhuc actio de dote nō competit, neq; est casus, in quo dos posset solui cōstante ma trimonio. & not. in toto tit. C. si dos cōstan. ma. & no. in l. j. ff. si cōstante. in pri. ff. so. ma. bona mariti creditores. possunt occupare, offerētes dotē v- xori: vt l. cùm tibi. C. qui pot. in pig. hab. & hoc tenet ibi Bar. secundùm Iac. de Are, qđ dicit esse mēti tenen- dū ppetuò. & idē tenet Bar. in l. si cō stāte. in prin. in vij. q. prin. tertiæ par- tis. in ver. ex his ergo respōdetur. & Ang. Bal. Pau. de Cast. in d. l. si cōstan te. in pri. videt̄ tenere cōtrariū. Sed tu dic: aut est solutū matrimoniū, & tūc est loc⁹ restitutioni dotis, & tūc oēs cōcordant, q̄ creditor posterior pōt offerre dotē vxori anteriori in hypotheca, & in eius locū succede- re: vt d. l. cùm tibi. & l. j. & p totū. C. de his qui in prior. cre. lo. succe. vel nō est solutū matrimoniū, sed mari tus vergit ad inopiā, & mulier īcipit

agere contra maritum pro dote sua. a l. si constante. præalle. & l. vbi adhuc. C. de iure do. & tūc idē: quia ex quo mulier ageret, & agere potest ꝑ dote, ita potest offerri dos pro sua per anteriorem creditorē, per iura præalle. & isto modo intelligatur quod not. Ang. & Doct. prædicti. Aut non est casus dotis petendæ: quia marit⁹ viueret, nec vergat ad inopiā: & tūc teneo opin. Iacob. de Aret. & Barto. quia sicut non potest peti vel restitui dos: ita nec etiam potest alteri creditori cedi, & offerēti dictam dotem. Et creditorē posse offerre pecuniam dotis mulieri, intelligo, nisi in instrumento dotis diceretur, quod 1 in casu dotis restituēdæ, mulier posset petere dotem suā in pecunia vel in bonis mariti in electione ipsius mulieris: quia tunc creditores ea inuita, non possunt offerre pecuniā ea nolente: sed volente sic, ne sibi tollatur electio data in instrumento dotis: quod not. quia quotidianum.

Cautela quomodo uēditor possit percipere fructus ex re uēdita, nō computando illos in sortem. CXXV.

1 Locator obligatus est ad mercedis exonerationē, si res locata periјt, uel fructus conductor percipere non poßit.

2 Vsuræ Digestorum tempore prohibitæ non erant, hodie uerò sic, utriusq; testamenti pagina.

3 Vsura cur in mutuo prohibita sit.

4 Intereße probare difficile est.

QVI vult vendere fundum rusticum, vel vrbanum, & emptor non vult, nec potest soluere pretiū incontinenti, sed ad terminum, quæ cautela adhiberi poterit venditori, vt durante termino solutionis faciēdæ venditor fructus rei venditæ percipere posit: licet aliàs non possit percipere: vt l. Iulianus. §. si fructib⁹ de actio. empt. Respondetur secundum aliquos, debet venditor locare fundum venditum emptori certo pretio, donec venditori pretium venditionis solutum fuerit, per textum in l. sicut emptio. §. j. cum l. seq. quæ incipit, cū vēderē fundum. ff. loc. vbi est de hoc casus ad literam, & erit vtilis ista locatio vēditori quo ad tria. Primò quantum ad pensionem. Secundò quod ipse locator, idemq; venditor non obligabitur ipsi conductori, sed conductor locatori: vt est tex. in d. §. j. quod declaro. * Nā licet alias 1 locator sit obligatus ad exonerationē mercedis, si res locata perijt, vel fructus cōductor percipere nō potest: vt l. si vno. §. itē cum quidā. & ibi plenè per Bartol. & Doct. ff. loca. & in l. ex conducto. §. si vis tēpestatis. & in §. sed & si habes. & in l. si merces. §. vis maior. eod. tit. & c. propter sterilitatem. & ibi per Cano. extrà de loca. cum simili. cùm hoc casu, res vendita, & locata sit emptoris, eiusdēq; cōductoris, venditor idemq; locator non erit obligatus ad exonerationē mercedis, si res locata periret, vel aliter conductor damnū passus fuerit; & post perfectā vēditionē omne cōmodum, & incommodū spectat ad emptorem: vt l. necessariò. in princi. ff. de pericu. & cōmo. rei vendi. Tertiò, quia nec etiam venditor idemq; locator tenetur ad rem tradendā, & vti frui posit: vt l. cùm vēderem. ff. loc. & istas duas vltimas vtilitates ponit glo. in l. sicut emptio. §. j. ff. loca. Et est ratio secūdùm Bar. ibi, quia illa pensio magis debetur de pretio,

quod

quod sibi nō soluitur, quàm pro re: vt not. in dicta l. si vno. §. itē cū qui-dam. ff. loc. & ita vidi obseruare hic Paduæ. *Et aduerte, quia dicta cautela procederet de iure ciui. secūdū tē-pora D. gestorū, secundū quæ adhuc nō erāt vsuræ prohibitæ: sed cū ho-die vsuræ sint prohibitæ pagina v-triusq; testamēti, & de iure cano. ī c. quia in omnibus. de vsuris. & in toto illo ti. & in vj. & in Cle. de iure ciui. hodie: vt in aut. ad hæc. C. de vsur. & not. in l. cūctos populos. de sum. tri-ni. præ dicta cautela non procederet: quia dicta locatio cōtineret in se vsurā siue vsurarū prauitatē: nā ex quo e-rat res vēdita & habita fides de pre-tio, & tradita, translatum erat domi-niū in emptorē: vt l. traditionib⁹. C. de pac. & Inst. de rerū diui. §. p tradi tionē. & ideo de re sua pensionē sol-uere non tenetur: & si solueret, esset 3 vsura. *nā vna est ratio princ. quare in mutuo vsura est prohibita: quia il le, qui recipit mutuū, si aliquid solue ret vltra, solueret de re sua, vel ꝑpter rē suā: & ideo dicitur, quicquid acce dit sorti, vsura est, vt l. rogasti. §. si ti-bi dedero. ff. si certū peta. & in l. si ti-bi decē milia. ff. de pact. Vnde ꝑpter hoc nunquàm vtaris ista cautela: sed potes vti alia, videlicet quòd tu ven das pro indiuiso tantā partē rei, quā tantu capit pretium, quod soluitur: a-liam partem retineas, & protesteris, quòd non intelligatur trāslatum ali quod dominium in emptorem, & il lam partem loces eidē emptori cum pacto, quandocunque dabit tibi re-siduū pretij, quòd habeatur pro vē-dita, vel quòd tenearis sibi facere in strumentum venditionis: & hoc erit vtile: quia non poterit per credito-res emptoris tibi auferri, antequam soluatur tibi pretium, ex quo do mi-nium remansit penes te, vel potes ei dictam partem non venditam locā-re ad partem tanquàm colono par-tiario: vel tertiò potes facere pa-b ctum b, quòd deductis expensis te-neatur tibi soluere fructus, vel quan tū interest tua: quia iste est vnus de casibus, in quibus possunt peti fru-ctus de re alicuius, videlicet quando non est solutum pretium: vt no. glo. in c. conquestus. extrā de vsuris. & est casus ibi, & per Bartol. & Doctor. C. de actio. empt. in l. curabit. Sed istud 4 vltimum est difficile. *sicut difficile est probare interesse: vt l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod interest pro-feruntur. & habetur in l. ij. § fi. ff. de eo quod certo loco. Vnde mod⁹ pri mus retinendi dominium, & locan-di, melior est.

a Solu. faciē. *Fructus rei emptæ sub con ditione nō pertinēt ad emptorē pēdēte cōditione. l. necessariò. § si pendēte. ff. de peric. & cōmo. rei uend nisi in casu deficiētis cōditionis emptor perdat pre tiū: quia eos lucratur in recōpensatio-nē perditi pretij tex. est sin. in l. si fun-dus. § sed quod ait. ff. de l. cōmisso. & Lud. Ponta in singu. uersi emptor nō.*

b Pactū. *Pactū inter emptorē & uēditō rē, ut seruet, et si cōtrasiat, non ualeat; quæ sit caute. Bal. in l. fi. in 1 q. Et pa-ctū, q. nisi emptor soluat pretiū in ter-mino, res sit uēditoris, no habet locū. si post terminū uēditor petit pretiū: quia uidetur renūciare pacto. Bar. et Bal. in l. cōmissoria. C. de pac. inter emp. et uē.*

Cautela pro fideiussore cōducē tis domum. CXXVI.

1 *Fideiussor semper in testamento extrē mere debet illud, ad qđ teneri nō uult.*

ILLE q̃ fideiussit ꝓ scholari q cũ duxit domũ, videť fideiussisse non solũ ꝓ pẽsione domus, sed etiã pro massaritijs fractis, vel cõsumptis: vt per Bar. in l. amissi. §. fideiussores. secundũ vnũ intellectũ glo. ibi. ff. de fideiuss. & ibi tenet Lud. de Ro. in suo
1 singulari cccclxxv.* & ideo sit caut⁹ fideiussor, si vult tenere tãtùm de pẽsione, & illud exprimat. aliàs in dubio tenebitur in totũ, vt suprà dixi.

Cautela contra fideiussorẽ carcerati, ut etiam ad pœnã contumaciæ teneatur. CXXVII.

1 *Fideiussor in dubio an pro usuris intercedere uideatur.*

QVIDAM fideiussit pro carcerato ex causa criminali, q posteà cõdẽnatus est: & qa nõ soluit intra certũ tẽpus, puta octo dierũ, in-
a currit in pœnã quarti[a] pluris ipsius cõdemnatiõis, sicut incurrũt cõiter cõdẽnati in arẽgo ĩ ciuitatib⁹ subditis dominio Venetorũ, an fideiussor erit obligat⁹ in illo quarto pluri. Dicas q̃ nõ, si idẽ incurreret maiorem pœnã ꝓpter suã negationẽ: qa de illa maiori pœna fideiussor nõ teneť. Et est ratio illa pœna quarti pluris, siue augẽdi ꝓpter negationẽ, non est pœna delicti principalis, ꝓ quo fide- 1 iussit, sed est pœna cõtumaciæ vl'negationis, ꝓ qua nõ intercessit fideiussor, vt est casus in l. fi. ff. de fideiu. & in l. j. ff. de in litem iurã. & ibi hoc no. Bar. & Doct. & ideo fit cautus iudex secundũ eũ, si vult q̃ ad hoc etiã fideiussor teneať, q̃ scribi faciat, q̃ fideiussit nõ tãtũ ꝓ pœna delicti, sed ꝓ pœna ꝓcessus: quia cũ pœna negãtis, vel cõtumaciæ, sit pœna ꝓcessus, fideiussor tenebit: vt no. Bar. in l. j. ff. de in lit. iur. & ibi p Doct. & per Ang. de Are. ĩ suo tractatu maleficiorũ, in gl. in ver. de qbus Aut. fideiussit. & de hac materia vide etiã Bald. l. quæro. in prin. ff. loca. & pleniùs in
1 l. ij. de publ. iudi.* Et an fideiussor in dubio videať intercedere etiã ꝓ vsuris, vide tex. cũ gl. & Docto. & Bart. in d. l. quæro. in prin. & per glo. Cy. & Doct. in l. fideiussor. C. de fideiusso. & c. cõstitut⁹. in ver. accessione, extrà de fideiussor. & ibi per Doct.

a Pœna quar. *Fideiussor non tenet ad quartũ plus, quod creuit propter negationẽ, uel per iuramentũ in litẽ præstitum post sententiã. Bar. post glo. in l. ij. ff. qui satisda. cog. facit l. si ab uno. in pos. leg. & per Alex. in l. j. ff. de in lit. iuran.*

Cautela pro fratribus, quãdo unus eorũ emit rẽ ex cõi pecunia, quòd hoc dicatur in instrumento. CXXVIII.

1 *Pecunia soluta semper soluentis fuisse præsumitur.*

SI VNVS ex fratribus emit fundũ ꝓ se, & fratre suo, & in instrumento cõtinetur, q̃ pretiũ numerauerit emẽs, vel dict⁹ vẽditor cõfessus fuit habuisse, & recepisse à dicto emptore, nec dicit de ei⁹ ꝓpria pecunia, vel etiã de cõi: in dubio* intelligitur de pecunia soluẽtis ꝓpria, ita q̃ ab alio fratre põt repetere partem fundi, si vult, vt est casus no. in l. ij. C. pro socio. & ibi hæc no. Bar. & Bald. & ibi no. Bar. in l. si patruus. C. cõmunia vtriusq; iudicij. & in l. Titiũ & Mæuiũ. in §. altero. in principio. ij colũ. ff. de administratiõe tutorũ. & ideo sitis cauti, q habetis fratres, vel patruos in cõmuniõe bonorũ, & ponatur in instrumẽto, qũ vn⁹ tãtũ soluit, q̃ pretium soluit de cõi pecunia:

ita dicit Bal. in d. l. ij. & dicit hoc esse perpetuò: quia valebit tibi mil. aureos: & circa hoc vide Bald. in l. cũ duobus. §. si fratres. circa principium in glo. vnde de facto accidit quod duo fratres. ff. pro socio.

Cautela quõ hæres teneat solue re legatũ. etiam si in testamẽto non interuenerint vij. uel in codicil. v. testes. CXXIX.

1 *Testamentum uel codicillos ad probandum an duo uel septem testes requirantur.*

2 *Contractus etiã testamẽto fieri poßũt.*

LEGATA communiter relinquuntur in testamento, in quo requirũtur septẽ testes, vt l. hac consultissima. C. de testa. vel in codicillis, in quib⁹ quinque testes debẽt in 1 teruenire. l. fi. C. de codicil. *Et est magnũ dubiũ nũquid duo testes sufficiãt ad probandũ testamẽtũ vel codicillos, an verò requirantur septẽ, vel quinque, vt habetur per gl. ordi. in l. j. C. de bono. poss. se. tab. & ibi per omnes Doctores, sed tu potes adhibere hanc cautelã, ꝙ duo tantũ testes sufficiãt ad probãdũ, videlicet quòd quãdo testator facit testamẽtũ faciat sibi ꝓmitti ab hærede de præstando legatũ legatario. nam tũc tale legatũ transit in vim cõtractus: secundùm Bart. no. in l. nemo. in prin. ff. de lega. j. qui allegat ad hoc l. fi. C. de fideiuss. & l. quidã. ff. de hære. instit. & in l. spadonem. §. j. ff. de excus. 2 tut. Nõ est mirũ. *quia etiã cõtract⁹ potest fieri in testamẽto: vt est glos. not. in l. heredes palàm. §. fi. ff. de testa. & est alia similis in l. his cõsequẽter. §. sed cũ emolumentũ. ff. famil. erciscũ. & effectus huius contractus erit, quia per duos tantũ testes probari poterit, sicut probantur cæteri contractus, vt l. vbi numerus. ff. de testa. cum si. vt tollat omnis dubitatio; facias quòd in instrumẽto hæres promittat testatori, & notario præsenti tanquàm publicæ personæ stipulãti, & recipienti nomine & vice ipsius legatarij, si est absens, vel si est præsens, promittat etiã ipsi legatario. & hoc dico vt tollatur dubiũ, an testator possit legatario stipulari, vt habetur in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborũ obligat. Et circa hoc vide quod no. Bart. in l. quis in princ. testamẽti. ff. de legat. iij. & vide etiã Bald. in l. eam quam. in iij. col. & in l. si ex testamento. C. de fideicom.

Cautela pro secundo inuestito de feudo, quòd sit potior primo, si secundus habet possessionem. CXXX.

1 *Vasallus si duobus uendidißet; & secundo prius tradidißet poßeßionem; an tunc secundus præferetur.*

SI DOMINVS inuestiuit aliquem de feudo, cogitur tradere possessionem, vel quasi, illius feudi, nec liberatur præstãdo interesse. casus est in c. si facta. si de feu. fue. controuer. sed remedium, & cautela est, quòd dominus non cõpellatur præcisè ad tradẽdum possessionem, vel quasi; videlicet quòd inuestiat aliũ, & ei secundo inuestito tradat possessionem: quia prior erit exclusus, & secundus erit potior, per l. quoties. C. de rei vendi. secundùm Bald. & ita tenet Iacob. de Aluar. in dicto c. si facta. & idem remedium procederet, quãdo dominus alienasset feudum vni, & posteà alteri: & secundo tradidisset possessionẽ prius: per d. 1 l. quoties. secundùm Bald. in d. c. si facta.

1 cta. *Sed quid si vasallus vẽdidisset duobus, & secundo prius tradidisset possessionem: an tunc secundus præfertur? Dicas, quòd aut primo vendidit cũ consensu domini, & tunc primus præfertur etiam si dominus secundæ venditioni consentiat: quia tunc nullũ ius habeat consentiendi. arg. l. quotiescũq;. §. qui Caiũ. ff. de leg. j. & ita tenet Bulgarus in d. c. si facta. per quod limitatur d. l. quoties. aut primo dominus nõ cõsensit, sed secundo sic: & tũc secũdus præfertur indistinctè: quia prima alienatio facta sine cõsensu domini nullum ius tribuit: vt in c. j. de prohibi. feu. alie. per Lotha. & in c. j. de prohi. feu. ali. per Fede. cum simili.

Cautela, qua fit securus emens fundũ dotalem CXXXI.

1 *Obligatio quando inter partes nõ contrahit, nec etiam fideiussoria subsistit.*

2 *Contractus quãdo contra legẽ fit, sicut contractus, non ualet qui principalis est, ita etiã non ualet promissio de euictiõe uel pœna. q̃ eius accessoriũ existit.*

QVI vult emere fundum dotalem, qui prohibitus est alienari, vt in to. tit. C. de fun. do. & Institu. quib. mo. alie. licet vel nõ. in prin cũ si. Sed quæ erit cautela, vt emptor sit securus, vel quòd saltem pretiũ non amittat? Aliqui dicunt, quòd siue vxor vendat, siue maritus, debet adhiberi fideiussor, qui erit obligatus, ex quo ista prohibitio alienationis rei dotalis est fauor mulieris, non viri. ergo obligabitur fideiussor: vt l. si is. C. de præd. mino. & hoc tenet Cyn. in l. si prædium. C. de iure dotium.

1 *Sed aduerte, quia quando inter partes non contrahitur obligatio, non subsistit etiam fideiussoria: vt l. cùm lex. ff. de fideiusso. vt not. d. l. si prædium. & ideo alij dicunt, quòd cautela est, vt vxor non vendat: quia nõ tenet datio fideiussoris per prædicta, sed vendat marito quia tunc eius fideiussor indistinctè tenebitur quia quo ad eum non est prohibita alienatio, cùm text. non prohibeat fauore mulieris: vt est text. Instit. quibus mod. alie. licet vel non. In fi. principij: & ita intelligi debet quod nor. Bart. in dicta l. cùm lex. secundũ Bald. in dicta. l. si prædium. qui dicit, quòd ista est veritas. Alij ponunt tertiam cautelã, videlicet quòd non interueniat fideiussor, sed alius tertius, qui se obliget principaliter & in solidum, cuius obligatio nõ erit valida, ex quo illa obligatio nõ erit accessoria: & istam etiã tenet Bal. in dicta l. si prædium. dicens quòd secundũ eum cessat omnis scrupulus. Et si dicatur, nónne maritus vendes tenetur de euictione & pœna dupli, si in instrumẽto vẽditionis apposita sit, vt in toto titu. ff. de euict. & maximè in l. j. & ij. Respondetur, quòd nõ te-
2 netur: *quia quando cõtractus fit cõtra legẽ, sicut contractus non valet, qui est principalis, ita nõ valet promissio de euic. vel pœna, quæ est eius accessoriũ: vt est gl. singularis in l. si patronus. §. patronũ. in versi. Flauiana. ante fi. ff. si quid in frau. pa. & eodẽ modo non valeret cõstitutum, siue precarium, si esset appositum in instrumẽto vẽditionis, vt dicit Bald. in c. j. ante fin. in titu. de feud. da. in vicẽ leg. com. in vsib. feu. & intellige prædicta, quãdo cõtractus est contra legẽ, vt dixi. secus si esset præter legẽ: quia tũc nõ valeret promissio, sed cõtractus principalis, valeret tamen

pœna

pœna apposita, vt l. stipulatio ista. §.
pen. ff. de verb. obli. & ita no. Bal.
l. si quis in conscribendo. in prin.
C. de pac. quod bene not.

Cautela pro usucapiẽte rẽ mobilem. CXXXII.

1 *Res mobilis regulariter triennio usucapitur.*

2 *Minimis curãdũ nõ est, quoniã in ipsis magnum periculum esse non potest.*

1 RES* mobilis regulariter vsuca
pitur triẽnio, vt l. vnica. C. de
vsucap. trãsfor. & Insti. de vsucap. in
prin. quod est verũ, qñ interuenit ti
tulus, & bona fides, & possessio con
tinua, vt ibi. sed si deficeret aliquod,
puta titulus, non præscriberetur mi
nori tẽpore quàm præscribũtur res
immobiles: vt l. seruum. cũ ibi no. C.
fami. er. & ibi hoc no. Ang. & no. qui
dicit, quòd xxx. an. requiruntur. &
no. etiã in l. nullo. C. de rei ven. & in
l. seruum. ꝙ tu scholaris sis cautus, si
emis librũ pulchrum, vt fieri facias
publicum instrumentum emptio-
nis, ne deficias in probatione tituli
reperto libro apud aliũ sine vitio:
quia aliàs succũberes agendo rei vẽ
dicatione, vel Publiciana, iuxta not.
in §. sed iste. per gl. & Doc. Instit. de
act. & in c. Abbate sanè. de re iudi.
li. vj. etiã si ille, apud quem est liber,
nil doceret de iure suo, vt est casus
no. in l. fi. C. de rei ven. & idem dicas
in alijs pretiosis emptis. & loquor
de pretiosis, non quia idem non sit
in alijs rebus mobilibus etiam mini
2 mis:* sed quia de minimis nõ est cu
randum, ex quo in eis nõ potest esse
magnũ periculũ seu dãnũ. vt l. Seio.
ff. de in integ. resti. sed qui habes li-
brum alienũ, nõ vtaris ista cautela,
quæ esset in perniciẽ animæ tuæ, &c

Cautela qnomodo petitio æhreditatis datur contra possidentem titulo uniuersali, uel singulari. CXXXIII.

1 *Hæreditatis petitio, regulariter nõ datur contra titulo ꝓ ossidentem, etiam uniuersali.*

2 *Hæreditatem qui uendidit, non uidetur in quota uendere res singulares. sed hæreditatis ius.*

3 *Debitor tuus si in magna quãtitatẽ fuerit, & iudex non possit cognoscere nisi usq; ad xxv. ann. omnia singulariter petere potero.*

1 LICET* petitio hęreditatis [a]nõ
a detur contra ti. possidentẽ etiã
ti. vniuersali regulariter, vt d. l. hære
ditatẽ. C. in qui. cau. ces. lon. tẽp. ꝑscr.
& in l. ij. C. de peti. hæredi. quæ regu
la fallit in pluribus casibus, de qui-
bus per glo. & Doc. in d. l. ij. & in d. l.
hæreditatem. & per Bald. in l. fi. C. de
edic. diui Adri. tol. tamẽ vltra prædi
cta est dare aliũ casum no. & singula
rem: videlicet pone, ꝙ ille qui possi
debat hęreditatem, vendidit partem
suam, & sic quotã bonæfidei empto-
ri, & sic trãstulit dominiũ per illũ ti-
tulum. tũc ego, qui prętẽdo me hære
dem, potero agere petitione hæredi
tatis cõtra istum emptorẽ, dũmodo
agam ad singulas res, non ad quotã.
quod possum: vt l. licet minimã. ff. de
pe. hære. quia iste qui vendidit hære
ditatem, nõ videtur trãstulisse domi
nium in qualibet re de per se, sed so
lùm ius hæreditariũ videtur esse trãs
latũ, vt no. in l. ij. C. de hære. uel ac.
ven. facit l. eũ qui ædẽ. in prin. ff. de
vsufruc. & in l. ij. & quod ibi not. C.
de euic. & ibi hoc expresse not. Bart.
2 in prin. qui dicit,* ꝙ ille qui vẽdidit
hæreditatem, & idem in quota, non

videtur vendere singulas res, sed ius hæreditatis. ff. de re. iud. l. hæreditas & idē tenet ibi Saly. ī prin. facit etiā qđ no. Bar. in l. j. ff. de leg. j. in illa q̄stione, an trāseat dñium rei singularis, qñ legatū est singulare, & ꝙ possit agi ad singulas res petitione hæreditatis, videtur esse casus secūdū aliquos in d. l. ij. in fin. C. de pe. hæ. ibi, singulariū rerū iure cōuenit &c. scilicet pe. he. vt conueniat p̄dictis, & ti. Ex quo no. cautelā, qñ qs possidet ti. vniuersali res hæreditarias, licet nō possit agere cōtra eū peti. hæ re. ad totā vel quotā, tñ agat: qa agere potes ad singulas res peti. hęre. qđ est valde singulares: qa iste agēs nō tenet agere rei vēdicatiōe, & sic nō grauabit in onere ꝓbādi dominiū. 1 qđ esset sibi difficile vt l. cum res. & ibi no. C. de ꝓba. Et sufficit sibi agēdo peti. hęre. ꝓbare, ꝙ illę res fuerūt de hæreditate tpe mortis testatoris, vel defuncti, vt l. & tñ. de pe. hæ. qđ erit sibi valde facile, & vtile, ꝓ ista opi. adduco istā rōnē, qa si est verū, ꝙ nō cēset ille habere titulū in reb⁹ particularib⁹, q emit totā vel quotā hęreditatis, ergo agens peti. hære. dicit habere meliora & potiora iura. & sic agere poterit: per not. in d. l. ij. Sed tex. in ea. l. ij. nihil videtur ꝓbare: quia cū dicitur in litera, iure cōuenit, debet intelligi secūdū gl. ibi, rei vēdicatione, nō pe. hæ. nā in fi. illius legis tex. loquit de titulo singulari: ergo nō pōt loqui de peti. hæ. quia illa nō dat cōtra titulo possidentē res titulo singulari. sed p rōnē, quā statim dixi, credo dici posse illā esse verā. Sed aduerte: qa ista cautela videt posse destrui ex alio capite: nā videt, ꝙ possit dicere reus conuentus: Volo ꝙ tu agas cōtra me ad singulas res pluribus iudicijs: qa interest mea, ne distrahat p plura iudicia: vt l. ne plures. ff. de exercito. no. per Bar. & Doc. in l. quidā eximauerūt. ff. si cert. peta. & per Bar. & Doc. in l. in cōmodato. §. duob⁹. ff. cōmo. & in l. scire debem⁹. ff. de ver. obli. Sed tu dic, ꝙ prædicta causa procedit indistinctè, qñ nō opponeretur à parte, vt totū peteret. Itē pōt dici, ꝙ etiā nō posset opponi à parte cōuēta: qa dicta oppositio vt totū peteret, habet locū, qñ actor totū petere pōt, sed ibi nō posset totū petere, vt in casu nostro dicimus, ꝙ sibi nōn posset opponi talis exceptio, & hoc in simili videt velle Bar. in d. §. duobus.* vbi dicit, ꝙ si sum debitor tuus in magna quātitate, & iudex nō posset cognoscere nisi ad xxv. ad hoc vt iudiciū valeat, & idē tenet Matthęus de Mathesilanis in no. cxvj. qđ incipit, no. qđ si ex cētū, &c. posset etiam hæres petere oēs res singulariter, & in vno & eodē iudicio. & sic cessabit dicta oppositio. quod bene no.

a Peti. hæ.: *Petitio hæreditatis datur ei qui nunquàm possedit hæreditatem, non ei qui quandoq; possedit. Azo. glo. & Bar. in l. ij. ff. de fideicom. hære. pe. & Pau. de Cast. consi. xciiij. sed non datur ante aditam hæreditatē. per Philip. de Cor. in consi. statutum sic disponit, si quis autem, &c.*

Cautela ad obuiandū fraudibus emptoris, nolētis soluere uēditori. CXXXIIII.

1 *Iudex etiam præsumptionem aliquam arbitrari poterit.*

MVLTI ēptores solēt vti fraudibus, qñ nolunt soluere pretiū vēditori: qa supponūt vnū tertium,

tũ, qui moueat litẽ ipsi emptori de re empta, & hoc faciũt ad finẽ, vt nõ teneantur soluere pretiũ: vt l. si post per-fectã. C. de euic. Sed est cautela cõtra eos, vt referat iuramẽtũ ipsis emptoribus, quòd nõ submiserũt illum tertiũ ad litigandũ. arg. gl. in l. at qui iurarã §. cũ me absente. ff. de neg. gest. ita tenet Ioã. de Pla. Insti. de exceptio. tuto. secũdũ Ange. in l. pen. §. stipulatio. de vẽr. ob. Ista tñ cautela nõ est multũ bona: qa facilè iurabit ad sui fauorẽ. melior tñ est, qd alie in iudici aliqua psumptio cõtra emptorẽ,* qa iudex eã poterit arbitrari. arg. l. si fideiussor. ver. in animo se debit. qui satisda. cog. & ita tenet Ange. in d. §. stipulatio.

Cautela cõtra emphyteotã, qui nõ soluit canonẽ, quòd possit purgare moram. CXXXV.

1 *Emphyteota non soluens canonem intra biennium à iure suo cadit.*

TVSCIS* qd emphyteota nõ solueas canonẽ intra bienniũ, cadit à iure suo, vt l. ij. C. de iure emphyteo. potest tamen purgare moram, vt c. potuit. de loca. sed est cautela, vt nõ admittat ad purgandũ morã, qd dominus statim elapso biennio protestet etiã absente emphyteota, qd nõ intẽdit ipsum habere amplius p liuellario: qa tũc non põt purgare moram nisi celeri satisfactione. aliàs enim non facta protestatione, credo 1 quòd possit purgare moram. & sic intelligo c. potuit.

Cautela pro debitore, qui non põt probare solutionẽ, quia soluit in secreto. CXXXVI.

1 *Iuramentum factum, si mihi mutuasti, tibi restitui, quid operetur.*

SI DEBITOR soluet in secreto, & cũ iterũ conuenietur, nõ põt de solutione pbare, quo ergo subueniẽ sibi, qñ creditor refert ei iuramẽtũ, vt iuret, an sit debitor suus vel nõ. dicit Ioã. de Imo. not. in c. cupiẽtes. in gl. in verbo, malignãtiũ. de electio. in vj. qd sit cautus debitor in tali casu, qd iuret hoc mõ, qd nil debeo tibi per quod sim obligatus tibi: qa tunc saluat cõscientiã suã: pro quo etiam vide Archid. iiij. qſtione j. nullus. qd esset singu. no. secũdũ Domi. in d. c. cupientes. Caueat etiã debitor ne iuret: quia si nõ crederet, ex quo videretur fateri debitũ, teneret. argumẽ. l. ij. §. j. de iura. cal. Posset etiã debi- 1 tor sic iurare,* quòd si mihi mutuasti, tibi restitui, secũdũ Ioã. de Imo. vbi suprà. quod singulariter no. quia 1 est quotidianum. & ad hoc vide glo. & Dec. in l. si quidem. C. de excep. & Bald. in l. quinquaginta. ff. de proba.

Cautela quòd quis possit conuenire fideiussorem uel possessorem pignoris etiam principali debitore non excusso. CXXXVII.

1 *Excußio principalis singulariter fieri debet.*

EGO do tibi vnã singularẽ cautelam, vt possis cõuenire fideiussorẽ, vel pignoris possessorẽ etiã prin- 1 cipali debitore nõ excusso.* debet enĩ regulariter fieri excusio: vt aut. hoc si debitor. C. de pig. nisi esset notoriũ, qd principalis nõ esset soluendo: vt l. si. ff. si cer. pe. & l. decẽ. de ver. ob. vel nisi esset potẽs, vel ĩ loco inexpugnabili. secũdũ Bar. in d. l. si. Qñ autẽ nõ esset notoriũ, vtaris hac cautela, videlicet, qñ agis cõtra fideiussorem

rem, vel possessorem, & ille excipiat de nõ facta excussione principalis, tu replices, quòd sua non interest fieri excussionem: quia principalis non est soluendo. nam tenet iudiciũ, cũ ille excipiens non auditur. gl. est singularis in l. nisi hoc actum. ibi, alij dicunt &c. ff. de pac. secũdum Ang. qui ponit hanc doctrinã in l. si quis pecuniã. ff. si quis omis. caus. test.

Cautela pro muliere consentiente alienationi dotis cum iuramento. CXXXVIII.

1 *Iuramentũ matris non officit hæredẽ.*

QVANDO vxor consentit alienationi rerum dotalium fiendę per maritum suum, & iurat non contrauenire, cautela est, compareat filius, & contrauenist tali contractui,
1 *quòd illud iuramentum matris nõ afficit heredem: ita dicit Bartolus, & Angel. in l. qui super. ff de acquir. hære. sed tu adde nota. in l. generaliter. in princip. C. de re. cre. & Bald. in authen. sacramẽta puberum. C. si ad ver. ven.

Cautela, quòd ambasiator non petat restitutionem in integrum. CXXXIX.

1 *Res publica nulla uocatur, nisi Romanorum.*

AMBASIATOR non petat restitutionem in integrum: quia
1 abfuit causa reipu.* quia nulla respu. uocatur, nisi Romanorum, sed petat ex edicto generali, si qua mihi iusta causa uidebitur. ita no. Ang. in l. cum quidã. in fi. prin. ff. de acqui. hæredi.

Cautela ad petendum fideicommissum. CXL.

1 *Fideicommissum per procuratorem peti potest, non tamen per procuratorem in rem suam.*

1 COMMVNIS* opinio est gl. & Doct. quòd licet fideicommissum possit peti per procuratorem: ut habetur in l. qui ita. ff ad Trebel. gl. & Bar. in l. restituta. in prin. eo. & in l. mulieres ex asse. ff. de iure. & in l. si stipulat⁹ ita fuerit. ff. de verb. ob. tamẽ per procuratorem in rẽ peti non potest: ut not. in d. l. qui ita arg. l. per diuersas. C. man. tamen cautela est, quòd emẽs ius fideicõmissi, ex quo nõ potest illud petere ab hærede, id est, quia heredem cõuenire nõ potest de hæreditate, quam tenetur alteri, à quo ipse emit, restituere per fideicõmissum: per prædictã cõueniat illum heredem pro suo interesse, scilicet, quia restituat fideicommissario, & posteà in ipsum trãsibunt omnia iura uẽditoris, id est, fideicõmissarij, cui sit facta restitutio, ita singulariter dixit Bal. i. l. pe. C. ad Treb.

Cautela ad contrahendum cum tutore. CXLI.

1 *Tutor tutorio nomine & etiam suo se obligare potest.*

CYNVS in l. post mortem. §. tutor. ff. quando ex fa. tu. dat cautelam, quòd uolens contrahere cum
1 tutore,* faciat illum obligari tutorio nomine, & suo: quod bene no.

Cautela pro emente ab executoribus testamenti. CXLII.

1 *Hæres ratificare cogitur rem à testamenti executore uenditam.*

TV qui emis ab executoribus testamẽti rem hereditariam, sis cautus, quòd petas ab hærede uenditionẽ tibi factã ratificare:* quia he-
1 res ad hoc cogit, secũdũ Bal. no. i authẽ. si captiui. i vl. co. C. de epis. & cle.

Cautela quomodo tutor debet facere finita tutela. CXLIII.

1 *Arbitri poteſtas circa cautelas quanta ſit.* 1

NOTA pulchrā cautelā Do. in l. vix. ff. de iudic. videlicet ꝙ ſi citata tutela petat eligi arbitros, qui iudicent, & cognoſcāt, an ipſe rema net debitor pupilli, vel nō. *qa ſi arbitri declarāt eũ nihil debere pupil lo, nō pōt ampli⁹ cōueniri ad aliqd.

Cautela pro illo, qui matrimonium per metum contraxit. CXLIIII. 1

1 *Teſti uni deponenti de metu magis creditur, quàm pluribus teſtibus deponentibus alio modo.*

TEMPORE meo duo ſcholares Paduæ ambo de Foroliuio fuerũt conati deſpōſare ſuas amaſias, cũ eis reperti in domo à conſanguineis minātibus eis &c. ꝑ quibus eſt caſus in c. cũ olim. de ſponſ. Sed ꝑ eis erit optima cautela, ꝙ inueniāt etiam vnũ teſtē, q deponeret de metu, *qa licet alij plures teſtes deponant de volũtate, magis credit' illi ſoli: ita no. dicit Bal. in l. obſerua re. §. proficiſci. in xiij. quæſt. ff. de off. procōſu. & legat. domi. Ludouic. Pont. in rubric. de arbi. in vj. colũna, poſt Innocen. in c. cũ ſuper. de re iudica. Nec refert, an metus præceſſerit ante tēpus cōtractus matrimonij, per nota. in l. j. §. quæ onerandæ. ff. qua. re. ac. non datur. & per Bar. in l. fin. ff. ſi quis ali. teſt. prohi. & Baldus in l. j. C. eodem.

Cautela pro eccleſia litigante. CXLV.

1 *Eccleſia curatorem habere poteſt.*

SVNT cautelæ pro eccleſia litigante, ſi fortè prælatus ſuus à iudicio repellatur. prima eſt, ꝙ ipſa eccleſia cōpareat, quia admitti debet. ſecunda cautela eſt, *quia detur curator capitulo, vel ipſi eccleſię, ꝑ no. in c. fi. v. q. iij. & c. edoceri. de reſcrip. & ita dicit Ioan. And. in c. j. in ij. col. de reſti. in integr. in vj. in nouella.

Cautela quomodo examinabitur teſtis infirmus. CXLVI.

1 *Infirmus mortis cogitatione ſemper immemor eſſe præſumitur.*

SCIS *enim ꝙ infirmus propter mortis cogitationē turbatur, & præſumitur immemor, vt l. hac conſultiſsima. verſicul. at cũ humana fragilitas. in prin. C. qui teſta. face. poſ. ideo dicit ibi Bald. ꝙ tunc teſtis non debet examinari: vnde eſt cautela, ꝙ examinetur in prin. quando incipit infirmari. & ita procedat quod habetur in authen. ſi dicatur. C. de teſti.

Cautela quomodo res data in ſolutum efficiatur ſalua creditori. CXLVII.

1 *Filiusfam. de iure communi niſi de caſtrenſi, uel quaſi, teſtari non poteſt.*

EST magna quæſt. ſi res data in ſolutũ euincatur, quomodo fit in ſolutum creditori, an primæua actione, an verò de euictione. de quo habetur in l. libera. C. de ſent. & Angel. ibi. Spec. d. Pet. dat aliam cautel. poſt glo. ꝙ ſemper in datione in ſolutũ, apponatur pactũ, ꝙ nō recedatur, nec credi intelligatur à priori contractu, ſi cōtingat rē in ſolutum datam euinci. nã tũc ſuccurratur ſibi veteri actione: quod bene no. in practica. Alia cautela, iure cōmuni filiusfa. nō poteſt teſtari niſi de caſtrē ſi, vel quaſi: vt l. fi. C. qui teſta. fa. poſ. vel non. nō autem de aduentitijs, in quibus pater habet vſumfructum. l. pe. eod. tit. & l. cũ non ſolũ. §. filijs. C. de bon. quæ lib. Sed cautela eſt, ꝙ

pater

pater ipsum emancipet quo ad illũ actum testandi tantùm, quod notat singulariter Bar. in l. j §. in filij. ff. ad Treb. licet Bal. contrà & malè, secundùm Doctores, in l. senium. §. fi. C. qui testam. fa. poss.

Cautela contra perdentem instrumentum, ut eius amissionem non probet per iuramentum. CXLVIII.

1 *Instrumenti amißio regulariter per iuramentum probatur.*

1 REGVLA *est, ꝙ amissio instrumẽti probatur ꝑ iuramẽtũ: vt l. fi. C. de fide instr. & d. Lud. Pont. in l. quoties. in v. col. ff. qui satisda. coga. & Pet. de Peru. in tracta. de societate, in viij. parte, in q. xiiij. qđ est verũ, nisi aduersarius offerret se vel le probare de eius falsitate: qa tunc nõ sufficeret probatio per iuramentũ, secũdũ Io. de Prato, qui cõsultus de facto ita respondit: vnde cautela est, ꝙ cũ quis petit sibi instrumentũ edi, dicat se velle probare de falsitate, quã tunc aduersarius allegans de eius perditione nõ audiet volẽs probare ꝑ iuramẽtũ. Tu habes molẽdinũ in flumine publico, sis cautus qñ illud corruit, & non potes nisi post certũ tẽpus illud reficere. vnde pone in loco certa signa, puta palos vel moles in signũ veteris molendini: & poteris quandocũq; illud reficere: vt per Bart. in l. quominꝰ. ff. de flu. & per Ang. in l. fi. ff. de vsucap. & per Bald. in rubric. ff. de re. diui.

Cautela pro muliere, quæ uult emere aliquid. CXLIX.

1 *Pecunia in dubio præsumitur, ut probatur.*

NOTA aureã cautelã ꝓ muliere, quæ vult emere etiã cũ pe-1 cunia mariti, *quod in dubio præsumitur, vt probatur in l. Quintus. de dona. inter vir. & vxo. gratia vitandæ præsumptionis de turpi quæstu, sit cauta, ꝙ faciat, ꝙ vnꝰ amic. vel cõsanguineus sibi det, vel cõsignet illã pecuniã ĩ pręsentia aliquorũ, quã ei clàm ipsa det, & deinde emat. nã tũc cessat pręsumptio in casu dubij, ita dicit Bar. in l. cũ oportet in prin. in pe. co. C. de bo. quæ li.

Cautela, quòd per unum testem probetur metus, cõcordat supra in rubrica de illo, qui matrimonium &c. CL.

1 *Metus probatio per unum testem instrumento praualet.*

1 SVFFICIT *ꝙ vnus testis deponat de metu cõtrahentis, licet in instrumẽto dicatur, ꝙ spõte, secũdũ Baldũ, & Ludo. de Ro. allegationes tu vide suprà, in cxij. cautela.

Cautela pro illo, qui habet domum obligatam: quia licet posteà propter delictum uenisset diruenda, non diruetur. CLI.

1 *Statutũ si dictauerit, quòd domus propter delictum diruenda ueniet, nõ comprehenditur illa, quæ alteri pignorata sit.*

NOTA cautelã pro creditore, cui iure pignoris, seu hypothecæ obligata est domus alicuius, qui commisit delictũ, propter quod domus prædicta ex statuto ciuitatis veniret diruenda: *quia statutũ nõ 1 intelligitur de ea, quæ sit alteri pignorata. ita dicũt Bar. Bal. & Ang. in l. j. ff. ad Sylla. quod intellige verũ, nisi de fraude cõstet. per no. in l. post contractum. ff. de dona. vt puta cùm iam intentionis esset delinquendi,

cùm

rem pignori dedisset.

Cautela, quòd melius sit producere unum, quàm plures testes. CLII.

1 *Iuramentum in supplementum probationis deferri potest.*

IS cautus tu quando producis testes pro te, vt prius eos examines, quia fortè si sunt singulares, nō producas nisi vnum: *quia sic potest postea tibi iuramētum deferri in supplementum probationis, quod non posses facere si plures produceres, qui essent singulares. ita pulchrè dicit Bal. in l. j. C. qui accus. non pos.

Cautela, quòd testis non possit examinari ad futuram rei memoriam. CLIII. 1

1 *Testes ad perpetuam rei memoriam quando examinari debeant.*

VT possis impedire, ne testes cō tra te examinentur ad perpetuam rei memoriā, cautela est, quòd offeras incōtinēti subire iudicium & velle litigare. ita singulariter no. in aut. de testi. §. & hic. co. vij. Ideo quod dicitur ī au. si dicatur. C. de test. & ī c. quoniā frequēter. vt lite non conte. debet intelligi, *quā do testes volunt recedere antequàm lis possit contestari, vel dubitaretur de morte eorum, vel si esset tempus feriatum, quo agi non possit.

Cautela contrà iudicem nō admittētem exceptionem, quomodo possit ab eo appellari. CIIII.

1 *Iudex super exceptionibus, uel alia re dubitare potest, & petere dilationem, ut consilium habere possit.*

ISTE qui vult appellare, sit cautus quòd si iudex non vult admittere excep. sed ea nō obstante ad vlteriora pcedat, tūc appellet. secus autē si iudex tacitè vel expressè nō reijcit exceptionē allegatā, sed tantū eam non admittit. non enim tunc potest appellari. & probatur in c. dilecto. de app. & ibi per Doct. & c. interposita. eod. tit. Ad idē est etiam alia cautela, quòd apponens exceptionē offerat se eā probaturū incōtinenti: quia si iudex non audiat ipsum appellatione interposita, iustificatur solùm probando, ꝙ se obtulerit incontinēti probaturū. tex. est in c. interposita. in prin. & ibi per gl. in fi. & Doct. de appel. Est etiā tertia, ꝙ quādo iudex exceptionē nō reijcit tacitè vel expressè, nec eā admittit, sed simpliciter dicit, *quòd dubitat, & quod vult super hoc habere consilium, vt sæpe fit, & sic tenet in verbis illū obijciētem, sit cautus ille, qui exceptionem opposuit, vt requirat iudicem certo interuallo temporis: quia tūc si iudex aliter nō declarat, potest appellari, & nō antè. arg. c. ij. de sup. negli. præla. secundū But. no. in c. dilecto. de appell. & Abb. Sicu. in c. intimasti. eod. ti. De alijs autem cautelis circa hoc vide in Spec. in tit. de app. §. qualiter. ver. in sūmma. in secunda parte.

Cautela ad euitandum hæresim seu suspitionem, & idem uide per eundē infrà in principio nouarum cautelarum. CLV.

1 *Hæreticus non est, qui credit ea, quæ credit Ecclesia.*

BONVM & vtile consiliū est pro illis, qui aliquando inculpantur de hæresi, vt protestētur, maximè in extremis se fuisse & esse catholicos & tenuisse, & tenere fidē catholicā, quam tenent Doct. & prędicat sacro sanct

sancta Ecclesia Ro. & cū eadē fide & vixisse, & mori velle. & probatur q̄ hæc protestatio sit vtilis & valida, extrà de sum.tri.& fid.cat.dānamus. ppe fi.& no.in c.firmiter.eodē ti.nā & beatus Hiero.idē fecit culpat⁹ ab inimicis, vt est tex.no.xxiiij.q.j. hæc est fides. & ita dicit Alber.de Ro. C.
1 de hære.circa fi. *Sed tu adde prędi
2 ctæ protestatiō: a, q̄ quicqd credūt, ideo credūt, qa credunt ecclesiā sic credere, & suā opi.fidei Ecclesię subijciunt: qa ille nō dicitur hereticus, nec peccat, dūmodò errorē suū reuocet: vt singu.no.Inn.in d. c. firmiter.in fi.& intellige errorē defendere, quādo pertinaciter defendit: vt dicit gl.no.xxiiij.q.iiij.dixit Apostolus.& vide gl.in d.c.hæc est fides. & ista cautela est etiā vtilis pro aduocato, vel pcuratore, q velit defendere inculpatū de hæresi: vt dicit Albe.de Ros.in iij.parte, q.xxxij.& dicit se ita obseruasse in curia Romana, dū defenderet corā sūmo Pōtifice quosdā Mediolanēses inculpatos de hęresi.

a Protestat. *Protestatio declarat animū protestātis.l Nesēnius.et ibi Bart. j.not.ff. de neg.gest.l q in aliena. §.fin. ff.de acq.hære.Bal.in l.pacta nouissima.in j.co ma.in fi.C.de pac.l.at si qs. §.fi.de rel.& ibi Bar.dicit eā nō extēdi ultra uerba sua, qđ uerū est in his, q̄ depēdēt à propria uolūtate, & potestate: & nō in his, quæ sūt certo modo disposita per legem, secundū Bart.in d l. Nesennius in primo nota.*

Cautela pro illo, qui est prohibitus aduocare, uel procurationem exercere, quomodò poterit exercere. CLVI.

1 *Postulare, seu aduocare, uel procurare, est in iudicio aliquid dicere.*
2 *Statutū si puniat loquentē cū bannito, eū qui mittit nuntiū, uel epistolā, . . . prahendere non habet.*
3 *Statutum si prohibeat doctores esse aduocatos in causis, non prohibentur allegationes facere.*
4 *Aduocare est alienum desiderium in iudicio pandere.*
5 *Doctores Perusini, qui pacta cum ciuitate habent ut aduocati esse non possint, aliquid gratis a iudice impetrare non prohibentur.*
6 *Episcopus, uel Cardinalis propter dignitatem licet non debeant causidici, uel aduocati officiū exercere, pro amicis tamen illud facere possunt.*

IN multis casibus reperitur phibitū per leges, vel statuta, aut pacta, quòd quis non possit postulare, vt procurationem exercere: sed retinēdiū est, si tu aduocatus, vel procurator vis adiuuare aliquē in prędictis casibus, vt mittas vnā schedulam iudici scriptā, in qua sint allegationes partis tuæ: quia per hoc non venies contra leges, vel statutum, aut pactū.
1 *nā postulare, seu aduocare, vel pcurare, est in iudicio aliquid dicere, vt l.j. § j.ff.de postu.& ibi per Doc. & l.Paulus.& hoc ibi no.Bar.ff. de . . gatio.& idē tenet Lud.de Ro. in l.j. in prin.ff.de verb.obli.& ad idē facit qđ no.Bar.in l.j.in prin.ff.de leg.
2 *vbi dicit, quòd si statutū puniat loquentem cum bannito, non cōprę-hendit eū, qui mittit nuntiū, vel epistolā: sed cū ore ad os.idē tenet Alb. de Ro.in suo opere statutorū, i j. parte, q.clxvj.vbi tenet, 3 *q̄ si statutum prohibet Doctores esse aduocatos in causis, q̄ per hoc nō prohibentur facere allegatiōes in scriptis, ex quo no.tu scholaris, quòd licet sit statu-

tum

rum vniuersitatis nostræ Paduæ, ꝙ Doc. nostri legentes non posint aduocare contra scholares, tamen possunt in scriptis allegationes facere.

Item est aliud remediũ, vt det cõsilium, sed tamẽ in camera: quia hoc
4 potest, * cum aduocare, sit pandere desiderium alienum in iudicio, vt l. j. §. j. ff. de postul. & ibi hoc not. Bar. & Doc. in l. j. §. aduocatos. ff. de var. & extra. cogni. vbi est optimus text. cum glo. de ista materia. Item põt esse tertium remedium: nam põt cũ iudice loqui, & aliquid gratis impetrare à iudice, vt d. l. Paulus. in fin. ff. de litig. & hoc vult Barto. in d. l. j. §.
5 aduocatos. * quòd doctores Perusini, qui habent pacta cum ciuitate, vt non posint esse aduocati, non prohibentur à iudice aliquid gratis impetrare, & sic ꝓsupponit Bar. ꝙ in alijs duobus remedijs præcedentibus posit etiã cum pecunia, puta facere allegationes, & in camera cõsulere, & hoc credo verũ: licet Lud. de Ro. dixerit in l. j. in princ. de verb. obli. ꝙ hoc intelligit, quando gratis, per d. l. Paulus. in fin. aliàs secus: quia in dictis casibus nõ dicitur propriè postulare, ex quo nõ prodit, vel procedit in publicum, exponẽdo causam, vel desiderium sui cliẽtuli, vt d. l. j. §. j. ff. de post. nec ob. d. l. Paulus. in fi. quia ibi nõ loquitur de prohibito postulare, sed de prohibito se interponere alienis negotijs, vel proprijs, ꝙ plus ligatus est propter dignitatẽ le-
6 gationis. * & propterea dico quòd licet episcopus vel Cardinalis ꝓpter dignitatẽ nõ debeat cõsulere, vel exercere officium aduocati, tñ posint pro amicis gratis consulere, ꝑ illum tex. & ꝑ l. quisquis. C. de post. ibi, nõ ad turpe compẽdium. & ibi, sed laudis per eum argumenta quærantur. & ad hoc audiui sæpius allegare illũ tex. per d. Flo. Bo. quod not.

Cautela, quòd quis habeat forũ à iudice, quid iuris sit ĩ causa, antequàm sit iudex. CLVII.

1 *Doctor contra consilium suum aliquid intentare non audeat.*

CAVTELA, quòd iudex coram quo tua causa agitari debeat, tibi faueat, velit, nolit, primò videas, quando partes intẽdunt processum ad eum dirigere, quòd præoccupes tempus, & facias tibi consuli in causa illa mutatis nominibus contentis in processu, ita quòd de facili pro te consulet: & quando eritis ad manus eius, poteritis cõsiliũ eius in mediũ
1 adducere, ita * ꝙ contra cõsiliũ nihil audebit attentare: tamen cautus aduocatus recusaret ipsum, vt suspectũ.

Cautela ad differendum iudicium. CLVIII.

1 *Sententiæ nullitas opposita quid operetur.*

CAVTELA si vis differre iudicium, qñ est sententia contra te lata vna, vel plures, si non potes per viam appellationis petere restitutio-
1 nem in integrũ cõtra sententiã, * vel nullitatem sententiæ opponas, & interim poteris ad concordiã venire.

Cautela pro illo, qui uult adire hæreditatem. CLIX.

1 *Testatoris filij repudiantes hæreditatẽ, repudiationis instrumẽtum statim facere debent.*

Cautela notabilis ad hoc, quòd compromittentes non possint habere recursum ad arbitrium boni uiri. CXCIX.

1 *Arbitri arbitramento uel laudo, quòd non possit peti reductio ad boni uiri arbitrium, est ferè impossibile.*
2 *Dolo futuro renuntiari non potest.*
3 *Minor læsus restitutionem in integrum petere potest.*
4 *Qui in casu principali fuit iudex, in appellationis causa esse non potest.*

1 DIFFICILE* est dare modũ, per quem possit fieri compromissum in arbitrum, & arbitratorẽ, ita quòd ab eius laudo, seu arbitramento non possit peti reductio ad arbitrium boni viri, vt not. Doct. in l. si societatem. §. arbitrorũ. ff. pro socio. & in l. cùm anteà. C. de arbi. & p Dy. in regula, scienti. de reg. iu. in vj. & per Canonistas c. Quintaualles. extrà de iureiuran. intantũ, quod Bald. in d. l. cum anteà. & in l. si vnus. §. illud. ff. de pact. dicit, quòd per quamcunque verborum cautelam fieri nõ potest, vt tollatur reductio ad arbi-
2 triũ boni virj, per istam rationẽ,* qa dolo futuro renunciari non potest, ne quis inuitetur ad delinquendũ, vt habetur in d. §. illud. sed si tolleretur reductio, & arbiter & arbitrator læderet in maxima parte, præsumeretur fuisse in dolo, vt no. Bart. in d. §. arbitrorum. & in l. si quis cùm aliter. circa princip. ff. de verborum obligat. & in l. alio. in sexta colum. de aliment. & cib. leg. & per l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraudem credit. Sed tu potes adhibere vnam cautelam, per quam cessabit ista ratio, & per consequens valebit renũtiatio, videlicet quando fiet cõpromissum, in quo dicatur, quando partes promittant stare sententiæ, siue laudo, & promittant non contrauenire de iure, vel de facto, & renuntient reductioni ad arbitrium boni viri, & si esset læsio in magna quantitate, & etiam in toto, volunt quòd arbiter & arbitrator teneantur ferre sententiã, siue laudum, secundùm cõsilium sapientis, ex quo cogitur de consensu partium sequi illud consilium, nõ poterit dici, ꝙ ipse arbiter fuerit in dolo vero præsumpto, imò nec in aliqua culpa, vt probatur in l. si conuenerit. & ibi hoc not. Bart. ff. de re iudic. facit l. j. §. & post operis. ff. de noui ope. nun. & ideò cùm dolus imputari non possit arbitratori, & renuntiatio sit facta generaliter vt s. valebit renuntiatio, & ita in effectu tenet Rapha. in l. prima. circa fi. prin. ff. de appell. & puto consilium
3 esse verissimum.* & prædicta cautela ꝑcedit, nisi minor esset læsus, tũc posset petere restitutionẽ in integr. l. nam & posteà. §. si minor. ff. de iureiuran. vel nisi dolus partis interuenisset, secũdùm Rapha. in dicta l. prima. ff. de app. Sed aduerte, quia illud de restitutione posset tolli, si iuratũ esset de non contrauenjendo etiam ratione minoris ætatis, & alia quacũque ratione, vt in aut. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. & habetur in l. secunda. C. de rescin. vendi. & in l. si quis cum aliter. ff. de verbo. obli. Item videtur, quòd dicta cautela nõ sit sufficiens, quia ratio, quare nõ valet renuntiatio reductionis ad arbitrium boni viri, est, ne quis inuitetur ad delinquendum, vt s. dixi. Sed per prædictam cautelam licet nõ inuitetur

tetur arbiter & arbitrator ad delinquendum, tamen mutatur cōsultor, qui sciet non posse peti reductionē ad arbitriū boni viri, ideo vt omnis tollatur dubitatio, facias quòd consultor nesciat de ista renuntiatione, quo casu teneo, quòd cautela sit sufficiens, aliàs nō, per prædicta. Posset etiam adhiberi alia cautela, vt cū effectu renuntiatio reductionis ad arbitrium boni viri valeat, videlicet quòd partes sibi inuicem ex nunc prout ex tunc, & ex tūc prout ex nūc cedant omnia iura quæ habent, vel habituræ sunt quoquo modo, causa, & occasione reductionis ad arbitriū boni viri. in quo casu feratur sententia, siue laudum per arbitros & arbitratores, quæ cessio regulariter fieri potest, & valeat, vt l. j. cum ibi no. C. de acti. & obliga. & no. in l. per diuersas, C. mand. & facias, quòd in instrumento dicatur, quas quidem cessiones fecerūt dictę partes ex sua mera, pura, & simplici, spōtanea volun. & ex certa scientia, quia eis sic placuit, vt docet Barto. in d. l. per diuersas in prin. iij. colum. C man. Tertia cautela circa prædictam renuntiationem reductionis ad arbitrium boni viri pōt esse, hoc modo, ꝙ partes renūtient dictæ reductioni, & sibi inuicem promittant, ꝙ in casu, quo per alteram partem petatur reductio ad arbitrium boni viri, & reducatur, ꝙ in vicem reductionis cō denetur in plus, vel in minus, quàm iudicatum fuerit per arbitrū & arbitratorem ex nunc prout ex tūc, & ex tūc prout ex nunc, totum illud plus, vel minus donat liberè, spōte, ex certa sciencia alteri parti, contra quam iudex fecit reductionē, arg. l. quidam decedens. in fin. princip. vbi videtur esse casus. ff. de administratio. tutor. Sed Bartol. & Dyn. ibi videntur restringere illum tex. ad culpam, & dolum preteritum, non autem in dolo futuro, de quo vide plenè per Bart. in l. Aurelio. §. Caius. vbi idem tenet. ff. de libe. lega. Quarta cautela potest etiā in hoc adhiberi, vt scilicet dicatur in instrumento cōpromissi, renuntiauerūt reductioni &c. & in casu, quo petatur reductio, & esset necessaria ex nunc prout ex tūc, & ex tunc prout ex nunc, communi consensu, ipsæ partes elegerunt in bonum virum ipsos eosdem arbitros, & compromissores, eidem reductioni stare promiserunt. In contrarium tamē videtur, quòd ille,* q̃ 4 fuit iudex in causa principali, nō potest esse in causa appellatiōis, vt no. per gloss. in verbo, prouocatum, in l. eos. in princip. C. de appellationi. & ibi per Doct. & gloss. in c. querelam. in princ. extrà de electio. tamen hoc non obstante teneo, quòd dicta cautela procedat non obstante glo. præcedenti, quia non habet locum quando vtraque pars litigans cōsentiret, quòd iudex qui fuit in causa princi. sit in appellatione, quia tunc valeret dictus cōsensus, vt est casus, qui hoc optimè probat in capi. accepta. extrà de appellat. & ibi per Docto. & vide quod not. per gloss. fin. in l. filius. ff. de inoffic. testamen. & ibi etiam per Doctores[a],

a Doct. *Addo tres alias caute. Reductione petatur, cautela est, quòd duo extranei promittant pœnam inuicem, quod partes non petant reductionem, uide Dynum in consilio, Ptolemæus. &c. Lanfranc. in tractatu de arbitris.*

vij.parte.xiiij.q.uers.ex omnibus præmissis.Flo.in §.arbitrorũ.& ibi Ale. vj.col.& Oldr.consi.clvj.Ioã.And.in addi.Spec.de arb.§.si.uersi. itẽ si compromissum.& Bald.in c. Quintaualis.Adde dictum Bart.in l.quod de bonis.§.fina.ff.ad l.Falci. Alia cautela. Clausula in cõpromisso,ut bonum uirum,operatur, ut læsus reductionẽ petere non possit.Bar.in l.iij.§.tametsi. in fin.ff.de arbi. Alia cautel.Clausula in compromisso. Ladere in parua, uel magna quantitate,tollit reductionem ad arbitrium boni uiri.Bald.in c.cùm autẽ.in iij.col.in uersi.quæro ergo si in cõpromisso.C.de arbit.Ludo.in rubr. de arbi.xxiij.col.Hostiẽ.in c. humilis. Anto.de But.in c.Quintauallis.de iureiuran.dicit contrarium.

Cautela quando plures sunt delegati in causa, quid faciendũ est,si times quòd maior pars eorum sentit contra te in causa. C C.

1 *Clausula, unus sine altero procedat, quid importet.*

SI duobus, vel pluribus causa tua delegata fuerit, sicut fieri pôt,& consueuit,vt in c.pen.in princ.extrà de offi.deleg.& c.si duo ex tribus.& c.cùm plures.eodem titu.in vj. cũ similibus.& tu intelligis, ꝙ vnus, vel duo ipsorum sunt,vel sentiunt contra te, & alter pro te, cautela est, vt procures,vt illi,qui cõtra te sentiũt, vel tibi nõ fauent,delegẽt vices suas alteri cõiudici, qui sentit pro te, vel tibi fauet, quia hoc facere poterunt, si causa fuerit eis commissa simpliciter sine clausula,* vt vnus sine altero 1 possit procedere,vt est text.cum gl. not.& ibi Doctor.in c.quamuis. extrà de offi.delegat. & poterunt etiã omnes, qui sentirent contra te,causam alteri subdelegare, in quo sperare possis victoriam, vt est ca.in c.prudentiam.in prin. de officio legat.& habetur in l. à iudice.C. iudic.nec poterit ille subdelegatus à collegis,vel ab alijs fortè ferre sententiam pro te, secundùm opinionem suam, & contra te secundùm opinio.suorum collegarũ, vel aliorum subdelegantium, sed debebit secundùm suam opinio. tantùm pro te iudicare.argument.c.si quis iusto impedimento.§.porrò.de electio. in vj.quod not. vt scias tibi prouidere,quando iudices sunt discordes,& omnes sentiunt contra te.

Cautela pro hæredibus ingredientis religionem, qui fuit dolo ad religionẽ attractus,bona dicta ingredientis hæredibus debentur, & non monasterio. CCI.

1 *Religionem si ingrediatur iuuenis circunuentus ab abbatibus,& alijs latronibus religiosis, an sit dare aliquod remedium proximioribus ab intestato hæredibus,ne monasteria bonis sedu cti potiantur.*

2 *Circunuentus quando aliquis dicatur remissiuè.*

SAEPE abbates, & religiosi circonueniunt iuuenes præsertim diuites,vt intrent monasterium, nõ in fructum animarũ, sed in auaritiã, & turpe lucrum inhiantes, si iurant tales circũuenti religione perseuerare,cogũtur, vt est text.xx.q.iij.constituit. * Sed nunquid sit aliquod 1 remediũ,quod dari possit proximioribus ab intestato hæredibus? videtur quòd non: quia si valet ingressus, ergo bona debent monasterio remanere.

remanere.authent.ingressi.C.de sacrosanct.eccle. Tu dicas cōtrariū, & cauti sint hæredes, vt petāt bona dicti ingressi sibi reddi, quod fieri debet in odiū circūuenientiū, vt est casus singularis, quē tene menti in d. c.cōstituit.in fin. & habetur in c.præterea. & ibi hoc etiam dixi, extrà de offic.delegat. & quod dixi de iuuenibus circunuentis, idē intelligas de quibuscunq; hominibus, vt probatur in d.c.cōstituit.ibi, quoslibet homines circūueniendo, &c.*Et quādo dicatur quis circunuētus, collige ex l.prima, in prin.ff.si quis omiss.causa 1 testamē.& l.j. C. si ex fal.alleg. & l.j. §.dolum.ff. de dolo.c.penulti. extrà quod metus cau. & c. cùm olim.extrà de re iudi. & per Docto.in dictis iuribus, & maximè in d.c.cùm olim.

Cautela pro creditore, quòd possit pignus debitoris uendere non obst. conuentione de nō uendendo. CCII.

1 *Tempus uendendi pignoris, lege, uel statuto breuiari potest.*

CREDITOR, qui habet pignus debitoris, si cōuenit de eo non vēdēdo, potest facta prius trina denunciatione vēdere, vt habetur per tex.& glo.in l.si cōuenerit.ff. de pigno.actio.& post dictas tres denunciationes debet expectare per biennium.per l.vltimā.C.de iure do.impe.vt not.gloss.in d.l.si conuenerit.
1 quā tenet ibi Bar.& Doc.*nisi de cōsuetudine, vel statuto tēpus esset abbreuiatum. Sed si sumus in ciuitatibus vel locis, in quibus seruatur ius cōmune, consilium est, vt facias condemnare debitorem, & post condemnationem adiudicari tibi pignus, & intra duos menses facias ipsum vendere, vt l.debitores.ff.de re iudi. & sic abbreuiabis tempus secundùm Rapha. Fulgo.in dicta l.si conuenerit. vel vt tollatur omnis dubitatio post quatuor menses, vt l.fin. C. de vsuris rei iudica.Bartho.Cæpol.

Cautela pro intentante interdictum uti possidetis. CCIII.

1 *Interdicti uti possidetis in causa positiones, & articuli, & probationes de dominio admittuntur.*

2 *Interdicto uti possidetis an ille obtineat, qui de antiquiori possessione probat.*

IN CAVSA*interdicti vti possidetis, admittuntur positiones & articuli, & probationes de dominio, vt tenet Iaco.de Aretio, Cyn. & Doctor.in l.j.C.vti possidetis.& est tex. cum glo.in c.licet causam.de probatio. Ratio est, quia si probamus æqualiter de possessione, tunc apparebit iustior possessio illius, qui est dominus, & sic habebit vincere. Tu ergo aduocate, contra quem fiunt articuli, seu capitula, seu positiones, si suspicaris aduersarium probare de proprietate, sis cautus, vt facias exceptiones & articulos, quòd ipse possidet clàm à te, respectu possessionis tuæ. Si enim diceres, quòd possedit clàm, simpliciter nil probabis: quia sicut simplex conditio in dubio intelligitur respectu proprietatis. l. si rem aliquam.in fine.ff. de acquiren. possessio. sic in dubio ille, qui possedit clàm, intelligitur respectu proprietatis: nisi dicatur expressè, quòd possidet clàm respectu possessionis, aliàs perderes, & quod sic debemus dicere, probatur in dicta l.si rem aliquam. in fine. Ita singulariter dicit Barto.in l.si de eo. §.fina.ff.de acqui

rent possession. quem sequuntur ibi Doctor. & Angel. de Aret. Institu. de actio. §. quadrupli. in penul. colum. quod tene menti in practica, quando agitur vti posside. & aduersarius tuus habet possessionem antiquiorem iuniorem, & probat titulum: & tu habes solùm possessionem antiquiorẽ, vt articuleris, quòd ipse possidet clàm, respectu tuæ possessionis, & sic obtinebis: licet aduersarius
a probet de dominio, avel titulo: & ita intelligitur quod not. Bart. in l. j C.
2 vti possid.* vbi videtur velle, quòd ille obtinebit interdicto vti posside. qui probat de antiquiori possessione, licet alter probet de dominio, vel titulo: sed si non articulaueris aduersarium tuum possidere clàm, vel etiam si simpliciter articulaueris, ꝙ possidet clàm, nec adijceres respectu tuæ possessionis, tunc succumberes, & obtineret aduersarius tuus, licet probes de possessione antiquiori: quia possessio aduersarij dicitur propriè suũ titulum melius iustificare: & isto modo intelligas Bartol. in dicta l. si duo. in fine. princ. ff. vti possidet. & Salycet. in l. vnica. versic. tunc reuertar ad gloss. & quæro sextò. C. eodem tit. qui volunt, quòd ille, qui probat de dominio, & possessione posteriori, debet obtinere, licet alter probet de possessione antiquiori tantùm. Et quomodo debeat articulari, ꝙ aduersarius possidet clàm, vel vi vel precariò, vide per Bartol. & Doct. in dicta l. vnica. C. vti possi.

a Dominio. *Interdicto uti possidetis, obtinet reus in possessione antiquior, licet actor probet de dominio, si reus alleget clam possedisse, aliàs nõ. Alex. in l. si de eo. §. fi. de acqui possess. ubi etiã dicit, quòd in hoc interdicto non prodest dominium actori quæsitum post possessionem reo adeptam.*

Cautela, quibus inducatur hæres ad adeundam hæreditatem CCIIII.

1 *Hæres ubicunque aliquid facit, quod non potest fieri, nisi hæres fuerit, hæreditatem adire uidetur.*

QVIDAM erat debitor meus in mille. moritur, & nullus vult esse eius hæres, quale consilium dabitur mihi creditori? certè cõsilium est, quòd ego mittam ad hæredem, qui ex testamento, vel ab intestato deberet succedere, aliquẽ, qui dicat accipe istos denarios. puta xx. ducatos: quia ego sum debitor defuncti, & si accipiat, statim erit obligatus ad debita hæreditaria soluenda: vt probatur in l. cùm debitum. C. de iure deliberan.* quia vbicunque hæres 1 facit aliquid, quod non potest fieri nisi sit hæres, videtur adire hæreditatem: vt l. pro hærede. §. Papinia. in fine, de acquiren. hæreditate. & quia in dubio accipiendo videtur recipere pro se, & non pro alio: vt l. Iulianus. §. si seruum. eodem titu. & l. & magis. ff. de solu. & not. gloss. in dicta l. pro hærede. § j. & istud consilium dedit Rayne. de For. in dicta l. cùm debitum. C. de iure deliberan. Sed aduerte, quia hoc debet fieri post triginta dies, qui dantur ad inchoandum inuentarium: vt l. j. §. si autem dubius. eodem titu. ad hoc, vt non possit postea inuentarium conficere: & facias fieri dictam solutionem coram testibus, vt probari possit. Ego tamen dubito, quòd ista cautela non prodesset: si constaret me submisisse illum, qui sic solueret: & sic ind

ſe induxiſſet ipſum ad adeũdũ hæ-
reditatem.argu.l. ſi ſeruus plurium.
§.ſi quis ante.ibi, ſed ſi ſubiecit de-
latorem.cum not.per Doctor.de le-
gatis primo.& in l.mancipia. verſic.
ſine mancipium torqueri.C.de ſer-
uis fugitiuis. & adde quod dicam in
ſequen. Poteſt alio modo inducere
ad adeundũ, ſi facias vnum credito-
rem in minima quãtitate interroga
re hæredem, ſi eſt hæres: quia ſi re-
ſpondit, quòd ſic talis cõfeſsio pro-
derit etiam tibi, & cuilibet alij cre-
ditori abſenti.l.pro hæ: ede.in prin-
cip.ff.de acquiren.hære. quod pro-
cedit, quando filius non abſtinuerat
ſe plus ab hæreditate paterna, vel a-
lius hæres non repudiauerat: vt eſt
gloſſ.in l.j ff.de interroga. actio.ſe-
cus ſi primò abſtinuiſſet, vel repudi
aſſet: quia tũc talis reſponſio & con-
feſsio non præiudicaret, niſi quo ad
interrogationem: vt eſt tex.in d.l.fi.
qui ita debet intelligi ſecundũ gloſ.
fra.ibi, quam ſequuntur Doctor.

Cautela inſtruens, quæ uerba de
beant contineri in citatorio.
ad hoc quòd citans nõ uidea-
tur citati perſonã approbare:
& eandem uide ſuprà. CCV.

1 *Citatus quiſpiam ſi fuerit tanquàm reus probatur et habilis ſit, quam pri mum per ſe uel per alium ad iudicium ueniat.*

1 *Quæſtionũ deciſio multarũ inferri põt.*

SI FACIS aliquẽ citare vt veniat ad cõtradicendũ, ſi contradicere vult, ne mittaris in poſſeſsionẽ talis fundi vel hæreditatis, vel vt tibi re-
ſtituatur tale depoſitũ, vel vt veniat ad præſentãdũ, aut aliquid faciẽdũ, non potes regulariter poſteà ipſum repellere & apponere aliquid cõtra

1 eius perſonã: * qa cũ citas eum tan
quàm reũ, ſtatim videris ipſum ap-
probare, & facis ipſum habilẽ, quã-
primũ veniat ad iudiciũ per ſe, vel ꝑ
aliũ: vt ſingulariter not.Inno.in c.cũ
inter. de exceptio. quẽ ſequitur ibi
Ant.de But.& Canoni.& idem tenet
Ant.de But.in c.exhibita.in antepe-
nul.col.de iudic. & Bart.in l.cũ mu-
lier.& ibi Bal.& Doct.ff.ſoluto ma-
trimonio.& Bald.in l.fi.in ij.colũ.ad
fi.& in v.queſt.C.de edic.diui Adri.
tol.in l.ſi ſuſpecta.in prin.ff. de inof
ficio.teſta.& habetur in l.j.§.cũ dici
tur.& §.hæc ſtipulatio.ff. ſi cui plus
quàm per legẽ Falcid. faciũt no.per
Bal.in l.teſtamẽta.in fi.C.de teſta.&
Ang.in d. §.hæc ſtipulatio. in viij.
col.in fi.& dom.Bened.de Plumb.in
l.ordinata. §.ſed & ſi qs.ff. de libe.
cau.ſecus ſi citaueris reũ vt compa-
reat, ſi haberet ius cõparendi, vel ſi
ſua putauerit intereſſe: quia tunc nõ
videris eius perſonã approbaſſe: vt
ſingulariter no.Bal.in dicta l.fin.C.
de edic.diui Adria.tol.& in dicta l.
ſi ſuſpecta.& Ludouicus Rom.in l.
de pupillo.in prin.de noui oper.nũ
cia.& ideo tu ſis ſemper cautus: quan
do in ſimilibus facis aliquẽ citare, ut
nõ facias citare ſimpliciter, vel vt cõ
pareat ad contradicẽdũ, vel aliquid
faciendũ: quia tunc nõ poſſes ipſum
poſteà repellere, ex quo videris i-
pſum approbaſſe reũ habilẽ, ſed de-
bes ipſum citari facere ſub cõditio-
ne, ſi ſua putauerit intereſſe, vel ſi qđ
ius habet cõtradicendi vel opponen
di, aut faciẽdi, quod tamẽ nõ credi-
tur: & ꝓpterea ſæpe inſtruxi ꝓcura-
tores Paduæ in materia ſtatuti Pa-
duæ de præſentatione, quod vult, vt
propinqui & collaterales poſsint

 præſen

præsentare super vēditionib⁹, & da
tionibus in solutum ad certū tēpus,
quo elapso facta sibi denuntiatione
nō possunt amplius præsentare. Nā
quādo emptor denūciare faciet pro
pinquo seu collaterali,nō debet di-
cere,vt cōpareat ad præsentandū pe
cuniá,si vult possessionē,vel etiā sim
pliciter, vt cōpareat ad præsentādū,
vt faciūt procuratores minus prudē
tes:quia tūc nō posses ei opponere,
ꝙ nō posit pręsentare,ex quo vide-
ris eius personā approbasse: sed de-
bes dicere,vt cōpareat,si sua putaue
rit interesse,vel si quod ius habet ad
2 præsentandū.*Et ex prædictis potest
inferri decisio multarū quæstionū,
& maximè si statutum dicit, sicut est
Paduæ, ꝙ propinqui & collaterales
posint præsentare super venditio-
nibus,vel dationibus insolutū vsque
ad certum tempus, & elapso tempo-
re emptor denūciauit alicui propin
quo vel collaterali,quòd si vult pre-
sentare super venditione, debeat cō
parere:& iste propinquus cōpareat:
& præsentet pretium,emptor vidēs,
quòd est facta præsentatio, opponit
quòd non potuit præsentare:quia la
psa sunt tempora comparendi. certè
ipse emptor super hoc non debet au
diri:quia ex quo citauit eum simpli-
citer,& non conditionaliter, reputa
uit eum habilem ad præsentandum.
3 *Itē, si est statutum,sicut est Teruisij,
quòd propinqui ita demum admit-
tantur ad præsentandum, si sint ci-
ues, & subdit, quòd intelligantur
esse ciues, si sustinuerunt onera &
factiones, & emptor citauit quen-
dam ciuem Teruisinum hic Paduæ
commorantem:nunc autem isto cō-
parente opponit emptor,quòd com
parens non est habilis ex forma sta-
tuti. Dicendum videtur per prædi-
cta, quòd istam exceptionem inha-
bilitatis emptor non potest sibi op-
ponere: quia paria sunt sibi exce-
ptionem non competere, & com-
petere non posse per ipsum oppo-
ni, qui per suam citationem habilita
uit comparentem:vt est gloss. nota.
in l.qui habebat.in fine.ff.de maie-
sta.& in istis duabus proximis quæ-
stionibus ita determinat solēnis do-
ctor dominus Franciscus de Capiti-
bus Listæ, in l.fin. circa medium sui
commenti.C.de edi.diui Adria.tol.
qui dicit se ita de facto sæpius alle-
gasse,quæ omnia ꝑpetuò tene mēti.

Cautela quibus uerbis utetur
superior, quando uult, quod
inferior non posit eligere,&
quòd electio sit nulla. CCII.

1 *Petrus de Luna, qui in partibus ultra-
montanis Papa appellabatur, quibus
uerbis inhabilitabat cardinales, ne e-
lectionem facere poßent.*

QVANDO superior vult prohi
bere inferiori ne eligat, & vult
ꝙ electio sit nulla in casu, quo velit
eligere:cautela est, ꝙ dicat, vt statim
ꝙ incipiunt eligere, sint excōmuni-
cati, vel inhabiles: & tūc nō poterūt
eam perficere. sed si inhabilitat eos,
si elegerint,tunc electio valebit: sed
posteà efficiuntur inhabiles ad aliā
electionem, vt probatur in l. inter-
dum.verbo,incipiunt.ff. quibus mo
dis vsusfruc. amit.quæ est singularis
ad hoc, secundùm Paulū de Castr.in
l.filiusfamilias. §. diui.ij.in penulti.
colum.ff. de legat. j.qui dicit, quòd
ita semel vidit fieri per Petrum de
1 Luna,*qui appellabatur Papa in par
tibus vltramontanis, cardinalibus
suis

bis existentibus in Liurno pro congregando concilio: nam inhabilitabit eos, cum inciperent eligere: & idem tu dicas in similibus.

Cautela, quando pater fecit plura legata in testamento, quid faciet filius ad hoc, quòd illa reuocet. CCVII.

1 *Legata testamento facta quomodo tacitè adimi possint.*

SI PATER tuus fecit testamētū, in quo reliquit multa legata diuersis personis: & fortè nolit, q̃ tu scias dicta legata esse relicta ad hoc, vt dicta legata nō debeātur, & tacitè videantur reuocata: cautela est, vt tu filius interroges patrem corā quinque, aut septem testibus, si potes, an fecerit aliqua legata in testamento a suo.[a] Nā fortasse pater dicet, quòd nō, causa tibi cōplacēdi, vel vt nescias volūtatem suam: & p istā respōsionem simpliciter factam ipse pater videtur adimere dicta legata ita, vt posteà hæres nō posses ad eas conueniri: & si cōueniaris, opponas ex-1 ceptionē,* quòd pater tacitè ea ademit per dicta verba, vt probatur p glossam nota. in l. verba testamenti. C. de testamen. in glo. prima, ibi, obstat tamen exceptio. quod tamē ego intelligo esse verum in dubio: sed si posset constare ex aliquibus conie-cturis patrem noluisse per prædicta verba legata adimere: puta quia pater posteà dixit, quòd illam responsionem filio fecerat, vt ei cōplaceret, vel vt nesciret cōtenta in testamento suo: tunc secus esset, & quod dixi in patre, idē in quolibet alio testatore, q fuisset interrogat⁹ ab hęrede suo eadē rōne: & adde p̄dictis qđ notat Pau. de Cast. in consi. cclxiij.

a Testa. suo. *Testamentū debet mutari cū eadē solēnitate, qua fuit conditum. l. hæredes palam. §. j. & ibi Doc. & Bar. in prin. de test. Bar. in l. cū proponebatur. uer. quæro per quot testes. ff. de leg. ij. & per Bal in l. fi. in pe col. in uer. & scias per quot testes. C. de fideicō. & in l. errore. in ij. q. C. de testa. Alex. in rub. ff. de acqui. pos. & in l. quemadmodū. eo. tit. & in consi: cxl. prima parte.*

Cautela pro illo, qui cupit emere aliquam rem, & eius dominus non uult eam uendere, quomodo possit illam habere. CCVIII.

1 *Rem sibi commodatam amittens, ad æstimationem tantùm teneri debet.*

SI QVIS vellet emere rē ab vno domino, qui nollet eam vēdere, potest procurare, vt illa res sibi accōmodetur, vel ad ipsum perueniat ex aliqua iusta causa, & posteà fingat, eam perdidisse etiā ex culpa sua, dūmodò sine dolo fuerit, nam tunc tenebitur domino rei, vel illi, qui sibi rem tradidit ad æstimationem dictæ 1 rei:* ad aliud enim teneri non poterit: posteà fingat se eam reperisse in aliquo loco, vel apud aliquē quo casu erit tua, nec poterit amplius cōueniri rei vēdicatiōe à domino vel ab alio: soluēdo æstimationem dictę rei, videtur ipsam emisse. & hoc dico, quando culpa diceretur res amissa: secus si dolo: vt est casus notab. in l. si culpa. ff. de rei vendica. quo tex. & cautela non vteris ad malum, sed quando subesset aliqua iusta causa: puta quia tibi promisisset vendere, & posteà negaret, vel ex alia simili. Est & alia cautela, qua quis potest emere rem à nolente vendere, de qua vi-

 de su-

de supra in xxiiij.cautela.

Cautela quomodo negligente executore testamentario, etiã post annum testamenti executio ad episcopum non spectat. CCIX.

1 *Executor ad pias causas, si intra annum legata non exequatur, potestas exequendi regulariter ad episcopum deuoluitur.*

2 *Testatoris prouisio, si hæres fuerit, legis prouisionem facit.*

3 *Episcopi relicta in testamentis ad pias causas adimplere debent, etiam si per testatorem hoc interdictum fuerit.*

4 *Ius accrescendi in hæreditate simpliciter prohiberi non potest, sed per substitutionem.*

5 *Executor si sibi ipsi substitutus fuerit, scilicet quòd executor esse desierit, quid iuris.*

QVIA LEGIMVS nũc, id est die xj. millesimo quadringẽtesimo sexagesimo sexto. l. si fundũ sub cõditione. §. Stichũ. de leg. j. in quo Bald. & Doct. ponunt vnam singularem cautelam, ideo hic eam ponere
1 constitui,* si executor ad pias causas non exequitur legata intra annum, regulariter potestas exequendi deuoluitur ad episcopum: vt l. nulli. C. de episcopis & clericis. & c. nos quidem. & c. hæredes. extrà de testamentis. Sed cautela est, vt episcopus nunquàm possit se intromittere de legatis tuis seu relictis ad pias causas, etiam post annum, si volueris: quia fortè non confidis de episcopo. Nam debes in testamento tuo vel codicillis ita dicere, Relinquo talem, puta Titium executorẽ meum, & volo: quòd exequatur intra annũ omnia legata mea: quod si non fecerit, tũc volo, quòd Seius faciat prædictã executionẽ, & si Seius nõ faciat prædictã executionẽ intra aliũ annũ, volo, quòd eam faciat Sempronius: & sic potest alios plures substituere de anno in annum. Nã si tuus primus executor nõ adimpleuerit intra annum voluntatẽ defuncti, non deuoluetur ius exequendi ad episcopum, sed ad Seium, secundũ executorem, & sic de alijs subrogatis dicendum est. probatur in d. §. Stichum. Et ratio quare surrogatus per testatorem
2 præfertur episcopo, est,* quia prouisio testatoris si sit hæres, facit prouisionẽ legis. l. fin. C. de pactis cõuentis. & no. in l. secũda. C. de iure emphyteotico. Ita singulariter dixit Bal. in dicto §. Stichũ. qui dicit, quòd ista est via, per quam testatores possunt sibi prouidere de executoribus successiuè, ita quòd nunquàm executio veniat ad episcopũ. & Doctores ibi sequuntur eum: & idẽ tenet etiã Bald. in l. j. & in l. item & ad lit. ff de procuratoribus. in apostil. & in l. j. in principio. versi. no. secundò per istũ tex. C. de caducis tollendis. Nec obstat authẽ. licet testator. C. de episcopis & cleri. & in corpore vnde sumitur: & in c. tua nos. extra de testamẽ-
3 tis. in quibus dicitur,* quòd episcopi debent adimplere relicta in testamẽtis ad pias causas, etiam si per testatorem sit eis hoc interdictum: quia illa iura loquuntur, quãdo testator simpliciter prohibeat, non prouidẽdo de alio executore: secus si prouidit de executore, vt dixi, & hæc tenent Oldrad. Bal. Rapha. & Doct. in dicta authẽ. licet testator: & probatur in dicto §. Stichum. pro hoc facit l. si quis ita hæres instituatur, ex-

cepto

cepto fundo.ff.de hæredibus insti-tuen.coniuncta l.ij.§.si duo.ff.de bo-no.possess.secundū tab.vbi habet, quòd ius accrescēdi in hæreditate simpliciter nō potest prohiberi,sed per dationē substituit sic,vt ibi.Nec obstat l.nemo potest.ff.de leg.j.quia loquitur in his, quæ concernunt solennitatem actus.quam testator potest tollere in testamento:vt dicit glo.in d.l.nemo potest.sed ea, quæ sunt introducta in fauorem testato-ris,potest tollere:vt l.ij.& l.pen. C. vt in possess.leg.* Sed circa prædi-cta dubitatur,quid si substitutus est executor sibi ipsi, videlicet quod executor esse desierit,eidem sibijpsi 1 substituto.Ista quæstio formatur per Bal.in l.j.ante finē princ.C.de cadu-cis tollend.& refert quòd quidā sa-pientes dicebant,quòd istud erat fa-ctum in fraudē cōstitutionis episco-palis:& ideo nō valebit ista cautela: vt dicta authē.licet testator.& bene secundū eū:quia negligens abijtab officio.& ideo nō debet in eodem officio.reponi:vt C.de procuratori b.l.re rn. argumen. tamen cōtra ff.quibus modis vsusfru.amit.l.sicut in annos.Sed dic, secundùm Bald. quòd ibi testator disponit de rebus suis,quod potest.hic de iurisdictio-ne episcopi quæ est de iure publico, quod nō potest.ff.de pactis.l.ius pu-blicum.& hoc modo respōdet etiā add.l.ꝙ si nolit.§.si qs ita.ff.de ędil. edic.quæ omnia tene menti.

Cautela quando creditor & de-bitor non concordāt in quan-titate mutui, quid sit agen-dum. CCX.

1 *Creditorem se esse si quispiam proba-uerit,sed nō possit probare in quantū, an iuramento suo credetur.*

ALIQVIS mutuauit vni fru-mentum,nō potuit ꝓbare quā-titatem,sed bene probauit mutuasse per testes:vel debitor confessus est accepisse decem modios frumenti mutuo, sed creditor dicebat quòd imò fuerunt viginti:quomodo con-suletur creditori,si nō habet proba-tiones de quantitate?Dic ꝙ pote-rit petere quòd sibi deferatur iura-mentum,vt iuret quantum fuit,& ei credatur,secundùm Ray.de For.in l.j.ff.de in litem iuran. qui dicit, ꝙ ita fuit sententiatum,per dictam l.j. & l.in actionibus.& per l.cum furti. eo.tit.* & ideo potest dici secundū eū,quòd si probo me creditorē,sed non possum probare in quātum cre-detur iuramento meo,per dictam l. j.& l.fina.C.de bo.autor.iudi.pos.& idem in damno dato.l.si quando.C. vnde vi.Sed credit,quòd iudex pos-sit tale sacramentum, iuxta illud quod videtur sibi verisimile & ve-rum fuisse,refrenare:& istud sacra-mentum potest appellari in litem veritatis,quod est valde singulare, & milies de facto occurrit. Sed tu vide Bar.in l.admonendi.in xj.co-lum.in fine,versiculo,quæro quid si testis.ff.de iureiurand. vbi videtur velle,quòd etiam sit necessarium,vt nisi sint aliæ coniecturæ:aliàs non possit deferri sacramentum. Sed Ray.etiam in effectu idem intelle-xit,dummodò quòd iudex possit re-frenare,secundum quod erit verisi-mile:& ita etiam intelligo.

Cautela pro illo,qui uult ædifi-care hospitale nō subiectum, quibus insignibus tunc hospi-tale carebit. CCXI.

Hospit

1 *Hospitale constitui potest cum episcopi autoritate, & sine.*

2 *Hospitale si sine episcopi autoritate factum fuerit, nullam in eo iurisdictionem episcopus habet.*

a
1 HOSPITALE a cõstitui * potest, & cum autoritate episcopi, & sine: vt in c. ad hęc. & c. de xenodochijs. extrà de religio. do. & Cle. quia contingit. eod. ti. & in authẽ. vt nullus fabri. ora. do. circa princip. & in authẽ. vt in priua. domi. circa finẽ. & vide tex. cũ gl. xviij. quęstione ij. quidã. & in dubio nõ pręsumitur esse constitutum cũ autoritate episcopi: quia solẽnitas extrinseca nõ praesumitur. l. quaecũque. ff. de publi. & habetur in l. sciendum. de verb. obli. sed eo ipso, quòd in eo missa celebratur, praesumitur autoritate episcopi factũ. singulare est dictũ Archi. de cõse. dist. j. nemo, quod est incognitum legistis. secundùm Lud. de Roma. in quodam suo singulari, quod
2 incipit, tu Iacobe Astagnatis: * & in casu, quo non est factum hospitale autoritate episcopi, in eo nullã habet iurisdictionẽ: & ideo cauti debent esse illi, qui volũt aedificare hospitale, ita vt episcopus tanquàm superior in eo nullam iurisdictionem habeat, vt ędificent ipsum sine autoritate episcopi, & non erigant ibi altare consecratum, neque campanile, neque cœmiteriũ: quia tunc erit in plena potestate aedificantis etiam laici. sed si aedificarent ibi ecclesiam, vel altare consecratum, tunc episcopus esset superior, & sine eius autoritate aedificari non posset: vt probat in Cle. quia cõtingit. in fi. cũ ibi no. de relig. domi. & patet ex prędictis, & adde oĩno, quod no. Pau. de Cast. in consilio suo ccxciiij. quod bene no. quia ita fuit seruatum Veronae.

a Hospita. *Hospitale constructũ sine autoritate episcopi, põt destrui per construentẽ ad libitũ suũ: glo. pen. in quia cõtingit. de religio do. xviij. q. ij. quidam. c. inter dilectos de donat. Bal. in l. orphanotrophos. de episco. & cle. Hospitali nõ religioso nõ possũt annecti iura spiritualia: aliàs sic. Car. in Cle. ij. § . fina. post glo. de praebendis. Hospitale priuatũ potest quilibet facere in domo propria. Innocen. in c. ad hoc. de reli. do.*

Cautela, quando est prohibita alienatio à testatore, quomodo alienatio ualebit, non obstante prohibitione. C CXII.

1 *Clausula, uisis & inspectis uerbis testamẽti, quam uim habeat, remissiuè.*

SI PATER, qui habet fortassis filios dissolutos, & iubet eos non alienare mobilia, vel immobilia, saluo nisi in casu redẽptionis captiuorum, vel debiti, ante xxv. vel xxx. annos, & si secus facerẽt, illa bona ex tũc adiudicat, & relinqt tali hospitali, vel ecclesiae: an possit adhiberi aliquod remediũ, & occurri tali ꝓhibitioni. Dico, ꝙ sic, videlicet ꝙ filij alienent: praecedente prius repudiatione firmata pacto, vel stipulatione solẽni per locorũ praepositos, & dicti repudiationẽ fieri faciant ex causa transactionis appositae illis verbis,
1 * visis, inspectis, & cognitis verbis testamẽti, de quibus habetur in l. de his. ff. de trãsactio. ita dicit Ang. in l. quoties. C. de fideicõ. q dicit, ꝙ ita multoties practicauit Perusij, per illũ tex. & idẽ tu dicas, quãdo testator prohibuit alienationẽ bonorũ, & in casu, quo fiat alienatio, quòd bona trans-

transeant in nepotes, vel alios sues consanguineos: quia si filij volũt alienare, faciant, ꝙ nepotes, vel consanguinei consentiant, & valebit alienatio sine pœna: vt est casus in dicta l. nepoties. & ita aliàs fieri feci.

Cautela pro emente rem alienam à fisco, uel à massario pignorum. CCXIII.

1 *Ratihabitionem emptori habere expedit.*

SI VENDVNTVR bona per nõ dominum mihi, & sit casus, in quo si tu emis aduersus dominũ, puta quia ille, qui vẽdidit mihi, vendidit iure creditoris, & habuit potestatẽ vẽdẽdi, ego possum ad maiorẽ cautelã implorare iudicis officiũ, vt dominus ratificet venditionẽ ꝑ publicũ instrumẽtũ, qa fortè nõ semp ꝓbari poterit, ꝙ ille habuit potestatẽ vendendi. *Et sic expedit emptori habere expressam ratihabitionẽ. Ita dicit Bald. & Pau. de Cast. in authen. si captiui. C. de episcopis & clericis. per tex. ibi, captiui autẽ si redierint, necesse habeãt, &c. quod tene mẽti, quia est vtile pro illis, qui emunt bona & possesiones à fisco vendẽte rem alienã, iure creditoris, & pro ementibus ab officio, siue à massario pignorũ. & ad hoc adde gl. not. in l. ij. versi. nec cogit. in j. gl. magna, in fine, & qđ ibi not. ff. soluto matrimonio. & qđ not. per Bart. in l. si finita. §. eleganter. ff. de damno infecto.

Cautela ad recusandos officiales ĩ syndicatu excedẽtes ĩ torturis contra reos. CCXIIII.

1 *Officiales excusantur de his, quæ sui superioris iussu fecerint.*

2 *Officiales an possit conueniri post syndicatus tempus.*

OFFICIALES prætorum, vel aliorũ rectorũ, sæpe ponunt aliquem ad torturã, non præcedẽtibus indicijs, vel eis nõ legitimè probatis, vel si ex tũc indicia sufficienter probata excedũt modũ in torquendo, si agitur cõtra eos in syndicatu, duplex est cautela: *vna, vt ipsi officiales nõ teneãtur, si probant hoc fecisse de mandato prętoris, vel alterius rectoris sui, qui excusantur ratione iussus superioris: vt probatur in l. liber homo. ij. ĩ principio, & ibi per gl. & Doct. ff. ad legẽ Aquil. & ꝑ textũ & glo. in l. ad ea. ff. de regu. iuris. in vltima char. & in l. is qui in puteũ. §. qui tutoris. cũ gl. ff. qđ vi, aut clàm. & in l. furti. §. qui iussu. & in l. liberorũ. §. fi. ff. de his, qui not. infa. & in l. nõ videtur. §. iussu. ff. de re iudica. & in l. iniuriarũ actio. §. si quis qđ decreto. cũ glo. ff. de iniur. & in c. qđ quis mandato. & quod ibi not. per Dynũ, de regulis iuris. in vj. Alia cautela est, vt prętor, vel alius rector superior non teneatur, videlicet, vt oblato libello in syndicatu cõtra aliquem de familia sua, elapso tẽpore ad dandũ libellũ contra prætorẽ, faciat officialẽ suũ culpatũ probare, ꝙ fecit de mandato ipsius prętoris, & ipse prætor cõfiteatur: & tũc vterq; erit securus, videlicet officialis, qa facit de mãdato superioris, & ipsius superioris est elapsum tẽpus sui syndicatus, iuxta l. vnicã. C. vt oẽs iud. tam ciuiles, quàm criminales. & ita tenet Flor. in d. l. liber homo. in prin
2 cip. adde tamen, *ꝙ licet prętor, vel alius officialis nõ possit couenĩri in loco officij, post tẽpus syndicatus, tamen in patria propria poterit perpetuò conueniri: vt est gloss. singul. in

in l.j.ff.ad legē Iuliā repet. secundū Angelū in l.iubemus.C.eo.titu.quā glo.ibi intelligit,nisi fuisset in syndicatu absolutus,quia tunc obstaret exceptio rei iudicatæ:& ideo sit cautus pretor, vel officialis, vt nemine cōparente tēpore syndicatus, faciat pronunciari,ꝙ ipse se bene gesserit, & ꝙ nullus posit de cętero amplius cōueniri, & adde quod not.Doct.in l.manci. C.de seruis fugitiuis. & qđ dictum est de tortura,idem dicas de alijs,quæ spectant ad officium prætoris eadem ratione.

Cautela pro assessoribus,uel iudicibus deputatis per potestatem, quòd non teneantur de delicto potestatis. CCXV.

a

1 *Potestates super eorum excessibus,qua pœna teneantur,an eadem eius officiales & iudices mulctentur.*

2 *Officiales an de rectoris iniustitia teneātur,& contra ipsos repræsaliæ dari poßint.*

SI POTESTATES *terrarum ferunt setentias iniquas,vel iniustas de consilio iudicum de curia,ea pœna, qua tenetur potestas, tenētur & omnes iudices eius: vt probatur in aut.vt nulli iudi. §. quoniā. col. ix.& ibi hoc not.Ang. & pro hoc optimè facit text cū glo.& quod ibi no.in c.j.de offi.delega.& de cōsilio iudicū ferri dicitur,nō solū,quando dicitur,ꝙ eorum cōsensu, vel deliberatione fertur sentētia,sed etiā si dicatur sub examine talis iudicis:vt in authen.vt litig.§. omnē.ibi, vel sub legitimi iudicis examīe ceptas.col. viij.& probatur in l.si ille. ibi,sub examine ꝓuincialis iudicis. C. de decu.lib.x.Nam secundū Ange.in d.§. omnē verò.circa finē inquisitionis, & sententiæ, quæ hodie formantur per rectores terrarū sub examine iudicis maleficiorū, dicuntur ferri per iudices,sicut per rectores ipsos: & si iniustitia facta fuerit,ita tenentur iudices maleficiorum, sicut & ipse rector. & quādo officiales ita expressè inuitauerūt rectorē ad aliquā iniustitiā faciēdā, sicut cōtra rectores, ita contra officiales sine dubio possunt cōcedi represaliæ:vt C.de aduocat. diuerso.iudi.l.per hanc. ibi,adiutores etiā eorū.& C.de excusa.mune.l.pe.lib.x.& ita no.Bar.in suo tractatu repræsaliarū,in ij.q.vj. quæsti. principalis.iō sint cauti assessores[a], vel officiales potestatum, vel rectorum,vt nūquàm in actis faciant scribi,ꝙ sententia feratur de eorū consilio,vel deliberatiōe,aliter possent conueniri tēpore syndicatus,& eandē pœnā sustinere,quā potestas, vel rectores,secundū Angel.de Peru.in §.omnē verò:vel quòd nō scribatur sub examine talis iudicis: quia esset idē per illū tex.in d.l.si ille. Itē hęc dicta verba nō scribantur,ne ex tua taciturnitate videaris cōsētire,vt in iustitia ministretur,& per cōsequēs tu officialis tenearis,sis cautus,vt ꝓtesteris,& pertinaciter resistas potestati,vel rectori tuo,& in actis scribi facias de tua assertione,vel protestatione,ꝙ ius in dicta causa dicat. Iste est cautus in appellatione,in causa ciuili:in l.quoniā iudices.C.de appel. ergo idē & fortius in criminalibus. vt no.Ang.de Aret.in suo tract.maleficiorū,in verbo,de cōsensu,& deliberatione omniū iudicū.quē omnino vide.& idē dicit Bart. in tractatu represaliarū,in ij.q.sextę quęsti.pricipalis,in princ. *vbi elegāter dicit

distin

distinguẽdo, an officiales teneantur de iniustitia rectoris, & contra eos possint cõcedi repræsaliæ, ꝑ dictã l. quoniã. C. de appel. & l. oẽs. in fi. C. de decurio. Consulẽdũ est ergo secundũ eũ, officiales, quãdo talia occurrunt, ꝙ protestetur, ꝙ nõ cõsentiũt, & illa, quę fiunt nõ sũt de iure, & de hoc fiat instrumẽtũ: hoc videtur requiri, vt d. l. quoniã. & hac cau 1 tela vsus fuit quidã Parmẽsis vicari[9] in ciuitate Senarũ, qui dũ potestas vellet suspẽdere vnũ Iudæũ iniustè, fecit protestationẽ in scriptis, qualiter cõtra ius volebat eũ suspendere, & ꝙ ipse nõ cõsẽtiebat, & vide quæ dixi suprà in lxiij. cautela, quę incipit, quando fit processus per potestatem.

1 Assessores. *Aßeßor tenetur de mala administratione officij, & nõ potestas. Cy. et Bar. in l. diẽ functo. in iij. col. in uersi. itẽ pone, ꝙ remotus ff. de offi. aßeß caue, quia nõ loquitur in istis terminis, sed loquitur in potestate remoto ob culpã, an salariũ debeatur aßeßori. et in l. quoniã iudices. C. de app. nisi ipse protestet̃ potestati facienti. aliàs enim factũ præsumit̃ de cõsensu suo, secũdũ Lud. Po. in fine uersi. aßeßor. uer. ad de ꝙ aßeßor. & uide Alexan. in l. diẽ.*

Cautela, quam debes adhibere, quãdo uis mutuare ecclesiæ, uel monasterio, CCXVI. 1

1 *Ecclesiæ in utilitatem quod pecunia conuersa sit, quomodo probetur.*

VNVS est modus mutuandi ecclesijs & monasterijs, per quẽ releuatur creditor ab onere ꝓbãdi, ꝙ mutuũ sit cõuersum in vtilitatem ecclesiæ, vel monasterij, videlicet, ꝙ in capitulo solenniter cõuocato cõstituatur procurator, siue syndicus cũ speciali mandato, & sufficienti ad recipiendũ mutuo nomine ecclesiæ, vel monasterij, tantam pecuniæ quantitatẽ, à tali creditore, & ad obligandũ ipsam ecclesiam, & eius bona, pro illa quantitate mutuo assumenda: tũc enim si creditor mutuat tali procuratori, vel syndico, vsq; ad quantitatẽ in mãdato cõpręhensam, exoneratus erit à probatione, *ꝙ sit versa ĩ vtilitatẽ ecclesiæ. c. q̃d qui busdã. extrà de fideiusso. & ibi hoc not. expreßè glo. quæ incipit, istud est notabile. in fine. & est glos. nota. in aut. hoc ius porrectũ. in glo. fi. C. de sacrosanctis ecclesi. & pro hoc facit glo. in l. certũ. §. si quis absente. in versicu. domino. ff. de cõfes. & gl. in aut. de alie. & emphyte. §. si verò quis aut episcopo. in glo. quæ incipit, sed creditorib[9] profecerũt. collatio. ix. & ibi videas Iacob. de Bel. & de ista materia vide Alber. de Rosa. & Doct. in dicta aut. hoc ius porrectum. & quod notatur xij. q. ij. c. hoc ius porrectum.

Cautela quomodo articulabitur ille, qui uendicat uxorem, quam cognouit carnaliter, cõpula præcedente. CCXVII.

1 *Matrimonium præsumptum quod eße dicatur, ita quòd ab eo discedere non licet.*

SI CONTRACTVM *est matrimonium inter duos per verba de futuro, quę verba propriè inducũt sponsalia, & secuta sit copula inter eos, ista spõsalia trãseũt in matrimoniũ ꝓsũptũ, & nõ est licitũ discedere ab eo: & si posteà vn[9] ipsorũ cũ alio cõtrahat, etiã per verba de præsenti, stat primo matrimonio, & nõ secũdo, etiã si in secundo interuenerit

rit copula carnalis:vt probatur in c. is q̃ fidẽ.& in c.si inter virũ. & in c. veniẽs.ij. & c.sicut ex literis.extrà de spõsa.secus si præcedat copula, & sequant̃ spõsalia:vt d.c.veniẽs.nec sufficeret ꝓbare spõsalia & copulã, nisi ꝓbetur,ꝙ copula sit subsecuta, vt ibi:& ideo bene aduertat ille,q̃ articulatur,seu capitulat in hac materia, & cõcludat,ꝙ post sponsalia, secuta est copula,si vult,ꝙ habeatur ꝓ matrimonio præsumpto,& ei stetur.Nã si probaret spõsalia,& copulã simpliciter nõ releuaret:quia potuisset copula præcessisse spõsalia: secũdũ do. Ant.de But.in d.c.veniẽs.secũdo, in prin.per illũ tex.facit l.ad probationem.cum ibi nota.C.de probatio.

Cautela instruens aduocatum rei,cùm producitur testamentum,habens clausulam codicillarem. CCXVIII.

1 *Testamento alia solennitas requiritur, & alia in codicillis,uel in alia ultima uoluntate.*

CAVTVS aduocatus,seu procurator rei,dũ ꝓducitur testamẽtũ,vl'agit̃ vigore testamẽti,ĩ quo est clausula codicillaris, iuxta no.ĩ aut. ex causa.C.de libe. præte.debet ante litis cõtestationẽ petere:an actor testamẽto,qđ ꝓducit,velit vti, an vt codicillis,vel alia vltima voluntate: nã cogitur eligere,& facta electiõe, non poterit variari:vt l.fi.in prin.C. de codicil.& l.ꝙ in hærede. §.eligere.ff.de trib.& c. ad falsariorũ. extrà de crim.fal.prope prin. & erit vtile.
1 *qa alia solẽnitas reqritur in testamẽto,vt l.hac cõsultissima. C.de testa.& alia reqrit̃ in codicillis, vel in alia vltima volũtate:vt d.l.fi.C.de codicil.& ita tenet Spec.ĩ ti.de instru. edi. §.cõpẽdiosa.ver.& no.ꝙ cũ[...] ma voluntas.& ita aliàs obseruat[...]

Cautela,quòd illi, qui non pos[...] sunt esse testes, si sint rog[...] & adhibiti à partibus, lic[...] possunt. CCXI[...]

1 *Testes idonei non sunt parentes pro liberis, & liberi pro parentibus.*
2 *Testis rogatus semper idoneus est,quantumcunq; alias inhabilis sit.*
3 *Testis uocatus,eo ipso approbatus uidetur per eum,qui ipsum uocari fecit.*
4 *Testis domestici testificatio ualet,quando sunt testes instrumentarij.*
5 *Notarius uocatus de facto communi, ab utraq; parte instrumentum conficere potest,etiam si sit magis domesticus unius partis,quàm alterius:& maiori affectione coniunctus.*

1 LICET regulariter *parẽtes ꝓ liberis,& liberi ꝓ parẽtibus nõ sint testes idonei,vt l.parẽtes. C.de test. & l.testis idoneus.ff.eo.nec cõsanguinei:vt l.lege Iulia.ff.e.nec domestici,aut familiares,vt habet̃ ĩ c.i literis.extrà de testi.& ĩ c.insinuãte. extrà de off.dele.& l.idonei.ff.de testi.nec ꝓcuratores,vel aduocati,iuxta l.fi.cũ ibi no.ff.de test.nec aliæ ꝑsonæ similes,vt notat̃ ĩ dictis iurib⁹: tñ hæc regula fallit, qñ tales testes fuissent adhibiti,& rogati à partib⁹: qa testi etiã non fide digno adhibet̃ plena fides,qñ est à partibus ꝓ teste adhibitus:vt est gl.sing.in aut. de testi. §.&licet. q̃ incipit hęc verba innuũt.col.vij.secundũ Bal.in l. parentes.C.de testi.& in l.ad testiũ.§.j.ff. de testi.quẽ seqtur Lud.de Ros.in rubrica,de arbitris.in viij.col.ad fin.& idẽ tenet Alberi.Mal. in suo tractatu de testibus.in iiij.col.in prin. qui dicit ꝑ ꝓdicta, 2 *ꝙ vbi testis est rogatus,

tis, semper est idoneus, quãtuncũq;
aliàs sit inhabilis: & pro hoc põt vti 5
cautela secundùm eũ, vt in cõtracti
bus eligantur potius fratres, vel affi
nes testes in instrumẽtis, quàm alij:
quia poterunt testificari rectius, & i-
deo dicit, ꝙ in quæstione facti, dum
esset accusatum testamentum de fal
so, & esset rogatus quidã affinis, ex
quo testator eum rogauit, & subdit,
ꝙ idem est generaliter, siue sit roga
tus à contrahentibus, siue à testato-
re, siue à iudice, vt semp sit idoneus,
& idem tenet Bal. in l. data opera. in
ii. colum. versi. item qui vocatur. C.
3 qui accusar. non pos. qui dicit,* quòd
ille, qui vocatur ad testimonium, eo
ipso videtur approbatus per eum,
qui fecit vocari, & debet examinari:
vt nota. xviij. questio. ij. in decima. &
idem tenet ipse Bal. in c. in nomine
domini. extra de testi. & idem tenet
Angel. in l. j. in vltima col. C. de te-
stamen. qui dicit per illam gloss. sin-
gularem. in d. §. & licet. quod si à cõ
trahentibus testes etiã inhabiles ex
certa scientia ad validitatem actus
fuit adhibiti, inter eos testificari po-
terunt, nec poterunt reprobari. pro
hoc optimè facit quod no. Anto. de
But. in c. ex literis. in primo & ij. no.
& pen. col. versi. & pro hoc põt dici.
cum versi. seq. extrà de transact. facit
l. si quis testibus. C. de testi. & quod
nota. in l. inuiti. eod. tit. Itẽ pro hoc
optimè facit, quod no. Bal. in l. dictã
tibus. C. de testa. & in l. ij. versi. sed q̃
ro, quid si fuit domesticus. C. de te-
4 stib.* vbi dicit, ꝙ testificatio domesti
ci valet, quando sunt testes instrumẽ
tarij: quia vtraq; pars eos adhibuit:
allegat leg. sciendum. & ibi optimã
gloss. ff. de vsuris. & quod not. Bald.
in l. instrumenta. C. de probat. vbi di
cit, secundùm Nicol. de Matt.* ꝙ qñ
notarius est rogatus de facto cõmu-
ni ab vtraque parte, puta de contra-
ctu, potest conficere instrumentum,
etiam si sit magis domesticus vnius
partis, quàm alterius, & ei sit maio-
ri affectione coniunctus. ad idem vi
de Bartol. in l. si pater. in princ. ff. ad
leg. Falci. vbi dicit, quòd licet pater
non põt esse testis pro filio, vt dicta
l. parentes. põt tamen notari⁹ instru
mentũ filij scribere: vt dicta leg. si pa
ter. Ratio, quia hoc instrumentũ scri
bit de mãdato partiũ, & sicut partes
consentientes possunt partẽ, iudicẽ,
& arbitrum eligere, vt l. quia etiam.
ff. de arbitris. ita possunt pariter no-
tarium eligere. & prædicta intellige
vera, quando partes cognoscebant
conditionem testis & notarij: videli
cet, quòd esset consanguineus, vel
domesticus vnius partis, ex alia cau-
sa nõ inidoneus: quia tunc videntur
partes ei plenam fidẽ adhibere. & ita
intelligitur gl. in d. §. & licet. sicut e-
tiã intelligit Ang. in l. j. C. de testa. vt
suprà dixi. & ita aliàs habui de facto,
in casu quo vnus fecit testamentũ, &
adhibuit fratres legatarij in testamẽ
to, & dum oriretur de legato dubiũ,
fuerunt producti fratres, & dicebãt,
quòd erant idonei testes, ex quo te-
stator dixerat notario, si fratres isti
legatarij possunt esse testes, adhibea
mus eos: & notarius affirmauit testa
tore volente: & licet pdicta videant
esse contra iura, quæ loquuntur sim
pliciter, & iudices de grossero hoc
non crederent ei, tamen est verum.

Cautela, quando debet fieri cõ-
promissum, uel transactio, ut
extendatur ad omnia, etiam

ad decisa per sentẽtiã. CCXX.

1 *Compromissum, uel transactio, de re clara fieri non potest.*

2 *Significatum non habere, nihil aliud est, quàm negligere.*

SI VIS facere cõpromissum, vel transactionem plenissimã, & generalem, cautela est, vt dicatur, faciamus compromissum plenissimũ de omnibus causis, litibus, quæstionibus, & differentijs vertẽtibus, & quę verti possent inter partes quacunq; ratione vel causa, & quòd intelligatur esse lis, quæstio, controuersia, & differẽtia de omni eo, sup quo fuit arbitratum, secundùm Ange. in l. prima. ff. de transact. de quo vide omnino ibi, dominum Paul. de Castro: & vide Anto. de Butrio, & Canonistas in c. exposita. extrà de arbitris. & addatur, cum omnibus depẽdentibus, cõnexis, & emergẽtibus ab eisdem quoquo modo, iuxta nota. in l. eum actum. in princip. ff. de nego. gest. &
1 hæc verba dicuntur: *quia de re clara, vel decisa regulariter non potest fieri compromissum, vel transactio: vt dicta l. j. cum ibi no. ff. de transac. & propter dicta verba valebit compromissum & transactio, etiam sup rebus claris & decisis: secundùm Angel. & Docto. in dicta l. j. Item addatur, quòd dictum compromissum, vel transactio, vel quictatio, siue liberatio referatur ad omnia tam cognita, quàm incognita, etiam si dolo alicuius contrahentium erant incognita, & in genere, & in specie: & etiã ad iura, & obligationes quascũque, etiam ex futuro pendentes, & quacunque causa: aliàs ad ista nõ referãtur: per l. tres fratres. cùm ibi no ta. ff. de pact. Et ibi hanc cautelã ponit Ange. & inquantùm fiat super controuersijs, & differentijs ex testamento pendentibus, semper adijciantur verba, visis, inspectis, & cognitis verbis testamenti, vel talis vltime voluntatis: tam per ipsos contrahẽtes, & litigantes, quàm per alios Iurisperitos: secundùm Angel. in d. l. tres fr. tres. qui dicit, hoc modo euitari omnem errorem & amaritudinem: hoc etiam per l. de his. cum ibi no. ff. de transact. & si litigantes, vel transigentes sunt literarũ ignari, apponi facias hæc, Visis, ĩspectis, & cognitis verbis testamẽti, vel vltimæ voluntatis per Iurisperitos, de eorum mãdato, & in eorũ notitiã, insinuesq; plenariè in vulgari sermone, ad eorũ plenam & clarã intelligentiã: vt l. j. § [illegible] ff. de verb. oblig. secundùm Angel. in dicta leg. de his. in princi. & si ista verba non essent apposita, tamen si partes asseruerunt se habere plenã notitiam, sufficeret partes leg[illegible]
2 *quia non habere significatum, nihil aliud est, quàm negligere: quia significatum huius verbi, sola inspectione non verificatur: vt l. j. §. sed si legi. ff. de his quæ in testamento delentur, secundùm Angelum. in dicta lege, de his. circa principium, quæ omnia bene nota: quia quotidiana.

Cautela in fauorem tutorum, ad exonerandum eos, quòd finita tutela, non possint amplius molestari à minoribus. CCXXI.

1 *Tutor de tutelæ administratione, quinque modis absolui potest.*

2 *Calculatorũ officiũ quod esse debeat, & quæ eorum relatio: remissiuè.*

3 *Adultus curatorem habens testari potest.*

Metus

4 *Metus omnis & reuerentia minoris, agnatorum & cognatorum præsentia cessare præsumitur.*

5 *Contractus bona fide factus, quando præsumatur.*

6 *Dolo quis conqueri non potest, ubi consanguineorum, uel amicorum præsentia fuerit.*

7 *Tutore dolus & culpa abesse præsumitur, consilij coniunctorum ratione.*

8 *Amicorum idem, quod consanguineorum præsentia operatur.*

9 *Minor de dolo, uel metu conqueri non potest, propter præsentiam, & autoritatem, uel decretum iudicis.*

10 *Simoniam iudicis autoritas cessare facit.*

11 *Iudicis decretum operatur, ut quis allegare nequeat se ultra, uel citra iusti pretij dimidiam deceptum.*

12 *Iudicis autoritate, solennitates omnes adhibitæ præsumuntur.*

13 *Absolutione generali quis liberatus nõ uidetur ab eo, quod per dolum, uel latam culpam factum fuerit.*

14 *Absolutio quantumcunq; generalis tutori, uel alteri facta, nõ extenditur ad bona, quæ apud absolutũ de bonis absoluentis essent.*

15 *Verbum refutatio, quod uerbum sit.*

16 *Iuramentum minori simpliciter præstitum, quid operetur.*

17 *Debitor, qui uult plenissimè liberari, quid in instrumento facere debeat.*

18 *Iuramentum de iure canonico fortissimum uinculum extat.*

TVTORES SEMPER desiderãt finita tutela, se liberare ab administratione tutelæ, ita vt amplius minores, vel facti maiores nõ possint conqueri, vel molestare eos de mala administratione, ideo videamus de remedio. Pro quo dic, ꝙ quinque modis potest tutor absol-
1 ui:* Vno modo, per sententiam arbitri, in quo factũ fuerit cõpromissũ, vt l. iij. in prin. ff. de arbitris. & ibi habetur per gl. & Doct. Secũdo modo, per sentẽtiã arbitratoris, de quo dic, vt ibi per Bart. & Docto. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro soci. & per Canonistas in c. Quintauallis. extrà de iureiur. Tertiò modo, ꝑ sententiam iudicis ordinarij, cui arbiter æquiparatur, vt l. j. ff. de arbit. Et hoc põt fieri duobus modis. Vno modo per viam libelli ordinarij, in quo petatur per minorem, ꝙ tutor, vel eius hæres rationem administrationis tutelę generaliter gerat, iuxta notata in l. licet. C. de iudi. & hoc casu poterit etiam peti vel per minorem, vel tutorem, vel eius hæredes, ꝙ eligantur calculatores[a] ad videndum, & examinandum omnes rationes dictæ tutelæ: & postea ad referẽdum iudici, velut iudici permittitur eligere dictos calculatores: quia in causis, in qbus calculationes vertuntur, permittitur iudici ponere arbitrũ seu arbitros, id est, calculatores qui prædictas calculationes discurrant, & referant: vt C. de vsu. & fruct. leg. l. ij. & ff. si cui plusquàm ꝑ legẽ Falc. l. j. & l. si residuum. C. de distrac. pig. Ita not. dicit Bart. in consilio suo ix. quod incipit, literas magnificentiæ vestræ. & idem no. Ange. in dicta l. j. §. Marcellus. ff. si cui plusquàm per
2 legẽ Falci. Vbi vide.* Qualiter autẽ calculatores debeãt, & per quẽ, vel quos, & eorũ relationẽ, vide omnino per Ang. in dicta l. ij. C. de vsu. & fructib. leg. Alio modo põt procedi coram iudice, scilicet per viã libelli particularis: quia minor cõqueritur

de quibusdam particulariter, & specificè contra tutorem, & eius hæredes, iuxta notata ĩ dicta l. licet. C. de iudicijs. & tunc nõ est necessaria datio calculatoris, sed solùm veniendũ est ad probationes necessarias: & hi duo modi possunt obseruari coram arbitro, & arbitratore, qui æquiparãtur iudicibus: vt l. prima. ff. de arbitr. & l. non distinguemus. §. cùm quidam. eodem titu. Quartò modo, põt principaliter tutor absolui in testa-
3 mento minoris, *quia etiam adultus habẽs curatores, potest testari: vt est glos. notabilis in l. Aurelius. §. Cai⁹. in versic. legitimam. ff. de libe. leg. & alia in l. prima. §. fuit quęsitum. ff. ad Trebellianum. vel etiam in codicillis, & per viam liberationis & legati: & ista liberatio põt relinqui tribus modis: vt nota. in d. §. Caius. in glossa magna. & de isto modo absoluendi, vide tex. gloss. & Doctores in l. si qui rationes. ff. de liber. lega. & l. quidam decedens. de admini. tutor. & in l. si seruus vetit⁹. de leg. primo. plenissimè per Bartolũ, in dicto §. Caius. Quinto & vltimo modo, põt absolui tutor, videlicet per viã liberationis, siue etiam donationis inter viuos, puta, quia minor absoluit, & liberat sponte, sine redditione rationis, olim tutorem suum, vel eius hæredes. Et iste modus, ad hoc vt sit securus, debet fieri cum præsentia agnatorum, vel cognatorum ipsius minoris, & cũ presentia alicuius iudicis ordinarij autorantis, & quod dicti agnati, vel cognati bene, & diligenter prius examinẽt ipsum minorem, an velit facere liberationem, seu absolutionem sponte, libere, & ex certa sui sciẽtia, non ductus aliquo errore iuris, vel facti, tim[...] metum, vel minas, seu dolum [...] circunscriptionem, & hoc iud[...] ferant, & ita etiã iudex de præ[...] diligẽter examinet, & inquirat [...] bus peractis minor dicat, & aff[...] se bene vidisse rationes suæ tu[...] & quòd absoluit & liberat di[...] suum tutorem ab omni eo, quo[...] ipse administrasset de bonis su[...] per negligentiam, siue per cul[...] leuem & latam, siue etiam per d[...] & de omni eo, quod de bonis & [...] bus suis peruenisset ad manus d[...] tutoris, & de præsenti esset, vel repe[...] riretur in manibus dicti tutoris, vel eius hæredis, & promittit eum t[...] rem, vel eius hæredes amplius n[...] quietare, vel non molestare de i[...] vel de facto, in predictis rationi[...] & alia quacunque ratione, seu causa: & maximè, quia etiam intellig[...] dictum tutorem bene gubernas[...] omnia bona sua, & si dict⁹ tutor, se[...] eius hæres teneretur sibi vigore administrationis dictę tutelę in aliqu[...] re, vel quantitate, quantacunque sit illa res, vel quantitas, ex nunc facit [...] bi refutationem, finem, remissioné, liberationem, & donationẽ, vel pactum de vlterius non petendo: & ponatur ei iuramentum minoris, per quod promittat, se omnia & singula suprà scripta habere firma, rata, & grata, & attendere, & obseruare, & nunquàm in aliquo contrauenire, seu facere de iure, vel facto ratione minoris ætatis, seu ratione alicuius læsionis, quantacunque sit, vel esset læsio, etiam si esset in magna seu maxima quantitate, & alia quacunque ratione, vel causa cognita, vel ignota,

næ dici, vel excogitari posset: promittat etiam non petere restitutionem in integrum, quæ competit minoribus ex aliquo casu, nec restitutionem, quæ cōpetit maioribus viginti quinque annis: ex quocunque casu, maximè ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse videbitur, iuxta l. prim. in fine. ff. ex quibus causis maior. & in dicto instrumento scribatur consensus dictorum agnatorum & cognatorum, & decretum siue autoritas iudicis, qui pronunciet omnia & singula suprà scripta, ritè & rectè facta fuisse, & valere & tenere: & quia iste vltimus modus absoluendi tutorem, est plenior & tutior, ideo ipsum examinemus: & primò dixi, quòd debet fieri absolutio & liberatio cum præsentia agnatorum, vel cognatorū minoris,
4 *quia propter talem præsentiā eorum, omnis metus, & nimia reuerentia cessare præsumitur: vt l. trāsactionem. C. de de transactio. secundùm Bartolū, Baldū, & Doctores, ibi, & idem dicit Bart. in l. frater à fratre. in vltima charta, circa principiū. ff. de
5 condictione indebiti. *Vbi etiam dicit, quòd talis cōtractus præsumitur factus bona fide, & præsumitur cessare omnis suspicio. & Baldus idem dicit in l. prima, in secūda columna. ff. si quis aliquē testari prohibet. & idem tenet Bar. in l. j. C. de præd. de-
6 cur. lib. x. *vbi prius dicit, quòd præsentia consanguineorū, vel amicorū operatur, vt quis nō possit conqueri de dolo vel metu, per illum textum. facit quod not. Baldus in l. Pollæ. C.
7 de his, quibus vt indignis. *Vbi dicit quòd ratione consilij coniunctorū, præsumitur à tutore abesse dolus & culpa: quod est no. dignum secūdū eum. Sed si non essent agnati, vel cognati seu consanguinei minoris, vel eius parentum, adhibeantur amici.
8 *Nam præsentia amicorū idem operatur, quòd præsentia consanguineorum: vt probatur in dicta l. trāsactionem. & ita ibi not. Bar. Bal. & Doct. & Bart. in d. l. j. C. de præd. decur. lib. x. facit l. magis puto. §. in primis. ff. de rebus eorum. & l. hæc autem. §. j. versicu. si autem non habeant. ff. qui bus ex causis in possessionē eatur. & l. fina. ff. vbi pupill* educari debeat. Sed si amici minoris, vel eius parentū nō reperirentur, tūc aliud consilium est, quòd eligātur duo, vel tres boni viri à prætore, vel à iudice loco attinentium, qui videant, & examinent dictum minorem, sicuti in consanguineis dictum est. pro hoc d. l. hæc autē. §. primo & de hoc sunt statuta in multis locis, Sed si non essent statuta, tamē bonum consilium est: quia operatur idem, quòd præsentia consanguineorum. Item dixi, debet adhiberi præsentia iudicis ordinarij, qui interponit decretum
9 suum &c. *Et est ratio, quia propter eius præsentiam, & autoritatem vel decretum, ipse minor non poterit conqueri de dolo, vel metu. ita not. dicit Barto. in d. l. frater à fratre. & Cardina. Zaba. in c. de cætero. in prima & secunda opinione, extrà
10 de transac. *vbi etiam dicit, quòd autoritas iudicis fecisset cessare Simo-
11 niam. allegat c. nisi. de prębendis. *Item operatur decretum iudicis, vt quis nō possit allegare se deceptum vltra vel citra dimidiam iusti pretij, vt singulariter notat Bartol. in dicta l. j. per illum textū. C. de prædi. de-

cur.& Bar.& Ang.in d.l.j.C.de præ-
scriptio.xxx.annorũ.& Ange.de A-
retio.Institu.de actio. §.si quis agẽs.
12 *Item operatur,vt omnes solennita
tes præsumantur adhibitæ:vt singu-
lariter not.Specu.in titu.de emptio.
& vendit.§.nunc sciendum.versi.&
breuiter scias.& habetur per Docto.
in l.sciendum.ff.de verborum obli-
gatio.& facit quod notatur in l.cùm
hi.§.si prætor.ff.de transactio.Item
quod dixi, fuit per negligentiam,si-
ue per leuẽ & latam culpam,& dolũ:
13 *quia per absolutionem generalem
non videtur quis liberatus ab eo,qđ
per dolum, vel per latã culpam abso
lutè factum est:vt est text.in l.si quis
rationes.ff.de libe.lega.& in dicta l.
si seruus vetitus.ff.de legatis primo.
in vltima charta.& l. quidã decedẽs.
& ibi per glo.& Docto.ff.de admini
stra.tutorum.& nota plenè per Bart.
in l.Aurelio.§.Caius.ff. de libe.leg.
Item dixi,de præsenti esset, & repe-
14 riretur in manibus dicti tutoris:*qa
absolutio quantũcunq; generalis fa-
cta tutori,vel alteri, non extenditur
ad bona,quæ apud absolutum essent
de bonis absoluẽtis:quia de illis nõ
videtur cogitatum, nisi expressè di-
ctũ sit:vt in l.dominus Sticho.§.fin.
de pecu.lega.& ibi hoc notat Barto.
& in dicta l.si quis rationes.& in d.l.
quidam decedens. & in d.l. si seruus
vetitus.& per Doctores in dictis iu-
ribus.& probatur in l. tres fratres.&
ibi no.de pactis. Item dixi quantacũ
que sit illa quantitas.quia si dicere-
tur,& in aliquo teneri, &c.itellige
retur de modico, iuxta notata in si-
mili de venditione: vt l.ij. C. de rei
vẽdica.& in l.sciendũ.ff. de verborũ
obliga.& nota.per Cano.in c. Quin
tauallis.de iureiurand. quãdo [illegible]
potestas arbitratoribus. Itẽ [illegible]
nunc facit finem,refutationem,[illegible]
missionem: in qua licet non v[illegible]
ex aliquo capite liberatio, ex[illegible]
videatur liberasse tãquàm ben[illegible]
serit, valebit tanquàm donatio [illegible]
15 futatio. *Item vsus istis verbis, [illegible]
verbum refutatio, est verbum ge[illegible]
rale: ergo cõiter ista verba sole[illegible]
poni in instrumentis p notarie[illegible]
dixi, habere rata & grata: quia [illegible]
posset amplius minor venire co[illegible]
de iure vel de facto. Nã si promitt[illegible]
tur solùm ratũ habiturũ, intelligit[illegible]
promisisse de nõ cõtraueniendo de
iure tãtũ:sed veniendo de facto tan-
tùm, non teneretur: vt probatur i[illegible]
duob' glossellis, in l.id quod pau[illegible]
ribus.C.de episco.& cleri.& ibi ho[illegible]
nota.Bart.in l.metum.§. volenti.ff.
quod metus causa. & ad differentiã
inter ratum & firmum facit l. gene-
rali.C.de sacrosanctis eccles.& l.il-
lud. ff. de iure patronatus. & l.si pa-
ter.ff.de ritu. nupt.Item dixi, ratio-
ne minoris ætatis, vel alia quacunq;
16 ratione:*quia iuramentum simplici
ter præstitum,solùm operatur, vt [illegible]
præsentet eum maiorem: vt nota in
authẽ.sacramenta puberum.C.si ad-
uersus venditio. vnde necessariũ est
addere,vel alia quacunque ratione,
vel caus. Item dixi, causa cognita,
per textum l. qui iure militari. ff.de
testament. mili. per quem dixit ibi
17 Baldus & Angel.*quòd debitor,qui
vult plenissimè liberari, sit caut',vt
in instrumento faciat addere, quòd
dicta quictatio etiã ad ignorata, vel
incognita porrigitur.& idẽ etiã no-
tat in dicta l. tres fratres. de pactis.&
dixi in cautela præcedenti. Et aduer

te,

te, quia istud non procederet in mu
liere, vel minore, propter eorum fra
gilitatem: vt dixit Baldus & Angel.
in dicta, l. qui iure militari. per no. in
l. sciendum. de verborum obligatio.
& l. ij. C. de rescinden. venditio. hæc
verò clausula tantũ procedit in mi-
nore liberante. Sed aduerte, quia, vi
detur, quòd dictæ clausulæ non sint
necessariæ: quia aut minor non læditur
propter hanc liberationẽ, & non
est opus tanta solennitate. Aut est læ
sus, & istæ solennitates uidentur esse
iniquæ, & propterea non apponẽdæ.
Ad quod tu dicas, quòd dictæ clausu
læ quandoque sunt necessariæ & iu
stæ, quandoque non. Nam si minor
nõ læditur, tunc multæ de prædictis
sunt vtiles, & necessariæ & iustæ, &
omnes illæ, ex quibus tollitur omnis
præsumptio, vel suspitio metus vel
reuerentiæ, vel doli, vel cuiuscunq;
alterius fraudis. vel malę suspitionis.
Nam licet minor sit læsus, nõ posset
cõqueri, quòd dictã liberationẽ fe-
cerit inductus dolo, vel metu, & c. &
sic posset rescindi liberatio: vnde
hoc casu, dictæ clausulæ sunt neces-
sariæ, vel saltẽ vtiles & iustæ. Si verò
minor esset in veritate læsus ex di-
cta liberatione, puta quia tutor ma-
lè gubernauerat facta minoris: & tũc
aut intentio minoris est, ex aliqua
iusta causa, puta quia est filius, vel ne
pos tutoris, velle liberare ipsum quõ
dam tutorem suum etiã de omni eo,
quod malè gubernauit, & hoc vult
facere ex certa scientia, & tũc idem
valet, quòd dictæ clausulæ sunt vti-
les & necessariæ, ac etiam iustæ, & ap
poni possunt etiã in foro cõscientiæ,
dummodò declaretur prius minori
virtus & potentia dictarum clausu-
larum, & in quo prosunt, vel noce-
ant sibi in causa: sicut certioratur mu
lier de Velleiano: vt habetur in l. iu-
bemus. C. ad Velleia. & in l. sciẽdum.
ff. verborum obligatio. Tu, qui es
notarius, poteris vti dictis clausulis,
sed non aliter, vt statim dicam. Aut
intentio minoris est absoluere o-
lim tutorem suũ: quia credit ipsum
bene gubernasse, & si aliter crede-
ret, non liberaret eum: & tunc dico,
quòd dictæ clausulæ pro maiori par
te non sunt honestæ, imò iniquissi-
mæ: quia sunt præter & contra inten
tionem minoris, & per eas iniustè
deciperetur, & ideo hoc casu nota-
rius nunquàm apponat eas, per quas
excludi posset à beneficio restitu-
tionis in integrum, quin possit do-
cere de sua læsione & interitu, non
apponat hoc casu sacramentum mi-
18 noris, * quod est fortissimum vin-
culum de iure canonico: vt habetur
in capitulo, cum contingat. & capi-
tulo, si verò. extrà de iureiurando.
quia potest saluari sine interitu sa-
lutis eternæ iurantis: vt ibi. sed cum
interitu animæ deferentis, vel no-
tarij scribentis, vel aduocati, aut pro
curatoris, vel alterius hoc consulen
tis, vel alicuius autorãtis: & hoc mo-
do, & in hoc casu, intelligo quod di-
xit Cyn. in dicta authentic. sacra-
menta puberum. C. si aduersus ven-
di. in prima quæstione. vbi dixit,
quòd illa authentica, siue consuetu-
do, vt deferatur iuramentum, est era
ronea, & multos misit ad inferos, &
multa patrimonia iniquè acquisita
exinaniuit & destruxit: quod est nẽ
cessarium, & bene nota contra mul-
tos, & maximè aduocatos, qui hoc
consulunt, vt videantur sapientes,

 quod

quod nunquàm tu facias.

a Calculator. *Calculatores rationũ deputati per iudicẽ ad calculandũ, debẽt iurare. Bal. in l. hac edictali. §. his illud. ij col. uersi. pone cõsules mercatorũ. C. de sec. nup. & dicũt arbitratores secũdũ Bal. ibi. & per Bart. in cõs. literas magnificentiæ uestræ. & tex. not. in l. si residuũ. C. de pig. & in l. si cui libertas. de cond. & demon. & ibi Imo. & Pau. de Ca. qui dicit eos habere iurisd.*

Cautela qualiter debeat emanare rescriptum à principe, ad hoc, quòd quis possit audiri in causa, in qua non appellauit. CCXXII.

1 *Rescriptum impetratum à principe, ad hoc, ut aliquis audiri posit, ipso iure nullum existit.*

SVPPLICATVR sæpissime principi, quando causa est decisa & finita, à qua amplius appellari non potest: quia transiuit in rẽ iudicatam: puta, quia sunt latæ tres sentẽtiæ conformes: vt l. prima. C. nemini liceat in vna eademque causa tertio prouocare. & cap. sua nobis. extrà de appellatio. vel quia nõ fuit appellatum, & sic victus eiacquieuisse videtur. l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. vel quia post sententiam incepit soluere, vel terminũ petijt ad soluendum. C. de re iudica. l. ad solutionem. vel quia fuit appellatum, & deserta est appellatio per lapsum anni, vel ex causa biennij, vt in authen. ei qui. C. de tempo. appel. & capitulo, cùm sit Romana. de appellati. & habetur in capitulo, ex ratione. eod. tit. & à principe obtinetur rescriptũ, vt iterũ causa audiatur, & terminetur: & multi credunt, quòd tale rescri-
1 ptum valeat. *Sed tu dicas contrarium, quia imò est ipso iure nu[llum]: vt est textus in l. causas, vel lite[m]. C. transact. & l. finali. C. senten. resc. non pos. & l. finali. C. de errore [advo]ca. imò plus dico, si quis tale rescriptum impetrauerit, nõ solũ erit [nul]lum, & suo desiderio carere debebit, vt dictis iuribus, sed etiam ignominiæ pœna notabitur, id est, dicitur infamis: vt est textus multũ singularis in l. finali. C. vt lite pendẽte. qui textus procedit, siue non sit appellatum, vel appellatio sit deserta, vt dicitur in tex. siue etiã bis sit appellatum, & propter hoc nõ possit amplius appellari: siue nõ possit appellare: quia fuit contumax, iuxta l. er[go] cõsensu. §. finali. ff. de appella. & l. secunda. §. finali. cũ ibi notat. ff. quãdo appella. sit. vt vult glo. not. in dicta l. finali. C. vt lite pendẽ. Sed ad hoc vt dictũ rescriptum valeat, cautela est, vt dicatur non obstãte l. finali. C. sen tent. rescin. non pos. & l. fina. C. vt lit. pendent. cum simili. vt not. glo. in d. l. vltima. senten. rescindi non posse. facit quod notat Bartol. in l. vacuatis. C. de decurio. lib. x. & puto etiã, quòd sufficiat, si diceretur, non obstantibus aliquibus legibus, vel statutis in contrarium facientibus, per not. in aut. hoc inter liberos. C. de testamentis. & l. si qs in principio testamenti. per Bartol. ff. de leg. j. & l. fin. C. si contra ius, vel vtili. publi. & per Canonistas, in capitu. quæ in ecclesiarum. extrà de constitutio. & per Antonium de Butrio. in cap. primo, eodem titulo. verius tamen, vbi iura ciuilia obseruantur, seruatur cotrarium: quia huiusmedi rescripta seruantur, quando sint impetrata seruatis solennitatibus Venetiarum:

etiam

etiam si nõ sit clausula, nõ obstante. quod nota, quia pauci aduertunt.

Cautela instruens patrem, uolentem filios naturales legitimare. CCXXIII.

1 *Matrimonio subsequenti omnes filij legitimantur.*

HABENS filios naturales, eos legitimare[a] nõ potest, nisi per 1 matrimoniũ tantùm subsequẽs, quã eorũ mater est talis mulier, quã pater possit vxorẽ commodè habere: et est tex. cũ glo. singulari in authenti. quibus modis natu. effi. legiti mi. §. sit igitur licẽtia. quæ incipit, id est, nõ permittimus. collatiõe sexta. & idẽ hoc tenet ibi Ange. & Bald. in capitulo, illud. in fi. prima columna, extrà de præsumptio. Et ideo tu, qui vis legitimare filios tuos, sis cautus, vt aduertas, si potes commodè contrahere cum matre filiorum: quia oportet cum ea contrahas matrimo-1 nium:* quia per subsequentiam matrimonij legitimabũtur. l. cùm quis. & l. nup. C. de natu. lib. & capitulo, tã 11. extrà qui filij sint legiti. vel si non vis eam capere in vxorem, sed solùm filios legitimare, per rescriptũ principis, facias, quòd dicatur in rescripto, non obstante, quòd eorum matrem possit pater commodè in vxorem accipere, vel non obstante dicto §. sit igitur licentia. per ea quę dicta sunt in præcedenti cautela. Ac etiam sis cautus vlterius, si faceres legitimare eos à comite Palatino, habente potestatem ab Imperatore legitimandi, vt inspicias verba sui priuilegij, iuxta cap. porrò. extrà de priuile. & l. fideiussores magistratuum. §. Aurelio. ff. de fideiuss̃o. vt si in eo non reperies, quòd habeat potestatem legitimandi naturales: etiam si pater eorum possit matrimoniũ cõtrahere cum matre, vel si nõ est clausula, quòd possit legitimare, non obstante dicto §. sit igitur licẽtia, quòd non confidas de dicto priuilegio, ꝑ ea quæ dicta sunt. Itẽ & tertio sis cautus, quando vis impetrare huiusmodi rescripta ab Imperatore, vel Papa, vt in eis dictã clausulam apponi facias.

a Legitimare. *Legitimatio, quot, & quibus fieri potest. Insti. de hæredi: quæ ab intest. deferũ. §. j. & in aut. quibus mod. natu. effi. legi. Bal. in l. eam quã. ix. col. C. de fideic. & Ant. Ros. in tra. legi.*

Cautela in fauorem hæredis, ut non possit cõueniri infra certum tempus à creditoribus hæreditatis. CCXXIIII.

1 *Hæres, dum inuentarium fit, alicui nõ tenetur.*

INSTITVTVS hæres si vult habere dilationem aliquã, infra quã non possit conueniri à creditoribus hæreditarijs, vel legatarijs post aditã hæreditatem, etiã qñ hereditas est soluẽdo, cautela est, vt cõficiat inuẽtariũ, & incipiat ipsum infra triginta dies à die aditæ hæreditatis, & complcat in fine triũ mensiũ, si res hæreditariæ sunt præsentes, & si absunt, in fine anni, iuxta l. fi. §. si autem dubius. C. de iure delib. & interim infra dictũ tempus, quo inuentariũ cõscribitur, nõ poterit hæres conueniri à creditoribus hæreditarijs, vel legatarijs, nec ab eis inquietari, nec ad iudicium trahi, nec poterũt etiam ꝑ hypothecariam res hæreditariæ vẽdicari, & sic habebit dilationem triũ mensium, vel vnius anni, inuitis creditoribus

ditoribus & legatarijs: vt est casus in l. fin. §. donec. C. de iure delib. & est gl. in dicto §. si autem dubius. in verbo, immisceat. quæ dicit per d. §. donec.
1 *ꝙ interim dum fit inuentarium, hæres non tenetur alicui. & idem notat Azo, in summa. C. de iure delibe. in versi. effectus autem huius inuentarij. Et aduerte, quia istud beneficiũ dilationis durat, donec conscribit inuẽtariũ, vt dixi. & ideo sis cautus, vt nõ cõpleas, nisi in fine triũ mensiũ, vel anni, quia si cõpleres prius, posses conueniri ante lapsum dicti tẽporis: vt probatur in d. §. donec. & ita sentit Azo, in dicto versi. effectꝰ.

Cautela pro emente ab hærede
a res hæreditarias[a], quòd instrumentũ dicat, quòd soluit illã pecuniam pro satisfaciendo creditoribus, & legatarijs, ac ipsis præsentibus. CCXXV.

a Res heredi. *Emptor hæreditatis, an & quomodo teneatur ad debita uẽditoris. gl. Bar. & Io. de Pra. in l. si actor. ij. col. ff. de procu. Item etiã ad ea, quæ soluit hæres uẽdens creditoribus, uel legatarijs. Ale. contra, & Pau. de Cast. in l. ij. C. de leg.*

1 *Hæres si simpliciter uendiderit, non dicendo, causa satisfaciendi creditoribꝰ, uel legatarijs, an tunc emptor conueniri poterit.*

QVANDO quis emit aliquã rẽ hæreditariam ab hærede, qui conficit inuentarium solenniter, nõ potest conueniri à creditoribus hæreditarijs, vel legatarijs: vt l. fi. §. & si præfatam. C. de iure delibe. secundũ quod ibi notat, quod intellige, quãdo hæres vẽdidit dictam rem pro satisfaciendo creditoribus, vel legatarijs hæreditatis: vt in d. l. fi. §. licẽtia. id est ibi, ꝓ soluẽdis debitis, vel legatis: & quando pecunia soluta per emptorem, fuit soluta per hæredem creditoribus, vel legatarijs: vt probatur in d. §. & si præfatam. in fin. quarum precia in legata, &c. & si ista duo concurrũt, res nõ habet dubium per dicta verba.
1 *Sed dubium est, quid si hæres vendidit simpliciter, nõ dicendo, causa satisfaciendi creditoribus, vel legatarijs, an tũc emptor poterit conueniri. Et videtur, ꝙ sic: quia quando quis vendit rẽ, in dubio vendere videtur iure proprio, & pro se: vt notat Bar. in d. §. & si præfatam. & Bal. clarius in l. mater. in fi. C. de rei vendi. vnde non videtur vendidisse pro satisfaciendis creditoribus, vel legatarijs. & ideo dominus Pau. de Cast. in dicto §. & si præfatã. in fine, dicit, ꝙ emptor nõ erit securꝰ, & propterea debet esse cautus, quãdo venditur sibi, vt dicatur in instrumẽto, quòd venditio fit causa satisfaciẽdi creditoribꝰ, vel legatarijs: quod teneo esse verũ, quãdo pecunia non fuisset soluta creditoribus: vel legatarijs, per dictum §. & si præfatam, in fine, & per dictum §. licentia. Sed si pecunia fuisset soluta creditoribꝰ, vel legatarijs, teneo, quòd ipse emptor erit securus. & hoc tenet Bald. secundùm Odofre. in dicto §. & si præfatam. in versicu. penult. & maximè hoc procedit, quando immediatè recepta pecunia, hæres soluit creditoribus, vel legatarijs, quia ex isto actu sequenti declaratur volũtas hæredis, quòd vendiderat causa satisfaciendi, sicut fecit, per l. si seruus plurium. §. fin. de lega. j. Sed si hæres vẽdidisset pro satisfaciendo creditoribus, vel legatarijs. & in veritate non

satisfe

satisfecisset, nunquid emptor esset securus? credo ꝙ nõ: per dictũ §. & præfatam. in fin. Et ideo, vt tollantur istæ dubitationes, emptor sit cautus, vt faciat apponere in instrumẽto venditionis, quòd heres vendidit pro satisfaciendo creditoribus, & legatarijs, & exburset pecuniam ipsi hæredi, præsentibus creditoribus & legatarijs, & recipiẽtibus dictam pecuniam ab hærede: & ita scribatur in instrumento venditionis, siue solutionis pecuniæ factę per emptorem, & tunc erit securus. facit, quod no. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. ecclesi. & x. quæstione secunda, ca. hoc ius porrectum. & l. vltima. ff. de iniusto testa.

Cautela, quòd inuentarium tutoris de rebus pupilli, prosit ipsi pupillo hæredi, CCXXVI.

1 *Inuentarium quotuplex esse dicatur.*
2 *Inuentarium, quod tutor facit pro administratione tutelæ consequenda, an ipsi pupillo prosit, ut inuentarij utriusque beneficio uti possit.*

DVPLEX est inuentarium, 1 *vnum tutoris, de quo in l. tutor qui repertorium. ff. de administratio. tutorum. Aliud est hæredis, de quo in l. fina. C. de iure deliber. 2 *Sed est dubium, nunquid inuentariũ, quod facit tutor pro cõsequenda administratione tutelæ, prosit pupillo hæredi, vt possit vti beneficio vtriusque inuẽtarij. Dicas, quòd nõ: quia ista inuentaria requirunt diuersas solennitates: & in multis discrepant inter se, vt patet ex his, quæ habẽtur in d. l. tutor, qui repertorium. in princip. & in dicta l. fin. & ita tenet Bar. in l. in ratione. §. quod vulgo. in penulti. colum. ibi, quæro, tutor. ff. ad l. Falci. & Bald. in d. l. fin. §. cùm igitur. in penulti. colum. ibi, etiam soluta est quæstio. & idẽ tenet dominus Paul. de Cast. in §. & si prefatam. in fine. in ea. lege. & in cõsilio suo xxviij. versiculo, super secũdo. In quibusdam tamen locis est cõsuetudo, quòd inuentarium tutoris sufficiat pupillo hęredi, quæ consuetudo seruanda est, argumen. l. secun. C. quemadmodum testament. aper. dummodò probetur: aliàs iudicandum esset secundũ ius commune, secundùm Baldum in d. §. cùm igitur. verùm quia pupillo esset magna expensa, duo inuentaria, & bis bona sua describere, cautela est, quòd fiat tantùm vnum inuentarium per tutorem, in quo seruentur solennitates vtriusque inuentarij, & sufficiet pupillo. Et licet dicatur in l. fin. §. sin autẽ dubius. ꝙ inuentarium debet inchoari post aditam hæreditatem, tamen poterit de voluntate etiam inchoari & fieri, licet non de necessitate: & ita pluries practicari feci.

Cautela contra statuta disponẽtia, quòd contra instrumentũ non possit opponi aliqua exceptio, etiam simulationis, quòd agatur corã iudice ecclesiastico. CCXXVII.

1 *Lex quantumcunque dura, seruanda est.*
2 *Statuti propter iniquitatem, ad ecclesiæ subsidium recurri potest.*
3 *Statuta nutrientia peccatum, ecclesiæ subijciuntur.*

STATVTA quandoque disponũt, vt contra instrumentum nõ possit opponi aliqua exceptio: quo casu intelligitur, quòd non possit oppo-

opponi etiã exceptio simulationis: vt notat Bart.in l.ij. §.ij.ff. quod vi, aut clàm.& Bal,in l.j C.plus valere quod agitur.& aliquãdo expressè dicitur, ꝙ exceptio simulationis non posset opponi,quo casu nõ est dubium,ꝙ nõ poterit opponi:vt not. Bal.in l.fi. §.in cõputatione.in fin.
1 C.de iure deliberã.*quia lex quantumcũq; dura,seruãda est.l.prospexit.ff.qui & à quibus.& quia paria sunt,non habere exceptionẽ,vel allegare eã nõ posse:vt est gl.singularis in l.qui habebat.ff.de manu.test. & no.Bald.in l.siue generalis.C.de senten.pas.Sed quod remediũ est,vt prædictis statutis nõ obstãtibus,possit de iure contraueniri,& opponi exceptio simulationis?dic,ꝙ ꝓpter iniquitatẽ statuti,põt recurri in subsidiũ ad ecclesiam,secus autem,si statutum non remoueret exceptionẽ, sed assignaret certum terminum,nõ dicitur iniquitas,sed iustitia positiua:vt l.prim. §.pueritiam.in verbo, ratus.cum glo.ff.de postu.vt singulariter no.Bal.in dicto §.in computatione.in fine.& intelligo quòd po test recurri ad ecclesiam in subsidiũ, 2 propter iniquitatem statuti,nõ propter iustitiam denegatam à statuto: & sic poterit procedi coram iudice ecclesiastico de simulatione, iuxta cap.licet ex suscepto.& cap.ex tenore.cũ ibi nota.extrà de foro compe. & poterit etiam procedi,si aduersarius propter hoc erit in peccato per denunciationem Euãgelicam,iuxta no.in ca.nouit extrà de iudi.& idẽ
3 dicas in similibus,* vbi statuta essẽt iniqua, & nutrirent peccatum:quia tunc dictis duobus modis posset ad ecclesiam in subsidiũ recurri,quod singulariter & perpetuò tene mẽ.

Cautela pro illo,qui facit actum iudicialem,præsente suo aduersario,& quòd in iudiciis bus tacens habetur pro consentiente: & repetitur supra per eundem. CCXXVIII.

1 *Verba aduersarij qui non acceptat,ex illis se iuuare non potest.*

2 *Sententijs uel interlocutorijs,ubi appellationi locus non est,nullus uidetur cõsentire,nisi per decem dies taceat,uel per alium actum consensum exprimat.*

3 *Actis iudicialibus,in quibus appellari potest,simpliciter contradicere non sufficit,nisi appelletur.*

4 *Interlocutorijs,grauaminis causæ insertæ esse debent.*

SI sit aliquis actus,vel aliquid dicatur,aut offeratur in iudicio ab vna parte,altera præsente audiente, & tacente, & non acceptante, non præiudicat dicenti,vel facienti,aut offerenti:vt est text.cum glo.secun. not.in l.tertia.C. de repudi.hæredita.& ibi Doctores.& maximè Baldus,qui dicit per illum textum.cum glo.*quòd qui non acceptat verba aduersarij,non potest se ex illis verbis iuuare:idẽ si dissimulat.Et ideo cautela est,quòd aduersarius faciat scribere tali præsente,& acceptante & in parte & partibus pro se facientibus,contra se non consentiente, sed si iudex facit actum aliquem parte præsente,cui displicet,debet contradicere:& ideo sit cautus,vt in actis apponi faciat parte præsente,& contradicente.aliàs si nihil diceret, videretur cõsentire:vt probatur in l. prima. C. de rela. & ibi hoc notat Bartolus,& Doctores,idem notat

Barto

Bart.in authentica, si quis in aliquo documento.in fine.C. de eden. & l. fin.quãdo appella.sit.& Abb. Sicu. in cap. intimasti. extrà de appella: 3 *In sententijs verò, vel interlocutorijs, vbi appellationi locus non est, nõ videtur cõsentire, nisi taceat per decẽ dies: vel per aliũ actũ exprimat cõsensum: vt l.ab.eo.C.quomodo & quãdo iudex.& l.ad solutionem. C. de re iudica.& in aut.hodie.C.de appella.secundũ Bartolũ, in d.l.j.C. de vel.& non sufficit, quod pars, cõtra quã lata est sentẽtia cõtradicat: *quia in actis iudicialibus, in quibus potest appellari, nõ sufficit simpliciter contradicere, sed debet appellari: vt singulariter dicit Inno.in capitu. quod ad consultationẽ.in fine, extrà de re iudica.quẽ sequitur Ioan.de Imo.in l.ille à quo. §.ti de testamento.ff. ad Trebel.& Ange.de Areti.in §.prætereà quasdã.Institu. de actio.in materia actionis ad exhibendũ. Sed in contrariũ videtur text.in aut.si quis litigantiũ.in prin.C.de episco.audien.in verbo, cõtradicat. vbi videtur probari, quod sufficiat contradictio infra decẽ dies, secundũ Bald. & Paul. de Cast.ibi, sed dicas, quod tunc contradictio sufficit, & habetur loco appellationis, quãdo ex alijs cohærentijs apparet contradictũ animo appellãdi: puta, quia petiti sunt apostoli, vel quia cõtradicens submisit se iurisdictioni superioris, secũdũ Baldũ ibi, qui ita intelligit illũ textũ, & posset hoc procedere in sentẽtia diffinitiua, à qua põt appellari solo verbo, sine expressione alicuius causæ: vt l. prima, in fine, cũ sequen.ff.de appel
4 la. *Sed in interlocutoria non procederet, nisi causæ grauaminis essẽt in contradictione insertæ.l.appellãti.de appel.cũ similibus.ideo ex prędictis poteris esse cautus, qualiter debeas facere, quando in iudicio aliquid fit à parte, vel iudice: quod not.quia quotidianum.

Cautela, pro illo, qui adiuit hæreditatẽ, quomodo poterit illam repudiare, uel illi renunciare [a]. CCXXIX.

a *Renunciare. Renũciatiõis successiõis forma est, uidelicet renũcio, & do fratribus partẽ meã hæreditatis paternæ, nõ sic, renũcio partẽ meã. Pau.de Ca. in l.sicut. C.de repu.hæredi. Vide formã instrumẽti dictarũ renũciationũ, in Spec.de pactis. §. ij. in j.colum. ubi plenius.*

1 *Hæreditatem qui adiuit, ipsam repudiando, amittere non potest.*

2 *Hæreditatem paternã, uel maternam si filia adiuerit, & posteà cùm maritatur, ad instantiam fratris dicat, repudio hæreditatem paternam, uel maternam, repudiatio nihil ualet.*

3 *Propositum in proposito sicut operatur, ita oppositum in opposito.*

4 *Naturalius nihil est, quàm eo uinculo unũquodque dissolui, quo ligatum est.*

5 *Verbum unum, quòd impropriè capiatur ad hoc, ut aliquid operetur, nullũ inconueniens est.*

1 QVI adiuit *hæreditatẽ, non potest ipsam repudiando amittere: vt l.sicut.C.de rep.hæredi.quę est bona lex pro puellis, quę maritãtur à fratribus, qui faciũt eas repudiare hæreditatẽ paternã, vel maternam, in locis, in quibus succedunt filię sicut masculi, sicut de iure communi: vt l.maximũ vitiũ.C.de liberis præ-
2 teritis. *Nam si filia hæreditatẽ paternã, vel maternã adiuerat, & posteà

eà cùm maritatur, ad instantiam fratris dicit, repudio hæreditatē paternam, vel maternā, nihil valet repudiatio: & ea nō obstante, potest partem suā auocare: & ideo debet esse cautus frater, vt soror nō dicat, repudio, sed dicat renuncio, & dono tibi partē meam, quā habeo, vel habere spero in hæreditate paterna, vel materna: qđ perpetuò tene menti, quia notarij nō intelligētes, de facili possent errare in cōcipiendo verbo, secundū domin. Pau. de Castr. in dicta l. sicut. Sed aduerte, ꝙ ista cautela esset necessaria, si dicta l. sicut. intelligeretur indistinctè, videlicet ꝙ ille, qui adiuit hæreditatem, vel in ea se immiscuit, nō posset ipsam repudiare: nec quo ad suū commodū, vel fauorē, nec quo ad ipsius præiudiciū, 2 prout intellexit Iacob. de Aretio & Cyn. ibi, qui reprehendunt glo. penultim. ibi. & pro hoc facit textus in d. l. sicut. ibi, nec quòd confessos in iure pro iudicatis haberi: quia illa verba præsupponunt in damnū confitentis. Sed si teneremus, ꝙ illa l. sicut. intelligatur solùm, ꝙ dicta repudiatio nō valeret in fauorē repudiantis, quia conueniebatur ille, qui adiuit, à creditoribus hæreditatis: sed in eius præiudiciū sic, puta, quia conueniebatur ab illo, qui dicebat se esse hæredē, prout intellexit glo. & Angelus, tunc nō esset necessaria ista cautela, & pro ista parte, ꝙ repudiatio hæreditatis iam aditæ valeat in præiudiciū repudiantis, videtur tenere glossa penultima & vltima in dicta l. sicut. & facit ratio, quam allegat: quia dicta repudiatio habet vim cuiusdam renūciationis. l. postquàm litē. C. de pactis. Item quia ista

procedūt à pari, nō posse adire postquàm repudiauit, & nō posse repudiare, postquàm adiuit: vt d. l. sicut. sed si primò repudiasset, deinde interrogatus ab vno, si est hęres, respondet, ꝙ sic, habetur pro hærede, quantùm ad ipsum interrogantem: vt est text. cū gl. fi. in l. fi. ff. de interrogatio. & dixi s. in cautela: ergo ecòtrà videtur dicendū, quando prius adiuit, & posteà ad instantiā vnius repudiauit, vt repudiatio sibi noceat, quātum ad illū, & nō quantùm ad alios:
3 *quia sicut operatur propositum in proposito, ita operatur oppositū in opposito: vt l. fi. in fin. ff. de leg. iij. & l. sed & si cōtra tabulas. ff. de vulg. & pup. & no. Bart. in l. inter stipulantē §. sacram. de verborū obligatio. Itē quia licet repudiatio à nō teneret, tamen nō licet sibi, vel hæredi suo venire contra factū suū. l. per fundū. ff. de serui. rustic. pręd. & l. post mortem. ff. de adoptio. Itē quia repudiando videtur hæreditatē habere ꝓ derelicta. l. j. & ij. ff. pro derelicto. & maximè si nūquàm habuit possessionem bonorū hęreditatis: quia tunc cessat l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. posses.
4 *Itē quia nihil tam naturale, quàm eo uinculo vnūquodque dissolui, quo ligatū est: vt l. nihil tā naturale. ff. de reg. iur. & sola & nuda volūtate aditur, & quęritur hęreditas. l. pro hærede. in prin. ff. de acquiren. hæredi. igitur debet sola volūtate posse amitti, per d. l. nihil tam naturale. & per no. in l. j. C. de pactis. Itē hoc maximè procederet, quādo fuisset adita hæreditas per cohæredem: quia facta repudiatiōe, fuit habita pro derelicta, & acquisita cohæredi. l. j. §. ijs ita, C. de cadu. tollen.

Item

rem, quia repudiando, videtur fatuisse nunquã adiuisse, vel si aliquid fecit, propter quod præsumatur adiuisse, sed nunquàm habuisse in rei veritate animũ adeũdi: & sic, q̃ verè non adiuerit, & ita contra confessionem suã ipse, vel hæres suus cõtrauenire nõ potest. l. de ætate. §. primo, de interroga. actio. & ita reperio consultum per Baldũ, in consilio suo cxxxviij. quod incipit, Ioannes Symeonẽ & Petrũ filios suos. in fine. v. colũ. versiculo, circa tertiũ respectum illud. Et istã opinionem puto veriorem: quia licet quis non possit hæreditatẽ aditam propriè loquendo, repudiare: vt dicta l. sicut. C. de repudi. hæredi. tamen in sui præiudicium potest, maximè in casu nostræ quæstionis, in quo verbũ, repudiatio, nisi operaretur, nihil valeret: & ideo, vt potius valeat dicta[a] repudiatio, quàm pereat, expono verbũ
3 repudiatio, pro renũciatione. *Nec est inconueniens, q̃ vnũ verbum capitur impropriè ad hoc vt aliquid operetur: vt cap. cùm dilectus. extrà de consuetu. & argu. glo. not. in l. & a puto. §. primo. ff. famil. er. cũ ibi no. & præsertim cùm dicta verba repudiationis, sint prolata à muliere, vel à minore, qui cõmuniter ignorant vim & potestatem vocabulorum. & pro hoc allego gl. singu. in l. quoties. C. fami. ercifcund. & dicit, q̃ omnes testatores nesciunt dicere, heredem instituo. & ex prædictis concluditur, quòd cautela domini Paul. non est necessaria, tamen est vtilis, vt euitentur opiniones.

a Repudiat. *Repudiãs quibus casib⁹ teneat, Bald. in rubr. C si qs ali. test. phi.*

Cautela, quando quis non potest probare per testes, uel instrumẽta, illud, quod sibi debetur, qualiter testes sunt ponẽdi sub cortina, ad intelligendum cõfessionem. CCXXX.

1 *Testis dictum de auditu an ualeat, quando paries, uel cortina est in medio inter testes, & contrahentes.*

2 *Testis testimonium de sensu proprio, auditus uerborũ alterius ualet, quãdo ipse testis loquentis uocem notam habeat, licet personam loquentem non uideat.*

3 *Solennitas maior requiritur in testamento, quàm in codicillis, uel in donatione causa mortis.*

QVANDO quis nõ potest probare per testes, vel instrumẽta, vel aliter, illud, quod sibi debet ab vno, nec in præsentia testiũ debitor vult cõfiteri, & creditor vult extorquere confessionẽ, ita vt possit eam legitimè probare, solet adhiberi ista cautela, vt creditor faciat venire aliquos testes in quadam camera iuxta suam, in qua possit audire ea, quę in alia dicentur, vel faciat eos stare super lecto, in eadẽ camera, cortina a existente in medio, vt videri nõ possint, vel sub lectica, deinde ducat debitorẽ in dicta sua camera, & interroget subtili mõ, seu ingenio, quomodo est debitor suus in tanta quãtitate, & q̃ promittat sibi nescienti, qui interrogatus in pręsentia testiũ nõ cõfiteretur, credens ab alio non audiri, faciliter induceretur ad cõfitendum, & promittẽdum debitum, & posteà testes poterunt examinari, qualiter ipsi audiuerũt talem confitentem debitum, & promittentem soluere, licet non viderint eundem, tamen habeant eius loquelam notam,

tam,& viderint ipſum ingredi domũ,& tale teſtimoniũ valebit, & ad hoc cõmuniter allegatur glo.l.ij.§.idẽ Labeo ait,cũ quæritur.In ver.audierint. quæ incipit,ſic ergo dixerũt. ff.de aqua plu.arcẽ.quę videtur
1 velle, *ꝙ valeat dictũ teſtis de auditu,quando paries,vel cortina eſt in medio inter teſtes,& cõtrahẽtes,vt notat Barto.& Docto.in d.§.idẽ Labeo.& Cyn.& Doct.in l.ſi nõ ſpeciali.C.de teſtamẽ. & videtur eſſe tex. cum glo.in verbo,auditu.& ibi Doctores.in c. prætereà. extrà de teſti-
2 bus. & fundamẽtũ eſt in hoc, *quia regulariter valet teſtimoniũ de ſenſu proprio auditus verborũ alteri⁹, quando teſtis habet notam vocẽ loquentis, licet perſonã loquentẽ nõ videat,vt l.teſtium.cũ authen.rogati.ibi poſita.C.de teſtibus.& xiiij. q. ij.c.j.& iij.q.ix.c. teſtes. & ibi tenet dominus Matthęus de Matheſi. in cxxv.notabili.quod incipit, nota ꝙ regulariter valet teſtimoniũ.Sed in contrariũ facit,quod notat Frãciſc. Accur.& Cyn.in d.l.ſi non ſpeciali. vbi dicũt indiſtinctè, nõ valere tale teſtimoniũ,quia in teſte requiritur viſus. C.de teſtib⁹.l.teſtiũ.ibi,prę̨ſto fuerunt.vnde ſecundùm Bart.in d.l. ſi non ſpeciali.teſtes qui non poſſunt videre propter obſcuritatẽ noctis, non probant. facit quod not. in l. ſi cum exceptione.§.in hac.ff.ꝙ metus cauſa.& quod dicam in ſequenti cautela. Itẽ in contrarium facit ratio,qa poſſet eſſe, ꝙ debitor ꝑpter infirmitatem,vel aliam cauſam mutaſſet vocẽ ſuam cõmunem, & proptereà teſtes qui non viderunt eum loquentem,non poſſent clarè deponere de ipſo,ergo non videntur cõcludere.l.non hoc.C.vnde cogn. l.neq; natales.C.de probationib. cũ ſimilibus. Item quia poſſet eſſe ſuppoſitus ſuus,qui eius diceretur debitor,& vocẽ ſimularet. Nam d. Cy.in d.l. ſi non ſpeciali, ſe vidiſſe hominẽ,qui tam bene transformabat ſe,& voces alterius,& loquelam aſſumebat, qui ab vxore illius viri, quẽ repræſentare conabatur loquendo,putabatur verus maritus eſſe. Itẽ in contrariũ videtur tex.in d.l. ſi nõ ſpeciali.ibi,in conſpectu teſtatoris. & in l.ſi vnus.ibi,vel coram teſtatore omnes eodẽ loco. C.de teſtamentis.vbi probatur,ꝙ teſtes debent videre teſtatorẽ. Itẽ videtur eſſe tex. cũ glo.in d.c.præterea.extrà de teſtibus.vbi videtur probari,nõ ſufficere teſtes deponere de auditu, cortina in medio exiſtẽte,niſi alia adſint adminicula. Item quia glo.in d.l.ij. §.idem Labeo.nõ videtur probare id,ad quod allegatur,quia gl. ibi nõ videtur determinare, ſed loquitur interrogatiuè,dum dicit,quid enim ſi paries vel cortina,eſt media inter teſtes,& contrahentes, & teſtatorẽ, & ſic ſolùm quærere videtur, & non decidere.Et ita aliqui reſpõdent ad illam gloſſam. Ego autem in hac materia quotidiana & vtili, ita puto eſſe diſtinguendum:Aut loquimur in teſtamento,aut in matrimonio, aut in contractibus, vel quaſi,aut in maleficijs,vel quaſi.Primo caſu,ſi loquimur in teſtamento, & tunc teneas, quòd non ſufficiat dicta cautela, qa oportet, quòd teſtes videant teſtatorem,per d.l.ſi non ſpeciali. & l. ſi vnus. C. de teſtamentis. licet gloſſ. dixerit contrarium in d.l.ij.§.idem Labeo. quæ communiter in hoc reprob

probatur ibi per Doc. & in d. l. si non speciali. per Cy. & Doctores. Aliqui tamen conantur saluare illam gloss. dicendo, quòd illa gloss. non decidit, sed loquitur interrogatiuè dubitando, vt s. dixi. Secus fortè esset in codicillis, vel donatione causa mortis, a quia maior solennitas requiritur in testamento, quàm in codicillis, vel donatiõe causa mortis. l. hac consultissima. C. de testame. coniun. l. fin. C. de codicillis. & l. fin. C. de donat. causa mortis. & hoc vult do. Matheus de Mathesil. in dicto suo cccxv. quod incipit, Nota, quod regulariter valet testimonium. In matrimonio non credo, vt faciant plenã fidem, sed cũ alijs adminiculis sic, vt in c. præterea. cũ glo. extrà de testib. quam ita intelligo. In cõtractib⁹ verò, vel quasi, teneo, quòd probẽt sufficienter: vt not. glo. iij. quæst. viij. testes. & ita potest intelligi in d. §. idẽ Labeo. & per no. in §. si verò absunt. in authen. de hæredi. & Falc. col. j. & per Cyn. & Iacob. Butri. in l. testiũ. C. de testibus. & per Specul. in tit. de teste. §. j. versic. item quòd causa. & per Ioan. de Imo. in d. §. idẽ Labeo. & ibi per Docto. In maleficijs dic, vt dicam in sequenti cautela. & intelligo prædicta, quando testes habent notas contrahentium voces, vt not. per Doctor. in iuribus præallegatis. Item intelligo omnia prædicta esse subijcienda arbitrio iudicis, qui habeat considerare, si testes habebant verè notas voces, & si decipi potuerant per prædicta.

a In medio cortina existente. *Testes testamenti debent uidere testatorem. l. si nõ speciali. & ibi omnino Doclo. & Alex. C. de testi. ideo si cortina est in medio, non probãt nisi uiderint. Barto. in l. ij. §. idem Labeo. in j. colũ. uersi. ulterius uenio ff. de aqua plu. arcen. ubi dicit, secus in contractibus. ut ibi etiam per Alex. & Io. And. in c. ex literis. de cõsue. post glos. in uer. audierint. quæ dicit testes probare, licet cortina sit in medio. Item probant actũ, qui percipiat alio sensu quàm uisus, secundùm Ang in aut. de hæred. & Fal. §. hinc nobis. in ulti. col. in prin. uersi. secũdo not. Item uerum, quando testes habent notam uocem contrahentium. Rayn. in d. §. idem Labeo.*

Cautela quomodo debeant deponere testes, quando dicunt aliquem commisisse delictũ de nocte. CCXXXI.

1 *Testis dictum ualet, si deponat de maleficio de nocte commisso, ad lumen lunæ.*

SI aliquis fuit accusatus, quòd de nocte commisit aliquod maleficium, & testes deponunt se vidisse, Cautela est, vt inspiciatur, si illa nocte luna lucebat, quia si non erat lumẽ lunæ, poterit & debuit capitulari & probari, quòd illa nocte maximè illa hora, qua dicitur maleficium commissum, luna nõ lucebat, & propter hoc testes non potuerunt bene videre, quia nox erat obscura, & si testes aliqui de maleficio dixerint, reprobabuntur, vt probatur per glo. notabilẽ in l. si cũ exceptione. §. i hac. super versi. ignorantiã. in fi. ibi, dũ dicit, cũ talia fiãt de nocte, vel in multitudine hominũ. ff. quod metus cau. se-
1 cundùm Bal. & Ange. ibi. & ita etiam tenet Bald. in l. Arethusa. ff. de statu homi. & in c. j. §. porrò. in titu. quæ fuit prima causa bene. amit. in vsib. feud. vbi dicit Old. quendã accusatum de

maleficio commiſſo de nocte, defendiſſe per dictam glo. & ideo ſi lumen lunæ fuiſſet, valerent dicta teſtium, qui deponerẽt de maleficio, ſecundum Barto. in ſuo tracta. de teſte, per l. nõ minorem. C. de tranſac.

Cautela, quando dubitatur, an aliquis debeat intereſſe electioni, cautela eſt, quòd admittatur cum proteſtatione. CCXXXII.

1 *Electioni aliàs legitimæ non nocet, ſi non habentes vocem, cum alijs admiſſi fuerint.*

CVM dubitat̃ an aliqui debeant intereſſe electioni, & tẽpus inſtat, ita ꝙ cõmodè non poſsit recipi ꝓbatio, an de iure hoc eis cõpetat. Cautela eſt, vt admitti debeant cũ ꝓteſtatione, vt eorum voces valeãt, ſi & in quãtùm appareat poſtmodùm eos debuiſſe itereſſe, vt c. Cumana.

1 de elec. & in c. in Geneſi. eo. tit.* Nõ enim nocet electioni aꝭs legitimæ, ſi nõ habentes vocẽ fuerint admiſsi cũ alijs. ita dicit Abb. Sicu. in d. cap. Cumana. in prin. verſi. ſextò not. cautelam & practicam, quod tu not. pro electione ſummi Pontificis, vel Rectoris ſcholariũ, vt ſi dubitat̃, an aliqui Cardinales poſſent dare vocem, vł aliqs ſcholaris, ne deferat̃ electio, poſsẽt admitti cũ dicta ꝓteſtatione.

Cautela pro notario, qui neſcit ordinare inſtrumentũ in forma ſolenni, quod alter ex contrahentibus poterit illud dictare. CCXXXIII.

1 *Tabelliones ex ſe inſtrumentum inter partes dictare debent, cùm ad hoc teneantur.*

MVLTI tabelliones reperiuntur, qui neſciunt dictare vnũ inſtrumentum in forma ſolenni, vel ſi ſciunt, vellẽt euitare laborẽ in dictando, ideo vtuntur iſta cautela, vt faciunt formam inſtrumenti, per quem contrahentium ordinari, & ipſi poſteà ſcribunt, & in publicam formam redigunt. Quæritur, nunquid poſsit. dic, ꝙ ſic. vt xij. q. ij. cùm redemptor. ibi, ſcribendã dictauimus. Ipſe tamẽ notarius per ſe poſteà diligenter conſiderabit ſingula verba, & quæ

1 ei videbitur, emendabit.* Melius tamen eſſet, ſi ipſe ꝑ ſe faceret, cum ad hoc teneretur, vt eleganter not. Spec. in ti. de inſtru. edi. §. reſtat. verſicul. quid de hoc. ꝙ faciunt quotidie tabelliones. quẽ ſequitur Abb. Sic. in c. cũ P. tabellio. in fi. extrà de fide inſtru. & not. q̃a quotidianũ eſt, & ſeruatur in practica. & ꝑ iſta ſemel defendi quẽdam Doctorẽ medicũ accuſatũ Venetijs, apud officiũ aduocatorũ communis, ex eo ꝙ dederat copiã litera-

1 rum cõmendatitiarũ ad dominũ notario vniuerſitatis: qui de verbo ad verbũ illã tranſcripſit, & dño miſit.

Cautela, quòd quis non admittatur ad officium, niſi ſit ciuis, facias quòd unus moueat litem illi, quòd non ſit ciuis. CCXXXIIII.

1 *Pœna remotionis ab officio, quantumcunque imponatur, officio durante, de crimine cognoſci poteſt.*

SI quis vult, vt aliquis non poſsit admitti ad officium, ſtante ſtatuto, quòd quis non admittatur ad officium, niſi ſit ciuis, facias, ꝙ vnus moueat litem illi, quem tu vis non habere officium, quòd non ſit ciuis, quia pendente illa lite, etiam ſi eligatur, non debebit admitti ad illud officiũ: vt l. ſi vt proponis. C. quãdo prouoca.

prouoca.non est neces. & ibi hoc tenet Baldus, per illum textum. & si tu a vij. vt habeat effectum, opponas tempore electionis faciendæ, quia tunc 1 nõ poterit expediri illa causa, & interim alius eligetur, & sic remanebit exclusus. Sed si opponeretur antè, non haberet effectũ, quia illa causa deberet expediri infra illud tempus, in quo facienda esset electio, ad hoc vt possit eligi, si verè esset ciuis, per text. not. in l. j. ff. de glan. legen. & per ea quæ ibi not. Bart. quod no. & facit l. iubemus. C. ad legem Iul. repet. & quod notat Bald. in extrauaga. de pace Constan. in vltima charta in principio. versicul. & nota.* Vbi dicit, quòd quantuncunque imponitur pœna remotionis, durãte officio poteſt cognosci de crimine, nã si expectaremus finem officij, frustrà fieret amotio, vt d. l. iubemus. Sed non videtur curandum de ista cautela, quia donec durat hæc contentio, non currit tempus officij, per ea, quæ no. Bal. & Doctores in l. contra maiores. C. de inoffic. testa. & Bartolus in l. secunda. §. non solum. ff. ad Tertul. Sed potes dicere, quòd cautela procedit, quando de necessitate de præsenti debet fieri electio successionis.

Cautela, quando molendinum est destructum impetu aquæ, quomodo constabit, quòd non perdidit eius possessionem. CCXXXV.

1 *Molendinum fixum in terra, & sub aqua, si fluminis impetu destructum fuerit, nisi reædificetur, eius possessio amittitur.*

QVIA hoc mane legimus l. si qs ex argentarijs. §. si initium tabularũ. ff. de eden. vbi gl. fecit mentionem de molendino a. Propterea ponamus vnam cautelam in materia molendinorum.* Nam si aliquis habuit molendinum fixum in terra sub aqua, quod impetu fluminis, vel aliter destructum est, si non reædificatur, perditur possessio, vt habetur in l. finali. ff. de vsucapio. Et ideo cautela est, vt nunquàm perdatur possessio, quòd fiat protestatio, de qua conficiatur publicum instrumentũ, quòd nõ obstante destructione, intendit tenere & possidere locum & alueum fluminis, & debet vnum signum facere, puta apponere palos ligneos in aliquibus locis, vel partibus clausulæ molẽdini. Nam ex illis lignis, vel antiqs molẽdini, vel etiã nouis, apparebit ipsum retinere possessionẽ fluminis vel aluei, pro molendino, maximè stante dicta protestatione, & tunc inuito ipso, non poterit alius occupare dictum flumen, vel ibi ædificare, vt eleganter dicit Ange. quem sequitur Ioan. de Imol. in d. l. fin. ff. de vsucapio. de qua quæstione vide latius per Bar. & Doc. in d. l. fina. & per Bart. in d. l. quominus. in xvj. q. ff. de flumi. vbi plenè tractat materiã molendinorum. & ego dixi plenè de quæstione, in tractatu meo de seruitut. in titul. de aquæduct. in ix. q. principali, circa principium.

a Molendino. *Molendinũ nouum, an possit ædificari in flumine, in præiudicium destructi. Bart. in l. fin. ff. de usucap. & ibi Ang. & Docto. in l. quominus. antepenul. col. Molendinorum supra aquam positorum materiam ponit Bartol. in d. l. quominus. in fin. & glos. & Bartol. in l. si epistolam. §. si aqua. ff. de acquiren. rerum domi.*

Cautela contra iudicem, qui nõ uult causam expedire, de protestatione, quæ fieri debet cõtra ipsum, ad hoc, ut faciat litem suam. CCXXXVI.

1 *Iudex si in iudicando negligens fuerit, vel iudicare differat, alteri parti læsæ tenetur.*

2 *Iudex in dubio in negligentia esse non præsumitur, nisi pars protestata fuerit.*

SI iudex est timorosus in procedẽdo, aut simulat procedere ad vlteriora, & tamen non facit, dic, quòd cautela est, vt pars vadat ad superiorem illius iudicis, & faciat ipsum cõpellere, vt procedat, vt habetur in c. j. extrà de supplen. negli. prælatorũ. facit quod not. Bar. in tractatu repræsaliarum. & quod notat Bal. in c. primo, in prin. in titu. de mili. vasal. qui contumax est, in vsibus feudorũ. & ista practica seruatur quotidie. Secũda est, vt pars ipsa humiliter instet coram iudice, vt debeat procedere ad vlteriora, quod si non facit, grauata poterit appellare. & hæc duo remedia ponit Ioã. Andr. in c. dilecto. de præbendis. in nouella. & vide ad hoc Bal. in fin. C. de senten. & l. ij. C. vt lite penden.
1 *Si iudex est negligens in iudicãdo, vel differt iudicare scienter, tenetur alteri parti læsæ, vt Insti. de oblig. quæ ex quasi delicto. in princ. & l. ex maleficijs. §. si iudex. ff. de actionib. & obliga. & l. fin. ff. de varijs & extraordina. cogniti. & ibi hoc notat Bar. Bal. & Angel. & alij in l. mancipia. C. de seruis fugitiuis. & Barto. in l. non quicquid. ff. de iudi. & Bart. Bald. & Docto. in l. j. C. quomodo & quando index. & Bald. & alij in l. ex argentarijs. §. cùm autem. ff. de eden. & Bald. in l. obseruare. §. proficisci. in xviij. q. ff. de offic. proconsu. & lega. & in c. j. §. iudices. in iij. colum. in titu. de pac. iur. ... Bar. Ange. Imo. in l. quarta. §. ... ff. de dam. infect. & per Ange. in authent. scenicas non solùm si tñ ... sores. col. v. & per Doc. in l. si quãdo. C. de testi. & in l. si quis in conscribendo. C. de pact. cum similibus. Et licet sit dubium, an hoc casu faciat litem suam, an verò puniatur, vt notatur in dictis locis, & maximè per Ange. in d. l. mancipia. tamẽ dico, quod punitur ista negligentia etiam quando iudex est negligens in puniendo, & in faciendo dare pœnam parti, quæ ei dari debet per alteram ex dispositione iuris cõmunis, vt singulariter vult Ange. in dicta aut. scenicas non solùm. & c. in princip. per illum textum, qui dicit, quod facit litem suam. Et idem tu dicas, quando imponit minorem pœnam, quàm deberet, vt l. nulli. in fin. C. ne san. baptis. ite. & in his duobus casibus, quando est negligens in puniendo, vel minus punit, quàm debeat minuendo pœnam sine causa legitima, iuxta no. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. & in l. si seuerior. C. eod. tit. eadem pœna tenetur iudex, qua delinquens venit puniendus, vt est casus singularis in d. l. nulli. Itẽ etiam infamatur, vt est casus vnicus in l. seruos. in fin. C. ad l. Iul. de vi pub. & priua. secundùm Host. & Io. An. & Ant. de But. in c. de causis, de of. deleg. & ita etiã tenet Lud. de Roma. ĩ singulari suo lxxviij. quod incipit, tu hæres. et adde quod not. Bal. in aut. statuimus. C. de episco. et cleri.
2 *Sed aduertas, quòd in dubio iudex non præsumitur fuisse in negligentia, nisi

nisi pars fuerit protestata, vt notat Ino. in l. damni. §. Sabini. in fi. ff. de dam. infect. Ideo sis cautus, vt quando iudex protrahit causam in longum, ei protesteris de pœnis iuris, si non procedit in causa, vel si condemnat, vel puniat in minori summa, vel pœna, quàm debeat: ita aliàs obseruaui. & adde quæ dixi in præcedenti cautela.

Cautela, quomodo solutio per partes ualeat. CCXXXVII.

1 *Creditor particularem debiti solutionem recipere non cogitur.*

1 CREDITOR* non cogitur recipere particularem solutionē debiti. l. tutor. §. Lucius. ff. de vsuris. & l. quidam existimauerunt. ff. si certum petatur. & ibi hoc plenè no. Et est ratio, quia particularis solutio solet parere multa incommoda creditori, vt l. planè. ff. famil. ercis cun. & not. gloss. xvj. quæst. prima, reuertimini. in princ. in verbo, expletus. & habetur in l. cùm hi. §. in causa. ff. de transactio. & econtrà solet parere multa incommoda ipsi debitori soluenti. ad quod vide, quod not. Bartolus in l. secunda, in princip. de debito. ciui. C. libro xj. Sed cautela est, quòd creditor cogatur recipere particularem solutionē. Nam si sunt dati fideiussores per debitorem, creditor tunc nomine vnius fideiussoris cogetur recipere particularem solutionem, & ideo debitor soluat nomine vnius, quia poterit, vt est tex. singularis in l. in his si duos. ff. de fideiussori. & ita no. dicit Ang. in l. q pignori. ff. de pigno. & in l. finali. ff. quibus modis pign. vel hypo. sol. Et similiter etiam sis cautus, quādo creditori tuo pignorasti plures res, qa licet nō teneat vnā relaxare, nec pignus pro ea re liberare nisi soluto toto debito, vt l. q pignori. & l. quandiu. C. de distract. pigno. tamē si erūt dati fideiussores, soluēdo p vno, liberabitur vna res pignorata pro illa summa soluta. Et prædicta intellige vera, quādo fideiussores essent obligati simpliciter, qa tūc haberēt beneficiū diuisionis. iuxta notata in auth. præsente. C. de fideiussori. & in corpore vnde sumitur. vel quādo se pro certa parte obligarūt, secus si se obligassent insolidū, renūciādo beneficio epistolæ diui Adriani, & authēticæ præsenti. de fideiussori. & beneficio de duobus reis debēdi, sicut cōmuniter fit per fideiussores: qa isto casu, quilibet fideiussorū teneretur insolidum. & hoc casu sicut creditor non cogeretur recipere particularē solutionem ab vno fideiussore, ita nec etiam à debitore pro eo. Vnde sis cautus, quando vis posse soluere particulariter, des plures fideiussores, qui se obligent simpliciter, vel quilibet eorum pro certa parte.

Cautela pro matre, uel patre trāseuntibus ad secunda uota, ut euitent pœnas iuris. CCXXXVIII.

1 *Si mater infra annum luctus, et etiam pater ad secunda uota transeant, quas pœnas à iure ciuili iniūctas patiātur.*

1 SI mater trāsit* ad secūda uota intra annū à morte primi viri, patit multas pœnas de iure ciuili, de qbus habetur in l. j. C. de secūdis nup. & si transit post annū, patit pœnā. de qua in l. fœminæ. C. de secūdis nuptijs. q est, vt si moriatur vnus filius ex primo matrimonio, mater succederet

 pari

pariter cùm filijs, & fratribus defuncti vtrinque coniunctis, in plena proprietate pro virili portione, vt in authē. de hæredita. quę ab intest. defer. §. j. & in authē. in succesšione. C. de suis & legi. & in authen. defuncto. C. ad Tertul. & hoc procedit, si nō trāsiuisset ad secunda vota, sed si transiuit antequàm succederet filio, vel etiā posteà, efficitur de proprietaria, in effectu vsufrùctuaria, & ea mortua, omne id, in quo succesšit, acquiritur filijs primi matrimonij, nec de eo potest testari, vl aliter disponere, vt est casus in l. fœminæ. C. de secūd. nuptijs. & in authen. de nō eligēdo secundo nub. §. j. col. j. cū similibus. Et idē iuris est in patre transeūte ad secūda vota, vt teneať reseruare filijs primi matrimonij id, in quo succesšit filio: vt nota. glo. in rubrica. predicta, de nō eligēdo secūdo nub. & no. Azo in summa. C. de secūdis nupt. & Bar. in d. l. fœminæ. & est communis opin. & ita sæpe cōsului. Sed ne pater, aut mater teneātur reseruare prędicta bona filijs primi matrimonij, & quòd remaneāt veri proprietarij, cautela est, vt trāseant ad secūda vota, filijs primi matrimonij volētibus & cōsentientibus: vt est glo. singula. in authen. de nō eligendo secundo nub. § j. in verbo, copulantur. quę dicit inuito filio, & non plus. & illam glossellā aliqui nō habēt, sed debet esse, quæ vult à cōtrario sensu, quòd filio non inuito, sed volente, secus esset de quo habetur, per Ludo. de Rom. in singulari ccl. & in consilio ccxviij. & habetur per Barto. in l. j. C. de his, quæ pœn. no. & per Ange. in authen. de non eligendo secūdo nuben. §. j. Item est alia cautela, quòd quando alter coniugum vult transire ad secunda vota, vt prius petat licentiam ab altero, qua concessa, si transit ad secunda vota post annum à morte coniugis, nō cadit in aliquā pœnam, secus si intra annum: vt singulariter not. Bald. in l. j. C. de secundis nuptijs. de quo dicatis, vt ibi per eum.

Cautela, quòd ille, qui timet poni ad torturam, appellet ante. CCXXXIX.

1 *Torturæ terrorem si iudex reo iniecerit, appellare potest.*

SI quis timet, ne contra ius ponatur ad torturam, puta, quia fortè iudex comminatus est ei, appellet.
1 * potest enim appellare, quando iudex iniecit terrorem. vt l. si quis prouocatione. C. de appella. & no. Inno. in c. cùm cessante. extrà de appella. & Bald. in rubrica. C. commi. vel epist. & in d. l. si quis prouocatione. quo casu, confesšio secuta erit ipso iure nulla. l. prima. ff. nil. nou. appel. pen. Nec est, in hoc articulo opus, vt superior inhibeat, quia periculū est in mora. ita eleganter dicit Bal. in d. rubrica. in fine. penul. colum. & ideò si vis, quòd confesšio facta in tormentis, & pòst ratificata non valeat, cautela est, vt prius appellet, antequàm ponatur ad torturam.

Cautela pro debitore, ad fraudādum creditores. CCXL.

1 *Sententia contra debitorem lata, quo casu etiam creditori nocere iubeat.*

AD hoc, vt debitor fraudet creditores suos, vt nihil habere posšint, cautela est, vt desinat posšidere, & posteà agat rei vendicatione contra posšidentem, & patiatur
1 se vinci. * nam hoc casu, si creditor sciuit

ssinit super tali re moueri litem per debitorem, vel debitori, & patiatur debitorem litigare. sententia lata aduersus debitorem in tali re, nocebit etiam creditori, tamen si apparet de collusiõe debitoris, nihil prodesset talis cautela. l. si suspecta. in princ. ff. de inofficio. testamen. & l. si prolusorio. in princip. ff. de appel. aliàs sic, nisi si superatus. circa fi. ff. de pigno. hanc cautelam ponit Ange. in d. l. si superatus. & Bal. in l. pe. ff. de peti. hæredita. quam cautelam tibi nõ trado, vt ea vtaris ad malum, sed vt scias cauere à volente vti contra te.

Cautela pro illo, qui promisit alicui turpe quid facere, est cautela, ut potius per pignora, quàm rem. CCXLI.

1 *Datum si aliquid fuerit uni ex causa turpi, ex parte utriusque, scilicet tam dantis quam recipientis, repeti non potest. secus si pignora data fuerint.*

2 *Spoliatus ante omnia restituendus est, etiam si esset prædo, nisi intentet condictionem ob turpem causam, quoniam tunc audiri non debet.*

3 *Hæres infra tempora conficiendi inuentarium, conueniri non potest, nisi reali actione conueniatur.*

4 *Scholares facientes conuenticulas contra Doctores, si dent libros, uel aliã rẽ propter suffragium promittãt, repetere non possunt, sed bene fiscus auferre.*

LEGIMVS hodie l. iurisgentium. §. si ob maleficium. ff. de pact. vbi est vna gloss. not. quæ dicit, 1 quòd si aliquid est datũ vni ex causa turpi, ex parte utriusq;, scilicet tã dantis, quàm recipientis, puta, vt homicidium faciat, iuxta l. generaliter. & l. si plagij. ff. de verb. oblig. vel datum est aliquid officiali, qui tenetur denunciare maleficia, ne denunciet maleficium cõmissum, quod est turpe ex parte vtriusq;: vt l. si à reo. §. fi. & ibi Barto. & Docto. ff. de fideiuss. vel si est data pecunia iudici pro sua indemnitate, in casu, quo cõdemnetur in syndicatu, si malè iudicauerit, quibus casibus illud, quod est solutum repeti nõ potest, qã in pari causa turpi, melior est cõditio possidentis: vt est casus in l. pe. ff. de condi. ob turpẽ cau. & nota. per gloss. in d. §. si ob maleficiũ. Sed si sunt data pignora pro dictis causis, vel aliqua earum etiam secuto implemento ex parte recipiẽtis, potest ille, qui tradidit pignus, agere rei vendicatione contra detinentẽ pignus, tãquàm cõtra quẽlibet extraneũ possidentem, vel retinentem rem non suam, iuxta l. officium. ff. de rei vendic. vt dicit glo. in d. §. si ob maleficium. per l. de eo. §. pe. & fin. ff. ad exhibendum. licet nõ posset repetere per cõdictionem ob turpem causam, vt dixi. & sic est vis in modo agendi pro repetitione, sicut dicitur in simili, 2 * quòd licet spoliatus, sit ante omnia restituendus. l. si quis ad se fundũ. C. ad l. Iul. de vi. etiã si esset prædo. c. literis. extrà de restitutio. spoli. tamen si intentaret condictionẽ ob turpem causam, nõ debeat audiri: vt nota. Barto. & Docto. in d. l. pe. ff. de condictio. ob turpem cau. & sic dicitur in simili de marito, qui si cõuenitur actione de dote, non tenetur nisi in quantùm facere potest. l. si maritus. ff. sol. matrimon. secus si cõuenitur rei vendicatione: vt habetur in l. Nesennius. §. fundum. ff. de re iudica. & in l. ex diuerso. ff. solu. matrimonio.* 3 Similiter dicitur in hærede conficiente inu

te inuentariũ, quia non poteſt cõueniri intra tẽpora cõficiendi inuentarium, ſecus ſi cõueniatur actiõe reali: vt habetur in l.fin. §.donec. C.de iure deliberandi.& licet non poſsit repeti, quod datum eſt per cõdictionem ob turpem cauſam, quando turpitudo eſt ex parte vtriuſq; , vt l.penul.ff.de cõdictio.ob turpẽ cauſam. tamen ſi data fuat pignora, poſſunt vendicari, & fiſcus auferre poteſt ab indigno: vt dicit glo.in d. §.ſi ob maleficium.in fin. quod intellige ſecundùm Baldũ ibi, quãdo fuit tranſlatũ dominiũ & acquiſitũ indigno, iuxta nota.in l.prima.C.de hæredibus inſtituen.& ita loquitur l.Lucius.ff.de iure fiſci.ſecus ſi nõ tranſiuit dominium, ſicut eſt in pignore dato. l.pi-
4 gnus.C.de pigno.actio.*ideo ſi ſcholares faciunt conenticulas illicitas, puta de caſſando aliquem doctorem legentem abſque legitima cauſa, ſi dant pecuniam, vel libros, vel aliam rem, vt promittatur ſibi vox vel ſuffragium, nõ poteſt repetere ille, qui dedit: quia in pari cauſa melior eſt conditio poſsidentis. ſed fiſcus poteſt auferre ab illo indigno recipiẽte, & applicabitur ipſi fiſco: vt dicta l.Lucius.ſecundùm gloſſ.in dicto §. ſi ob maleficium. Sed ſi dedit pignora, ex quo non tranſtulit dominium, poterit illa repetere per rei vendicationem, per prædicta, nec fiſcus poterit auferre ab indigno dante, vel recipiente. Alia & ideo cautela eſt pro promittente, vt potius det pignora, quàm det rẽ, transferendo dominium: quia dando pignora, ſine periculo poterit recuperare, ſed trãſferendo dominium non poterit, nec recipiẽs poterit retinere, quia auferetur ab eo, & applicabitur fiſco quod eſt notandum.

Cautela pro illo, qui habet probationem tempore perituram, qua perempta, aduerſarius ſibi moueret litem ſuper ipſa. CCXLII.

1 *Proceſſus extraordinarius cum aliquo fundari debet.*

2 *Iuriſdictionis contentioſæ natura aduerſarium requirit.*

SI POSSIDEO quandam rem, quæ mea eſt, & de dominio meo habeo teſtes, ſed timeo ne moriantur, & timeo de Sempronio, ne his mortuis moueat mihi quæſtionem dominij: quia fortè res illa quondam fuit ſua, vel ſuorum maiorũ: vt C.de probationi.l.ſiue poſſidetis. quomodo mihi ſuccurretur? Aduerte, quia licet teſtes poſsint examinari ad perpetuam rei memoriam, vt in authentica, ſi quis ab aliquo. C.de teſtibus.& nota.per gloſſ. & Doct.in l.in lege Aquilia, ſi deletum. ff. ad legem Aquiliam. & in c. quoniã frequenter. extrà vt lite non
1 conteſtata. *& iſte proceſſus ſit extraordinarius, tamẽ cum aliquo fundari debet: vt l. inter litigatores.ff. de iudi. Aut ergo mihi mouetur de hoc quæſtio, puta diffamando, quòd res non ſit mea, & habeo aduerſariũ fundatum ex diffamatione, vt l.diffamari. C. de ingenu. manu. & l. cùm Titia.ff.de accuſatio.& l. Atalatus.ff. de fal.& c. licet.extrà de accuſation. Eodem modo ſi habeo aduerſarium fundatum ex aliquo antè geſto, qui poſſet mihi mouere quæſtionẽ, puta, quia iam fui ſibi obligatus, licet fecerit mihi pactum de non pe-

tendo

...tio, aut nulla materia excitat q̃stio... tūc istud iudicium nō pōt funda... quia nō est cū quo fundari pos... sic oportet silere. Et ideo vbi ... speciali materia, puta ex contra... vel quasi, del. ĉto, vel quasi est, ... esse debet aduersarius cert⁹, nec ... generali materia est aduersarius ... similis: tunc potest fundari pro... examinis testiū ad perpetuam ... memoriam: quia nō est cū quo ... contra quem:* quia natura iuris... ctionis contētiosæ requirit aduer... Vnde cautela pōt esse, quòd p... interpositam personam quis faciat ... diffamari, tūc cū illa psona funda... retur iudiciū: & occasione illius pos... set citari facere cæteros, qui volunt cōtradicere, vt C. si vt se ab hæredi. ... in authē. si oēs. & habes simile. ff. de nego. gest. l. at qui natura. §. cùm me absente. vt dicit Bal. in authē. si quis ab aliquo. C. de testibus, in secū da colum. versi. sed hic dubitatur de tali quæstione. quod nota pro illis, q habent possessiones, & non habent instrumenta de dominio, & alij quorum antiquitus fuerunt, habent instrumenta de suo quodam dominio antiquo.

Cautela de ualido contractu simulato, & de alijs inualidis contractibus. CCXLIII.

1 *Simulationis species tres esse dicũtur.*
2 *Statutum est Veronæ, quòd nullus Doctorum collegium intrare possit, nisi inter alia habeat summam Azonis, & omnes Bartoli lecturas.*

1 TRES SVNT* species simulationis. vna, quando vnū agitur tacitè inter cōtrahentes, & aliud exprimitur, & de isto loquitur totus titulus C. plus valere quod agit, quàm quod si. con. & c. ad nostram. extrà de emptione & venditione. & c. illo vos. de pigno. & l. iurisgentiū. §. dolo malo. in fin. ff. de pactis, cum similibus. Secunda species est, quādo aliquid simulatè exprimitur, & nil in effectu agitur inter partes: Exemplū, si rusticus donat, vel vendit quotidie possessionē suam ciui, vt euitet onera & factiones, tamen tacitè agitur, quòd contractus sit nullus: quia non intendunt, quòd sit donatio, vel venditio: & de ista loquitur l. nuda. C. de contrahenda stipula. & l. imaginaria. ff. de regu. iur. Tertia species est, quādo partes intendunt verè aliquid agere, sed contractus modico tēpore est duraturus, & propterea præsumitur simulatus. Exemplū, quod mihi Bononiæ contigit, dum ibi esset bellum maximū, & vnus qui habebat saluum cōductum pro persona & rebus suis, volebat portare sub saluo cōductu libros meos, & volebat, quòd sibi donarē verè, ad hoc, vt posset iurare libros esse suos, & posteà dum esset Ferrariæ, mihi restitueret, quòd tamen facere nolui: Nam si fecissem, fuisset tertia species simulationis. Vel pone aliud exemplum, q vidi de facto.* Statutum est in ciui- 2 tate Veronæ, q nullus possit intrare collegium Doctorum, nisi inter alia habeat summam Azonis, & omnes lecturas Bar. Vnus qui non habet lecturā Azonis, vel omnes Barto. facit istam simulationē: qa dicit amico, dones mihi tuam summā Azonis, & Barto. pro die tātū examinis mei, & q donatio nō durat vltrà, ad hoc, vt possim iurare cum veritate me habere summam Azonis & Barto. posteà tibi

tibi restituam. Nam hæc est tertia species simulationis, de qua loquitur l.iiij.§.si ab ignoto.ff.de manumiss.ti.generali. De istis tribus speciebus simulationis vide in eleganti consilio Bartol. quod incipit. Petrus Nicol. & per Paul. de Castro in d.l.iurisgentium.§.dolo malo.& istæ tres species simulationis fiũt de actu ꝓhibito ad permissum, & sunt de iure ꝓhibitæ, vt patet ex prædictis. Pōt addi quarta species simulationis, quæ fit de contractu permisso: quia de vno tacitè agitur, qui erat permissus, & exprimitur alius, qui similiter est permissus. Exēplū, volo tibi mutuare centū vere, & iste cōtractus est licitus, sed nolo, quòd fiat instrumētū de mutuo, sed de deposito, ad hoc vt facili⁹ possim te cōuincere, p l.fi.C.deposi.cer-

a tè talis simulatio est licita, [a] ex quo fit de permisso ad pmissum. Vel pone aliud exemplū, maritus, qui non habuit totā dotē, fecit instrumentū de tota dote recepta solēniter, sed quia verè deficiebāt aurei, puta centū, voluit, ꝙ socer cōfiteretur se habere in depositū centū aureos, cùm in veritate esset debitor ex causa dotis: certè valet ista simulatio: vt probatur in l.Lucius Titius cū haberet. ff.deposi.& no.Bal.in rubric.C.eo.titu. Et ideo ex ꝑdictis sis cautus, qñ vis contrahere cum vno verè, & ex illo contractu nō esset tibi sufficienter, vel faciliter succursum, vt tu possis instrumentum facere, vel de alio contractu, qui habeat faciliorē expeditionem, sicut fit contractus depositi, vt dixi, quia nullus cōtractus est prohibitus, & nemo decipitur, & ita sæpius obseruatur.

a Simu.est lici. *Simulatio in persona & ueritas in actu est, quādo unus pro altero recipit instrumentū, & ex eo acquiritur ius ueræ personæ, & nō ꝑiu. & ualet actus. Bal.in l.cum precibus in fi.C.de probatio. Simulatio non præsumitur, si cōstat de ueritate actuum. Bal.in l.ei qui.ad fi.C.de distract.pig. nec in dubio.l.quāuis.& ibi Bald.C. si quis alteri, uel sibi.*

Cautela, quibus casibus pactū legis commissoriæ sit ualidum. CCXLIIII.

1 *Pactum pignoris & legis commissoriæ à parte debiti factum, à iure reprobatum est.*

2 *Fœneratores Bononienses, quo casu pacto legis commissoriæ abutantur.*

1 PACTVM* pignoris & legis cōmissoriæ factum à parte debiti, est reprobatū à iure, quādo scilicet datur pecunia debitori, vel etiā efficitur debitor ex alia re, & debitor dat pignus creditori cū pacto, quòd si nō soluit debitum intra certū tempus, pignus sit emptū pro ꝑtio debiti: quia lex præsumit, quòd debitor, qui indiget alia re, & nō posset soluere, daret pignus multo maioris ꝑtij, quàm sit debitū, & sic faciliter deciperet: ideo lex vult, vt nō valeat, vt l.j.ij.& fi.C.de pactis pign.& l.com. quòd fallit, quādo illud pactū pignoris fieret ex interuallo post debitum contractum, quia nō præsumitur esse in tanta necessitate: vt l.Titius.ff. de cōstitu.pecu.& ibi hoc not.Bart. & alij Doctores, & idem notat Bart. & omnes Doctores, in l.quāuis.aliàs incipit, Calipodius: ff. de solutio.& Barto.in l.si fundus.§.fin.ff.de pig.

Item

hem; fallit, quando pactū esset, vel pi
gnus esset vēditū iusto pretio, quia
tunc cessaret omnis deceptio præ-
sumpta: vt est casus nota. in dicta le-
ge, si fundus. §. finali. & ibi hoc no-
ta. Barto. & hoc casu fieret æstima-
tio per iudices, vt habetur per Bar-
tolum, in l. secunda & fina. C. de pac.
pigno. & l. commisso. & l. fina. C. de
iure domin. impe. & dicta l, si fun-
dus. §. fina. & in dicta l. quamuis. &
in dicta l. Titius. *Et ex hoc infer-
tur cautela, qua vtuntur fœnerato-
res Bononienses ex consilio aduo-
catorum & procuratorum antiquo-
rum, videlicet, quòd fiat pactum pi-
gnoris & legis commissoriæ, vt si
non soluatur pecunia, pignus sit em
ptum pretio æstimando per talem,
& tales arbitratores, quos ex tunc
partes eligunt. vt nota. dicit Bar-
tol. in dicta l. fina C. de pactis pigno.
& l. com. & in dicta lege, si fundus. §.
finali, de pigno. Nam poterunt con-
uenire primo casu, coram illis arbi-
tratoribus seu æstimatoribus de
æstimando pignus pro pretio de-
biti, licet multò plus valeret. Sed
si de ista conuentione constaret, di-
ceretur fieri fraus legi, & non va-
leret, per l. fraus. cum ibi nota. ff. de
legi. & l. non dubium. C. eodem ti-
tulo, coniuncta l. doli. §. diuersum.
ff. de noua.

Cautela pro filijs, ne teneantur ad soluendum debita patris, stante statuto, quod filius mercatoris teneatur ad debita patris. CCXLV.

1 *Filius pro debito, uel facto patris, regulariter non tenetur.*

2 *Statutum si sit quòd filij mercatorum ad patris debita teneantur, etiam si hæredes non probentur, an ualeat.*

3 *Exhæredati filij pro mortuis habentur, & inuiti à paterna hæreditate repelluntur.*

LICET REGVLARITER
*filius pro debito, vel facto pa-
1 tris non teneatur, vt in toto titulo,
C ne. filius pro patre. & habetur per
glossam ordinariam. j. quæstio. iiij.
in summa, & per gloss. xxiiij. quæ-
sti. iij. in summa, & in capitulo nō de
bet. de regulis iuris. in vj. & per Sa-
lycetum in l. quisquis. §. filij. C. ad
legem Iuliam maiestat. in quibus lo
cis habetur, in quibus casibus filij te-
2 neantur pro patre, vel non, *ta-
men si statutum est, quòd filij mer-
catores tenentur ad debita patris,
etiam si non probentur hæredes, vel
constat, quòd repudiauerunt hære-
ditatem patris, quòd statutum va-
let, licet sit durum: quia valeret fa-
ctum inter eos, iuxta not. in rubri-
ca, C. de decret. decurio. libro x. Et
procedit etiam illud statutum regu
lariter, etiam si filij non essent hæ-
redes patris: vt sentit gloss. in l. do-
tis tuæ. C. de iure dotium, secun-
dùm Baldum ibi. Sed remedium
est, quòd filij non teneantur, videli-
3 cet, vt pater exhæredet eos. *Nam
exhæredati habentur pro mortuis,
& inuiti repelluntur ab hæredita-
te paterna, vnde non debet intel-
ligi statutum de illis, sed solùm de
illis, qui de iure duodecim tabula-
rum erant sui necessarij. argumen.
l. prime, §. penultimo. ff. de contra
tabula. secundùm Bald. in dicta lege,
dotis tuæ. in fine. facit l. ij. ff. quod

cum

cum eo. Quod ego intelligo, nisi exhæredatio esset facta in fraudem, in causa ficta, & non vera. argumen. l. j. §. is quoque. in fi. ibi, si sine fraude hoc factum sit. ff. de col. bo. & l. fraus. cum ibi no. ff. de legi.

Cautela, ut filius teneatur pro debito patris, a quòd in instrumẽto contineatur, quòd pater recepit mutuum pro alendis liberis. CCXLVI.

a Pro debito patris. *Mutuum patri factum inopi, potest repeti à filijs etiã non hæredibus, in quorum alimenta uersum est, si pater non sit soluendo. Bar. singu. in l. his solis. ff. de condi. inde. Mutuum patri factum tempore caristiæ præsumitur uersum in alimentis suis & familiæ suæ. Bar. in l. fi. §. fi. C. ad Macedo. in d. l. his solis. in fin. ff. de condi. inde.*

a *Filij diuites alimentorum causa, ad patris debita tenentur.*

1 QVID SI PATER * est pauper, & accepit pecuniam mutuo, nunquid sit aliqua via per quam filij possint conueniri ex illo contractu? Tu diceres, quòd nõ, per titu. ne filius pro parte. Dicas quòd sic: quia si pater conuertit illam pecuniam in alimenta filiorum, qui posteà sunt effecti diuites, tenebuntur ad illud debitum patris. ita singulariter no. Barto. in l. his solis. argumen. illius text. 1 in libro meo est. ff. de condictione indebiti. & ibi Docto. quẽ sequitur Ludo. de Ro. in suo singulari ccxiij. quod incipit, pater erat pauper. & ideo tu creditor sis cautus, vt dicat in instrumento, quòd mutuas pecuniam illam, vel bona, vt pater possit alere filios, ad hoc, vt res sit magis clara. argu. l. fin. ff. de exercito. quod nota: quia sæpe euenire potest de facto, tẽpore, quo est necessitas [...]

Cautela, pro filio exhæredato [...] patrẽ, prohibito aliquid hab[...] in bonis patris. CCXLVII.

1 *Frater tenetur alere fratrẽ eodem patre natum, quantumcunq; patris respectu malè merentem.*

SI PATER HABENS duos filios, vnum exhæredauit insi[...], & alium hęredem vniuersalem instituit, & in testamento expressè prohibuit, vt nullo vnquàm tempore daret, vel concederet aliquid de bonis ipsius testatoris sibi relictis filio exhęredato fratri suo, & si vnquàm daret, vel concederet, quòd cadat à dicta hęreditate applicanda communi seu cameræ fiscali, vel pauperibus, nisi inquantùm dictus frater institutus esset coactus, vel de iure teneretur aliquid dare de dictis bonis: an possit remedium aliquod adhiberi, vt filius exhæredatus possit aliquid petere, vel habere de dictis bonis paternis à fratre suo, non obstante dicta prohibitione, ita vt frater nõ cadat in aliquam pœnam. Et dicas, quòd cautela potest esse, vt filius exhæredatus petat à fratre suo alimenta coram iudice, quoniam iudex tenebitur sibi decernere alimẽta, etiã in bonis patris. *Nam frater tenetur alere fratrem eodem patre natũ, quantumcunque malè merentem respectu patris: ad hoc enim tenet ex persona sua: vt l. cùm plures. §. in primis. & l. tutor secũdum dignitatem. §. fi. ff. de administratio. tuto. & no. ta. in l. non omni. C. de administratio. tuto. Nec potest pater hoc interdicere: quia talis patris prohibitio est

est contra ius naturale, quod est immutabile. Institu. de iure naturali, gen. & ci. §. sed naturalia. Et propterea iudex aditus super alimẽtis, debebit cõdẽnare fratrẽ locupletem pauperi super præstatione alimentorũ, & assignabit aliquã possessionẽ ad alimenta, quæ afferat reditũ sufficiẽtẽ ad ipsa alimenta: vt l. si quis argẽti. C. de donatio. & ista erit alienatio necessaria, quę nõ prohibetur: vt l. alienationes. ff. famil. erciscund. & l. peto. §. prędium. de legatis secundo. ita cõsulendo tenuit Bald. in cõsilio suo ccxliij. in ordine meo, incipiẽ. ite, verbis testamenti pręmissis disponentis, &c. Ego autẽ intelligo hoc esse verũ, quãdo filius institutus nõ haberet alia bona propria, quàm paterna: quia tũc nõ cogeretur præstare alimenta de dictis bonis prohibitis per iura & rationes: de quibus suprà. Sed si frater haberet alia bona quàm paterna, non teneretur, nec posset de bonis paternis alienari prohibitis præstare alimẽta fratri exhæredato: quia cessaret fundamẽtũ, de quo suprà. Item intelligo, nisi frater exhæredatus ex opera sua cõmodè victũ lucrari posset, argumen. gloss. not. in l. si quis de liberis. §. sed si filius. quæ incipit, operari. ff. de liber. agno. & gl. in l. si maritus in id. ff. so luto matrimonio. & gl. in l. si. quis argentũ. in §. penultimo. C. de donatio. & glo. in aut. de trien. & semis. §. penultimo. in verbo, idonei. coll. iij. & per ea, quæ not. per Doct. in dictis iuribus.

Cautelæ notabiles ad statutum disponens, quòd nullus possit aliquid proponere, quod spectat ad fauorem banniti, & quòd statutum hoc disponens nõ possit suspendi, quomodo possit proponi aliquid pro bannito, uel suspendi statutum. CCXLVIII.

1 *Intentio principalis semper attendi debet, non autem illud, quod in consequẽtiam uenit.*

SI STATVTO CAVETVR, vt null⁹ possit aliquid arrogare, vel proponere qđ spectet ad fauorẽ alicuius banniti sub aliqua pœna, an sit dare aliquã cautelã, ita q̃ possit proponi, vel arrogari pro bannito sine pœna? Dic q̃ sic. vna est, quando fieret principaliter in fauorẽ rei publicæ, licet secũdariò tenderet in fauorẽ banniti: 1 *quia principalis intentio debet attendi: vt probatur in l. si quis nec causam. in principio, cõiuncta glo. in l. si. ff. si certũ petatur. & in l. j. §. vnde quærit Offilius. ff. de exercito. & in l. si is qui. §. q̃ si seruus. ff. de acquirendo rerũ dom. & per id quod ibi notat Bar. & per textum, cũ glo. & ibi Bald. in l. j. §. huius studij. ff. de iustit. & iur. & per not. in l. qui exceptionẽ. ff. de condictione indebiti. & per Baldũ in l. non solũ. ff. de ĩ integrũ restitutio. cũ similib⁹. & ita in specie huius cautelæ tenet Iacobus Butrig. & Salycet. in d. l. si quis nec causam. in fine princip. & ponunt exẽplũ, de quo suprà, & dicunt, q̃ si cõtingit, dũ tractaretur de nominando vnũ bonũ capitaneum pro guerra, quidã nominant aliquẽ pro bono & sufficienti, qui erat bannitus, propter quod dicebatur nominans incurrisse pœnam statuti. Sed Iacob. Butrig. & Salycet. ibi dicunt quòd nõ: quia principale propositũ fuit fauore reipublicæ, non autem pro

pro bannito loqui principaliter, sed cõsecutiuè, quod principale propositũ, & nõ cõsecutiuũ debet attendi per prædicta. & ita fuit aliàs obseruatum Venetijs, in quodã nobili Veneto bannito, posteà electo pro capitaneo in bello nauali. 1 Tu verò potes ponere multa alia exẽpla huiusmodi, videlicet si esset prohibitũ arrogare, vel loqui in aliquo collegio, puta cõtra aliquod statutũ sub certa pœna poterit loqui contra illud statutũ, si intentio loquentis est loqui principaliter in fauorẽ collegij. & idem dicas in similibus, quod perpetuò tene menti. & adde quæ dicam in duabus cautelis sequentibus.

CCXLIX.

1 *Autor contractus, uel statuti ante pœnam commissam, totius distractus autor esse poterit.*

2 *Nemo sibiipsi legem imponere potest.*

3 *Statutum si simpliciter aliquid proponi, uel peti prohiberet, an si esset contra ipsum statutum aliqua reformatio facta, ualere deberet.*

4 *Petitio cuius prohibetur, eius etiam prohibetur concessio.*

ALIA CAVTELA similis precedenti potest adhiberi, puta dicit statutum communis Florentiæ, quòd in fauorem rebellium nihil possit proponi, vel statui, vel per statutum suspendi, & si secus fiat, statuentes eo ipso sint rebelles, & eorũ bona sint cameræ fiscalis, nunquid poterunt ciues suspendere cõtra statutum prohibens suspẽdi? Dic quòd sic, vt l.ij.C.de ser. expor. quia ante pœnam commissam, commune Florentiæ est suæ rei moderator & arbiter. l. in re mãdata. C. manda. & ff. de seruis expor. l. si qs hac lege. Nã suum negocium est, non ecclesiæ, & ante pœnam commissam, licitum est statuere super principali, ergo & super pœna. ff. de eo quod certo loco l. fina. commissa autem pœna secus esset, *vnde autor cõtractus, vel statuti ante pœnam commissam, potest esse autor totius distractus: vt singulariter notat Baldus in dicta l. tertia. C. de seruis exportand. quod perpetuò tene menti. & adde quod dicam in sequenti cautela, pro complemento & ampliori declaratione istius. Potest tertia cautela etiam adhiberi in materia legis, vel statuti prohibẽtis aliquid proponi, vel arrogari in aliquo casu sub pœna, & sub annullatione actus, etiam si statutum diceret, quod nõ possit suspendi ipsum statutũ, videlicet quòd primò proponatur per aliquẽ de consilio, vel collegio, quod illa pars statuti quæ dicit, quod suspendi possit, nõ suspendatur saltem pro illa vice tantùm, quod fieri potest impunè: quia illi de consilio, vel collegio non potuerunt sibi legẽ imponere, à qua nullo modo recedere liceret. l. si quis in principio testamẽti. in princip. de legat. iij. & no. Cano. in c. dilecto. extra de præbend. qua suspensione facta, remanebit statutũ sine prohibitione suspensionis, & tunc secundo loco debebit statutum suspendi, vel in totum, vel in parte, prout voluerint cõuenire, quod fieri potest: prout eleganter vult Paulus de Cast. in l. j. in princ. in ij. col. ff. ad legẽ Falcidiam, allegando Bart. in l. j. C. de peti. bono. sub. libro x. licet in meo Bartolo nihil dicatur de suspensione. Sed dictum est in se verum, per ea, quæ suprà dixi: & facta secunda suspensione de dicto

statuto

statuto prohibitorio, poterit quis lo qui contra statum in toto, vel in par te quia pro tunc nullo modo obsta bit, ex quo interim est suspensum, & reformatio facta contra statutũ, do nec stabit suspensum, valebit dictum statutum: & ita vult Pau. de Castr. in dicta l.j. in princi. ff. ad legem Falci diã. & si in statuto esset vna alia clau
3 sula, videlicet, quòd non posit su spendi illa pars statuti, quę dicit, ꝙ statutum non posit suspendi, tunc esset necesse quòd primo loco su spenderetur illa clausula, & facta su spensione de ea, posteà deberet su spendi illa, quæ diceret, quòd statu tum nõ posit suspendi, & sic succes siuè: vt suprà dictum est, etiam si es sent mille prohibitiones, quæ pro hiberent suspensionem: quia nõ pos sunt tot opponi prohibitiones etiã suspensionis, quin posint illæ su
2 spendi: vt suprà dictũ est: *quia ne mo potest sibi inponere legem, &c. vt suprà dixi: quod perpetuò tene menti, quia habui de facto in colle gio doctorum Paduæ, vbi erat statu tum, quòd quis nõ posit esse de col legio, si habuerit septẽ suffragia in cõtrarium: nec posit posteà sibi fie ri gratia intrandi collegiũ, nisi post eà habuit omnia suffragia: & quòd dictum statutum non posit tolli, vel suspendi sub certa pœna, & nemo posit loqui cõtra dictum statutum sub eadem pœna. Ego dixi, si vole bant, vt posint habere gratiã intran di, & sufficerent sibi suffragia maio ris partis collegij, iuxta l. quod ma ior. ff. ad municip. cum ibi not. & iu xta nota. in c. cũ omnes. extrà de con stitu. remedium erat, vt primò suspẽ deretur illa particula statuti, quę di cit, quòd statutum non posit suspẽ di: secundò facta illa suspensione, su spenderetur posteà totum statutum: tertio loco reciperentur suffragia singulorũ de collegio: quia tunc suf ficeret maior pars, per dictam leg. quod maior. cum similibus. & ita fa ctum & obtentum fuit. Sed si ista cautela obseruaretur, *& statutum simpliciter aliquid proponi, vel peti prohiberet, & dubitaretur, an si esset facta reformatio contra statutum, va leret, vel nõn, distinguendum esset: Aut prohibetur petitio seu propo sitio respectu rei, & tunc reforma tio non valebit: quia illa videtur e tiam esse prohibita, & ita debet in telligi dicta l.j. C. de pet. bono. sub
4 la. libro. x. cum glo. *quę dicit, cuius prohibetur petitio, eius prohibetur concesio. & ad hoc allegat concor dantes. Aut prohibetur persona pe tere seu proponere. pone exemplũ secundùm Angelum in l.j. si diceret statutum, quòd nullus magnas pos sit arrogare. Nam si arrogaret, & ar rogatio affirmaretur, valeret, per l. vniuersis. C. de preci. impera. offer. hoc tamẽ quod dixi de persona pro hibita arrogare, non habet locum in persona excommunicata, per c. j. de rescript. in vj. secundùm Bartolum, qui ita elegãter dicit, in dicta l.j. quẽ sequitur ibi Angel. & Paulus de Ca stro in dicta l.j. in principio. ff. ad le gem Falcidiam.

Cautela & intellectus ad c. tanta. qui filij sint legitimi. CCL.

1 *Matrimonio concubina subsequenti filij legitimantur.*

2 *Filij non legitimantur per subsequens matrimonium, nisi talis mulier fuerit, quæ in uxorem cõmodè haberi posit.*

Debes

1 DEBES *scire, quod si quis habet concubinã, & ex ea filios procreauit, si postea ipsam ducat in vxorem, & cõficiantur dotalia instrumẽta, per illud subsequens matrimoniũ legitimantur. l. cùm quis. & l. nuper. C. de naturali. liber. & Instit. de nup. §. fi. cũ glo. & c. tanta. extrà qui filij sint legitimi. cũ similibus. sed audi vnam singularẽ limitatiõnẽ, quoniã istud debet intelligi, si talis mulier erat matrimonio digna, secus si digna nõ fuisset matrimonio: vt quia fortè meretrix erat, vel mulier vilissimæ cõditionis, & pater nobilis & diues: quia cũ istud matrimoniũ nõ poterit cũ honestate contrahi, non legitimantur filij ante matrimoniũ nati & concepti: quoniã tale matrimoniũ ob mores improbatum est, & ideo non sortitur effectum legitimationis filiorũ. ita dicit singulariter Angelus in authentico, quibus modis natura. efficiã. legitimi. §. sed & aliud. per illũ textum, collatione sexta. & dicit, quòd habuit de facto: & iõ tu sis bene cautus, q uis infringere legitimationẽ, & patri tãquam agnatus, vel cognatus succedere, exclusis filijs tanquàm nõ bene legitimatis: vt videas si illa cõcubina erat digna illo matrimonio, quod faciliter poterit tibi contingere, quia vt plurimũ concubinæ nõ honestè viuunt, nec videntur esse dignæ matrimonio propter earũ vilitatem. Sed aduerte: quia text. in dicto §. sed & aliud. videtur solũ loqui de illa cõcubina, quę peccauit, puta, quia meretrix, vel turpiter & inhonestè vixit: vt ibi, quę etiã semetipsã iniuriauerat. & infrà ibi, in secundo verò p id quod illa peccauit, &c. Et prædictis adde glo. nota. in authen. quibus modis natura. effician. legitim. §. sic ergo licentia. in principio, in verbo, non permittimus. collatione sexta, 2 quę dicit, *quòd filij non legitimantur per subsequẽs matrimoniũ, nisi sit talis mulier, quę possit commodè in vxorem haberi. & idem vult Bald. in c. illud. in fine. pen. col. extra de præsumpt. & adde quę dicam in seq. cautela.

Cautelæ quibus quis poterit, uti ad legitimandum filium naturalem. CCLI.

1 *Filiorum legitimatio multis modis fieri potest.*

2 *Legitimare omnes filios an pater intelligatur, si unum ex filijs naturalibus filium appellauerit.*

3 *Filij tunc legitimantur, quando per patrem fuerint filij in testamento nominati.*

4 *Cõcubina si in testamẽto suo, uel instrumento publico filium suum naturalem nuncupauerit, sine ista adiectiõe, naturalem, an cum legitimasse intelligatur.*

1 LEGITIMATIO *fieri potest multis modis, de quibus per Angel. in aut. quib. mod. nat. effic. sui. §. fi. in fin. & in §. quod verò. eo. tit. & inter alios modos vnus est. Si pater habens filios naturales de libera muliere, quæ eius vxor esse poterat, nominat illũ suũ simpliciter, nõ dicendo naturalẽ in testamẽto, vel in scriptura instrumẽti publicè, siue propria manu subscripti, habẽte subscriptionẽ triũ testiũ fide dignorũ, vel sub gestis monumentorũ, id est, in figura iudicij: quia p istã nominationẽ isti filij naturales efficiũtur legitimi, & eodẽ iure vtũtur, qd legitimus

conse

confertur: vt est tex. in authen. vt li-
ce, ma. & auię. §. hoc autem & illud.
col. viij. & transumptiuè habetur in
aut. si quis. C. de natural. lib. & not.
glo. magna circa fi. Instit. de liberti.
§. fina. & est tex. cum glos. in verbo,
simul. in auth. quibus mod. nat. effi.
le. §. si verò solummodò. & gloss. in
§. fin. eodem titu. & not. Ange. in au
then. qui. mod. na. effi. sui. §. final. in
fi. facit in simili text. in l. j. §. simili-
que modo. C. de Lati. liber. tol. &c.
& aliquando. cum gloss. extrà de sen
2 ten. excom.* & idem est, si pater vnũ
ex filijs naturalibus appellauit filiũ:
quia per hoc intelligitur omnes le-
gitimare: vt est text. in d. §. hoc autẽ
& illud. in d. aut. si quis. in fine. quod
Bal. ibi dicit esse mirabile. & not. &
ideo sit cautus filius naturalis natus
ex concubina, vt si põt, procuret, ꝙ
pater appellet ipsum filium suum in
testamẽto, non dicendo naturalem, 3
vel alio modo nominando, vt suprà
dixi: quia tunc efficeretur legitim⁹:
& similiter pater si vult hmõi filios
naturales legitimare, & non põt ha-
bere copiam Imperatoris, vel comi
tis habentis potestatẽ legitimandi,
vel si nõ vult expẽdere aliquid pro
legitimatione, vt nominet filiũ suũ
eo modo, vt dictũ est: & ita al's vidi
obseruari Veronæ per quendã Ber-
therum Placẽtinũ, notariũ valde pe
ritum: dum scriberet testamentũ v-
nius, qui habebat filium naturalem
tãtùm. Sed tu, qui vis opponere illi
legitimationi, sis cautus, vt respicias
an mater filiorũ naturaliũ fuerit di-
a gna ª matrimonio, habito respectu
ad conditionẽ suæ personæ, & ad cõ
ditionem amasij sui patris eorũ: qa
si nõ erat digna, non legitimabunt fi

lij per simplicem nominationem fi-
liorum, sicut nec legitimantur ꝑ sub
sequens matrimoniũ, vt dixi in cau-
tela præcedẽti. & ita vult sing. Ang.
in aut. qui. modo. na. effic. legit. §. j.
& idem vult etiam Ange. in d. aut. si
quis, qui dixit, quòd tunc legitiman
tur filij per nominationem, quando
non erat turpe tali patri illam cõcu-
binam in vxorem capere: & ponit e-
xemplum: quia concubina erat vili-
ssima, amasius autem erat magnus
nobilis & diues. non enim erat veri
simile voluisse facere illud, quod ho
nestè non poterat: vt l. filius. ff. de cõ
ff. de offic. presi. Si autem responde
bit, ꝙ sic, quòd est vir bonus & pro-
bus, vel ꝙ reputat se ita esse, tunc ha
bes intentum tuũ, quia iste cogetur
facere de duobus alterum, aut resti-
tuere tibi rem tuã, restituto sibi pre
tio habito, vel supplere iustum pre-
tium, quia id quod dicimus, ꝙ licitũ
est cõtrahentibus tam in foro ciuili
quàm in foro canonico inter se de-
2 cipere citra dimidiã iusti ꝓtij:* tamẽ
istud nõ habet locum nec conuenit
bonis viris, ista est gl. notabilis in l.
semper in contractibus. de regu. iur.
quam singularem reputat Baldus in
c. si proponente. de rescri. & in c. quã
tò. in secunda col. de iureiuran. & in
aut. ad hęc. in pen. col. C. de vsur. per
quam in terminis dixit Ioannes de
Ana. in c. ĩ ciuitate. in viij. col. ver. vl
timò, pro ista parte adduco gl. ordi-
nariam. extrà de vsur. qui consulen-
do apud Ferrariam, tradidit istã cau
telam, quòd fierent certæ positio-
nes, inter quas esset vna, quòd em-
ptor esset bonus vir, quia si respon-
deret, quòd sic, tu habebis intentio-
nem tuam, quia erimus in casu d. gl.
l. semper in cõtractibus. Subiungen
do, ꝙ ita fuit factum, & quòd ita fuit
obtentum, quem sequitur domi. Ias.
in l. penul. in secunda colum. versic.
adde tamen. C. de pac. & in §. alie. in
xxiiij. colum. versic. & aduerte, quòd

quamuis contrahentibus. Institu. de
actio. bene facit pro hoc, quod pul-
chrè dixit Bal. in c. cùm causa. in fin.
3 de testi.* quòd conscientia idem est,
quòd bonus vir, & quæ nõ licent in
foro conscientiæ, nõ licẽt etiam bo
no viro. Sed in foro conscientiæ nõ
est licitum contrahentibus inter se
decipere, ergo nec bono viro. sub-
dens, quò vadit ergo anima merca-
torum? Et quòd in foro conscientiæ
non sit licitum inter se decipere, te-
net d. Anto. & ibi do. Abb. in ix. q. in
c. quia pleriq;. de immu. eccl. d. Ant.
in c. cùm causam. de empt. & vendit.
Innocen. & do. Ant. in d. c. in ciuita-
tę. de vsur. vbi late Ioannes de Ana.
in vj. col. do. Abb. in c. j. in princi. de
emp. & vendi. & latè etiam Salyc. in
aut. ad hæc. in xxj. q. C. de vsur. Hinc
4 est, ꝙ dicit canon,* ꝙ inter ementẽ
& vendentẽ difficile est, quòd non
interueniat peccatum: vt habetur de
pœn. distinct. v. qualitas. Ad vnum ta
men est aduertendum, quòd licet i-
sta cautela sit pulchra, tamen aduer-
sarius si nollet, nõ posset cogi respõ
dere tali positioni, siue interrogatio
ni, nunquid sit bonus vir, vel nõ, quia
si dicit, quòd non, allegat propriam
5 turpitudinem,* quã detegere nemo
cogitur, iuxta ea, quæ habentur in l.
transactione finita. C. de transacti. &
per glo. Bart. & alios in l. qui iurasse.
§. si pater. ff. de iureiuran. si verò di
cit, ꝙ sic, incidit in casum d. gl. & sic
in quancunq; partem se voluit, inci-
dit in laqueũ, ex quo sequitur, ꝙ po-
sitio est captiosa, cui positioni seu in
terrogationi captiosæ nemo respon
dere tenetur, vt not. glos. in c. si post
præstitum. in verbo, rationabili cau
sa. de confes. lib. vj. & Paul. de Castr.
vbi

ubi declarat, quæ dicatur positio captiosa. in l. controuersia. ff. de transact. Bal. in l. ij. §. quod obseruari. C. de iur. cal. Lanfr. de Oria. in repet. c. quoniam cōtra. in verbo, responsiones. in ij. col. vers. septima regula est. extrà de prob. nam alicui non est iniciendus laqueus, vt dicit text. c. de viduis. c. l ij. xxvij. q. j.

2 Ipse cōtractus remanet firmus & validus. *Limita tamen hoc non esse uerum in foro conscientiæ, notant d. Abb. do. Anto. de But. in c. quia plerique. de immu. eccle. & per eundem d. Anto. in c. cùm causam. extrà de emp. & uendi. & per do. Innoc. & eundem d. Ant. in c. in ciuitate. de usur. nam cōscientia est cordis cognitio sui ipsius, & omne, quod contra consciētiam fit, ædificat ad gehennam. 28. q. j. §. ex his itaque. cōscientia enim est, quæ dictat non sic esse faciendum. uide per Arch. ubi s. conscientiā honoramus. uide in Clem. j. de iure pat. latius per Alexā. in suo dicto, per me nuperrime recognito & continuato, in uerbo, conscientia. nam dici solet, conscientia mille testes. Bartol. autor.*

Cautela ad euadendum à tortura, & à morte, indiciato legitimis indicijs, quòd homicidium commiserit. V.

1 *Confeßio qualificata mortem, & pœnam corporalem euitare potest.*

2 *Confeßio qualificata in parte acceptari potest, & in parte sperni.*

3 *Præsumptio unius liquidißima probatio dicitur.*

4 *Iudex si de facto ad torturam poneret illum, contra quem clarè delictum probatum eßet, & in sua negatione perseueraret, omnes probationes, quæ cōtra ipsum eßent, per tormenta purgarent.*

5 *Appellari regulariter licitum est ab omni sentētia tā criminali quàm ciuili.*

6 *Crimine eodem quis duplici pœna puniri non debet.*

ACCIDIT quotidie, quod quis inculpatus de homicidio, vigore indiciorum cōtra ipsum laborantium ponitur ad torturam, propter cuius afflictionē cogitur dicere veritatem, & sic confiteri se commisisse ipsum delictum, qua confeßione stante, mediante posteà sua perseueratione seu ratificatione facta ad bāchum officij, iuxta no. per Bar. in l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quæst. & per Cy. Sal. & alios ī l. ij. C. de custo. reorum. condemnatur per iudicem ad mortē. Reuoco ergo in dubiū, an si aliquis cōmisit homicidium, de quo non possit conuinci per claras probationes, sed bene cōtra eū laborāt indicia, propter quæ si à iudice ponetur ad torturā, dubitat, quod eā non poterit tolerare, sed opus erit confiteri veritatē, nunquid erit dare cautelam, quod talis indiciatus indicijs ad torturam sufficiētibus, euitet & torturam, & mortem. dic, quod sic, scilicet quod iste inculpatus confiteatur verum esse, quod interfecit illū talem, de quo quæritur, & posteà subiungat, quòd interfecit propter defensionem suā necessariam, quia per istam confessionem hoc modo qualificatā, licet ipse reus de defensione aliquid non probauerit, euitabit & torturam, & mortē, & omnē aliam pœnam corporalem. de tortura patet, quia effectus torturæ est ad hoc, vt reus confiteatur id, de quo quæritur, vt infrà dicetur. sed iste reus confitendo absque
1 tortura, cessat effectus torturæ.* de morte verò & alia pœna corporali,

 quod

quod euitet per cõfeſsionẽ qualifica
tam, prout ſ. dic, ꝙ iſtud fuit ſtupen-
dum dictum do. Abb. in c. auditis. in
pen. col. verſicul. ſed cõtra prædicta.
de præſcrip. quod dictũ ibi refert &
ſequitur Fely. dicens tale verbũ non
reperiri alibi, & apud modernos
practicos eſſe in ſummo cultu, ꝙ li-
cet aliquis confiteatur ſe interfeciſ-
ſe hominem, ſed feciſſe propter ſuã
defenſionem neceſſariam, quamuis
de defenſione aliquid non probaue
rit, tamen vigore iſtius confeſsionis
qualificatæ non poterit corporaliter
puniri. quam opin. ſequendo domi.
Abb. tenet idem Fel. in c. cùm vene-
rabilis. in iiij. col. verſi. ſecundò no.
de except. & in c. ſignificaſti. el ij. in
v. colum. verſi. & interim vnum tene
menti. de homic. vbi ſimiliter dicit,
tale dictum non reperiri alibi, & in
c. afferte. in v. colum. verſi. & reſpon
deri põt de eo, quod ſcribit do. Abb.
de præſum. Dicẽs ſimiliter iſtud di-
ctum eſſe ſingulariſsimũ. Sequitur
Alexand. in l. non ſolum. §. ſciendũ.
ff. de oper. no. nun. vbi dicit, iſtud di
ctum eſſe ſignanter not. Soc. in rep.
l. j. in iiij. colum. de vulg. & pup. vbi
extollit & ipſe iſtud dictum domini
Abb. dicens eſſe multùm notandum
do. Iaſ. in l. vt vim. in iiij. col. de iuſt.
& iur. dicens iſtud dictum do. Abb.
aliàs in practica ſibi feciſſe magnum
honorem. ſequitur Bartolus in ſuo
repert. in verbo, cõfeſsio habet vim
ſentẽtię. verſicu. xxij. qui incipit, cõ
feſsio, quòd fecit ad defenſionem.
dicens hanc eſſe ſingularem limita-
tionem ad dictum Bartol. in l. Aure-
lius. §. idem quæſijt. de lib. leg. & i-
dem Barto. in verbo, inquiſitus. ver-
ſicu. viij. incipicte, inquiſitus, reſpon
dit, ꝙ occidit. vbi ſimiliter dixit, ꝙ
iſtud dictum domi. Ab. eſt perpetuò
notandum. Non obſt. modò deciſio
Bartoli cõmuniter approbata in d.
l. Aurelius. §. idem quæſijt. de lib.
leg. volens, ꝙ ſi aliquis in iudicio cõ
fiteatur ſe interfeciſſe hominẽ, ſed
feciſſe ob ſuam defenſionem neceſ-
ſariam, põt licitè per iudicem cõdẽ-
nari vigore ſuæ confeſsionis, quia
inquantùm dicit ſe occidiſſe, ſtatur
ſuæ confeſsioni, inquãtùm verò di-
cit ad ſuam defenſionem, nõ creditẽ,
niſi aliter probet, quia quotieſcunq;
confitens habet præſumptionem iu
ris cõtra ſe, vt eſt in caſu noſtro, per
l. j. & ij. ff. de ſica. & per c. j. de p̃ſum.
2 *tunc confeſsio qualificata põt in p-
te acceptari, & in parte ſperni, quam
ſententiam ſimiliter tenet Bald. in l.
vnica. in viij. colum. ver. denuò quæ
ro. de quæſtione quotidiana. C. de
confeſ. & in l. ſecunda. C. de dona. an
te nup. & Pan. in c. bonæ. el ij. in fin.
de poſtu. præla. & Alex. poſt alios in
l. j. §. ſi quis ſimpliciter. verſi. ex præ
dictis infertur. de verbo. oblig. quia
reſpondet domi. Abb. quòd fatetur,
quòd taliter confitens debeat puni-
ri, ſed tamen non capitaliter. primò
quia probationes in criminalibus
debent eſſe clariores luce meridia-
na, vt l. ſciant cuncti. C. de proba. ca-
nonizata. ij. quæſt. viij. ſciant cuncti.
ſed cùm in caſu noſtro non ſit niſi
ſola confeſsio qualificata, vt ſuprà,
ſequitur, quòd probatio nõ eſt cla-
riſsima, prout requiritur. ſecundo
quia dato, quòd contra taliter con-
fitentem laboraret vrgentiſsima prę
ſumptio, tamen ex præſumptioni-
bus & indicijs quantumcunque vr-
gentiſsimis, non debet quis capitali
ter

terpuniri, prout dictum fuit singulare, licet vulgatum. Innocen. in c. quia verisimile. de præsump. de quo dicto fit mentio per scribentes in varijs locis præcipuè per omnes in c. afferte. extra eo. de præsump. & Pau. de Castrò eo. ubi pulchrè loquitur in consil. mihi clxxxvij. incip. visa inquisitione suprà scripta. in vltima col. & per Cæpo. in cōsi. vj. incip. veritas primi dubij. in iiij. colum. & in cōsi. xxxix. incip. Baptista Meoni. in iij. colum. & per Gandi. in suo tract. malefi. in rubri. de præsump. & indici. ex qui. codem. sequi poss. vbi dixit, quod omnes Doct. qui tēpore suo erāt Bononiæ, ita cōsuluerūt. Nō obstat si dicatur, quòd propter hoc iste taliter cōfitens
2 nō euitabit torturā, quia iudex[a] audiēs istā suam cōfessionem qualificatam, vt suprà, torquebit eum ad hoc, quod debeat dicere veritatē, an interfecerit illū causa principaliter offendēdi, an verò principaliter causa se defendēdi, quia dico, quòd istud nō potest facere iudex, ex eo quòd illa iura, quæ volūt, quòd ex indicijs, & præsumptionibus cōtra aliquē laborantibus, & arbitrio iudicis sufficiētibus, ille talis debeat subijci tormētis causa veritatis eruēdæ: vt ff. & C. de quæstio. & c. cùm in contēplatione. de reg. iur. in antiquis. & c. nō solent. ij. q. vj. habent locū & procedūt in indicijs & præsumptionibus facti, nō autē in præsumptionibus iu
3 ris. *nam præsumptio iuris dicitur liquidissima probatio, vt est gl. quæ reputatur singularis in l. si tutor. C. de peri. tuto. per quam dicit ibi Bal. quòd si lex, vel statutū requirit probationē liquidā, ille dicitur liquidè probare, qui probat per præsumptiones iuris, cui est consimilis glo. in l. secunda. & ibi not. Ange. C. de peti. hære. Imol. in l. quæsitū. ff. de re iudi. Ange. Roma. & Alex. in l. prima, per tex. ibi. C. de test. mili. Modo habeo, quòd delicta præsumuntur facta animo nocendi, & offendendi: vt not. glo. in l. si non conuitij. C. de iniur. quam notabilem dixit Cæpo. in consilio xxix. incip. viso processu causæ super homicidio. in prima colum. & Floria. in l. j. §. cū arietes. ff. si quadr. pau. feci. dica. & omne maleficiū præsumitur in dubio iniustè factum, ex quo est de genere prohibitorū, vt l. j. C. de sica. & c. j. de præsumpt. & vt ponit Bal. in c. sicut nobis. in fi. de re iudi. & Alexan. in cōsil. cxj. incip. pōderatis verbis, in j. colum. in j. volu. stante ergo hoc, quòd præsumptio iuris dicatur clara & liquida probatio, & quòd delictum præsumatur factum causa principaliter nocendi & offendēdi. sequitur quòd cū iste cōfiteatur se interfecisse hominē, licet addat ad sui defensionē, quòd clarè probatū sit propter præsumptionē legis, istum talem cōmisisse illud tale delictum, & per consequens iste reus nō debet posse subijci tormentis, quia quotiescūque maleficiū est clarè probatū cōtra aliquem, ille talis vigore illius maleficij non potest torqueri, quia ad torturā solūmodò deuenitur in subsidium probationū, vt notat Paul. de Castr. in l. si quis in hoc genus. C. de episcop. & cle. Bald. & Alber. de Rosa. in l. obseruare. C. quorū appe. nō reci. Bal. in l. milites. C. de quæstio. Bar. Cæpo. in cōs. xxxij. incip. quidam rustici Vicentini. in ix. colum. versicu. circa tertium principale dubium. vbi etiam notabiliter

4 ter tenuit, *ꝙ si de facto iudex poneret ad torturam illum, contra quē clarè esset probatū delictū, & in sua negatione perseueraret, ꝙ omnes probationes quæ essent contra eum purgarentur per ipsa tormenta. & licet Bal. in d. l. obseruare. C. quorum appel. nō recip. & in l. j. C. de iura. calum. dicat ꝙ imò iudex potest subijcere reum tormentis, licet crimē suū sit clarè probatum, & hoc ad cautelam, vt ore proprio confiteatur, ad hoc, vt non valeat posteà appellare, quia cōuictus & confessus nō appellat. vt habetur in d. l. obseruare. quia ad hoc respondet Cæpol in cōsi. prę allega. quòd hodie talis causa nō debet mouere iudicem, cū per totā Italiam cōmuniter sit prouisum per statuta terrarum, ꝙ à sententijs capitalibus non liceat appellare. Sed vltra tale responsum potest respōderi triplici ratione, dictum Bald. in d. l. obseruare. esse falsum. Prima ratio, est causa fraudis euitandæ. nam pręsupposita illa opinione, de qua suprà mētionē feci, pro vera, quæ videtur magis communior, quòd si non extantibus claris probationibus iudex poneret delinquentem ad torturam, & in sua negatione perseueraret, quòd dictæ probationes purgarentur, isto casu esset in potestate iudicis liberare per indirectū accusatū, vel inquisitum, dicendo ei, tolera hanc torturā patiētēr, qa liberatus eris, nō obstante, quòd de delicto tuo clarè cōstet. Secunda ratio est, quia cùm ap- 6 pellatio sit remedium à iure concessum prætendentibus se grauatos, vt in c. suggestum. & c. cùm speciali. §. porrò. de appel. & edictum de appel
5 lationibus sit permissoriū, * quia regulariter omnibus & ab omni sententia tam ciuili, quàm criminali licitū est appellare. vt l. & in maioribus. C. eo. de appell. gloss. in l. qui restituere. in gloss. fin. ff. de rei vend. & Specu. in eo. tit. §. secundo, in princip. sequeretur, quòd esset in potestate iudicis per istas vias violentas, & indirectas auferre beneficia à iure cōcessa, quod facere nō potest. iuxta ea, q habētur per Bar. & alios in l. secūda. ff. de re iudi. & per domi. Abb. & Phili. Frācū in c. cùm sit Romana. de appella. & per Doct. in c. quod ad cōsultationem. de re iudi. & hoc etiam in præiudicium iurisdictionis superioris, quia cùm appellatio sit de minori iudice ad maiorem prouocatio, vt l. prima. ff. de appel. & c. secundo, de cōsue. lib. vj. sequeretur, quòd iudex hoc modo posset per viam torturæ in extorquendo confessionē obuiare per indirectū, quòd appellatio nō posset corā superiore interponi, qd per iudicem inferiorem fieri nō potest. nam inferior non potest facere, quòd à sententijs suis non appelletur ad superiorem. prout not. Barto. in l. j. §. interdum. ff. à quib. appell. non lic. & in l. fin. ff. de aqua pluuia arcē. & Bal. in l. qui appellationem. C. de appella. & in l. fina. C. de sentē. communiter Canonistæ in c. veniētes. vbi Bal. circa hoc dedit cautelā, de iureiuran. cum alijs concordā. de quibus per Card. Alexan. in capi. interposito. §. ille denique. in prima columna, de appellatio. * Tertia ratio potest adduci, quia de eodem crimine quis non debet duplici pœna puniri. Nam vt dicit Bald. in authen. omnes peregrini. in vltimo notabili. C. commu. de succes. pœnæ, qualitas deb

tus debet esse secundùm qualitatem culpæ.& est textus in l. sancimus.C. de pœ.& in c.quæsiuit. in fi.de his q̃ fiũt à maio.parte capi.& in c. felicis. §.illud autẽ.de pœn. in vj. & xxiiij. quæst.j. nõ afferamus stateras.pœna autẽ homicidij à iure taxata, est abscisio capitis:vt l.j. in princip. ff.de sica.& §. item lex Cornelia. Institu. de publi.iud.& iij.distinctio.omnis. Nã dicit lex, quòd homicida alij fecit, semper expectet.vt l.nemo.C.de episc.audiẽ.Modò si dictũ Bal. esset verũ, sequeret, ꝙ iste reus ꝓ homicidio affligeretur duplici pœna, scilicet pœna torturæ, & pœna capitis, quod nõ est dicendũ.& hãc opinionem per rationẽ secũdam, de qua s. reperio tenere Tancre. de Corneto in sua cõpẽdiosa in rubrica, de quæstio.circa materiã probationũ.quest. vltima.stabit ergo firma cõclusio, ꝙ si quis confiteatur se occidisse hominem, licet adiungat ad sui defensionem, cũ lex præsumat occidisse causa principaliter offendẽdi, nisi aliud probetur, & præsumptio legis dicatur liquidissima probatio, ꝙ isto casu, talis cõfitens nõ poterit ad torturam poni vigore illius homicidij, tã quàm clarè probati: quia vt superius dictũ est, ad torturã nõ deuenitur nisi in subsidiũ probationũ. Et si dices, ergo sequetur, quòd tanquàm manifestus homicida punietur pœna capitali, & sic cautela nõ erit bona, quia respõdeo, ꝙ quamuis lex præsumat, vt sæpius dictum est, ꝙ homicidium fuerit perpetratum animo principaliter offendendi, & sic iniustè, & velit, quòd puniatur de ipso delicto tanquàm claro respectu suæ confessionis, tamen isto casu lex non vult, nec ita, vt aliàs facit, firmat pedem suum, quòd propter illam suam præsumptionem iste qualificatè confitens puniatur pœna capitali, sed bene alia, vel pecuniaria, vel relegationis, & exilij, arbitrio iudicis. Et istud est, quòd vult dicere dominus Abb. in d.c.auditis. Et licet pro & contra nonnulla alia adduci possent, tamen ista non sunt obliuioni tradenda, quia possent multùm prodesse, præcipuè quando habetur iudex propitius.

a Iudex audiens istã suã cõfessionẽ qualificatam. *Adde, an cõfeßio qualificata poßit acceptari sine ulla qualitate. uide sing. per d. Alex. ĩ cõ. lxxxvij. p totũ in j. uo. & est quotidianũ, et utile cõsiliũ: loquitur tamẽ in causa ciuili, nõ in criminali ꝙ acceptari debet cũ eadẽ qualitate: & nõ simpliciter. est tamen periculosa talis cõfeßio in causa criminali quãtuncũq; qualificata, nisi probetur defensio, nec est tuta ĩ totũ ac secura huiusmodi cautela. Et ꝓpterea Bal. signanter cõsuluit confitentẽ delictũ etiã cũ qualitate, puta ꝙ occidit ad sui defensam, nisi qualitatẽ probauerit, ꝙ punitur. uide in cõsi. ccxlv. quod inci. dauanti dauoi. in ij. uol. nã in delictis præsumitũ dol⁹. C. de sicar. l. j. C. de intur. l. si nõ cõuitij. Itẽ per confeßionẽ factum est notoriũ ergo puniri debet maleficiũ, ne delicta remaneãt ĩpunita. Caue igitur, ut dixi, ne in Scyllã incidas, credẽs uitare Charybdim. Bar. Lan.*

Cautela ad obuiandum, quòd meretrix non ualeat testari, nec aliter disponere de bonis ex meretricio acquisitis. VI.

1 *Meretrix licet turpiter faciat meretricando, non tamen turpiter facit accipiendo, cùm sit meretrix.*

1 *Meretrix de quæstu suo testari potest, & ad libitum disponere, neque eius hæreditas per fiscum hæredibus suis auferri potest.*

3 *Meretrix quæstum suum in foro conscientiæ restituere non tenetur.*

1 QVANQVAM *meretrix licet turpiter faciat meretricando, tamē turpiter nō facit accipiēdo, cùm sit meretrix, vt dicit textus in l. iiij. §. sed quod meretrici. ff. de condi. ob turpem cau. ex quo dicunt ibi Bal. Ange. & Pau. de Cast. quòd meretrix de suo quęstu licitè, & iustè facit eleemosynā, & decimā soluit, vt etiā tenet glo. in c. ex transmissa. de deci. & Archi. lxxxv. distin. qui venato-
2 ribus. & in j. q. j. nō est. *Et asimiliter
2 de tali quæstu potest testari, & ad libitum disponere, & talis hæreditas nō aufertur hęredibus suis per fiscū, vel ecclesiā, tanquàm turpe lucrū: vt not. Cyn. in l. cùm te. C. de condi. ob turpē cau. & Bal. in l. prima. C. eo. referens, quòd ita aliàs fuit interrogatus Neapoli, à quodā episcopo. Idē
3 tenet Cyn. in l. mercalē. C. eo. *& similiter ipsa meretrix talem quæstū non tenetur in foro conscientiæ restituere, sed legitimè retinet, prout volunt Innocen. Ioan. And. & Panor. ibi, in iij. quęst. in c. quia plerique. de immuni. eccl. & vt tenet sanctus Th. secūda secundæ q. xxxij. articulo vij. & q. lxij. articulo quinto. cōcludens, quòd meretrix licitè retinet ea, quæ suo corpore lucrata est, secus si aliquid extorsisset per dolum, vel fraudē, quia illud tale tenetur restituere illi, à quo habuit. Pone modò, quòd vna meretrix multa superlucrata est, quo remedio poterunt vti consanguinei, qui debent ab intestato succedere, ad hoc, vt ipsa meretrix non valeat de superlucratis testari, nec aliter ad libitū disponere. Dic, quòd cautela est, quòd sibi interdicatur bonis per iudicem, quod iuridicè poterit fieri, vt est text. multùm solennis, & ibi gloss. in l. & mulieri. ff. de cur. furio. quo casu per interdictionem non solùm tollitur facultas contrahendi inter viuos, vt l. is cui bonis. de verb. obliga. sed etiam facultas testandi, vt l. is cui lege. ff. de testa. & §. item prodigus. Instit. qui. non pemi. face. testa. & per Specu. in titu. de instrumen. edi. §. compendiosè. circa princip. versicu. tertiò, si fuerit. Et per Bald. in l. ij. circa principium. C. communia de lega. adeò quòd nō posset testari etiam ad pias causas, prout tenet Bald. in l. j. in lectura, in versicu. deinde quæro quid de prodigo. C. de sacrosanc. eccle. & Pet. de Ancha. in c. quia ingredientibus. de testamen. quem ibi refert & sequitur Imo. in vij. colum. versicu. circa sextum. Et domi. Abb. in rubri. extrà eo. licet contrarium in hoc voluerit Bal. in d. l. j. in repe. in vij. co. versicu. xij. quæro quid de prodigo. C. de sacrosanc. eccle. Et licet cōtrarium etiam videatur sentire idem Bald. in consi. ccxxxv. incip. decreto seu rescripto illustrissimi principis. in prima parte, volens, quòd interdictu bonis posset testari inter liberos, & contrarium etiā videatur sentire Lap. de Castellio. alleg. xxvj. Sed prima opin. est communior. Istam cautelam tradit Bald. in c. cùm decorem. de Vita & honesta. clerico. quē refert & pro notabili sequitur dominus Ias. in d. l. iiij. §. sed quod meretrici. ff. de condi. ob turpem. causam.

Et si

1 Et similiter de tali quæstu potest testari, & ad libitum disponere. *Adeò enim testari possunt, quòd si relinquant etiã impia lucra hæredibus, valet testamentum. uide Bald. in consi. clxvj. post princi. in uer. sed emanauit illa decretalis. quòd cõsiliũ incipit. quæritur. & c. in j. uolu. Nec tenetur meretrix restituere, quòd acquirit ex tali quæstu, secundùm Inno. in c. quia pleriq; de immu. eccle. nisi accepisset ab his, qui alienare nõ possunt. no. Doct. in præallega. c. quia pleriq; secus autẽ est de bono cõsilio. uide in summa Angelica, in uerbo, meretrix. in § . iij. ibi, utrum teneatur.*

Cautela pro illo, qui per metum cogitur contrahere matrimonium. VII.

1 *Matrimonium est maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam consuetudinẽ uitæ retinens.*

SAEPISSIME cõtingit, quòd iuuenes deprehensi in domo alicuius puellæ, coguntur à fratribus & consanguineis ipsius puellæ eam desponsare. & de istis loquitur cap. cum locum. de spon. Pone modo, quòd quidam scholaris iuerat ad suam amasiam, & quia consanguinei ipsius puellæ præsenserant de hoc, 1 obseruauerunt eum ingredientem domum vna nocte, & ita depræhenderunt eum in domo, & minantur ei mortem, si non accipit eam in vxorem. Ipse autem dubitans de salute sua, videt quòd opus est: vt eam desponset: Quæro, an erit dare cautelam, vt licet secum contrahat, tamen quòd tale matrimonium sic nullum: dic, quòd sic. videlicet, vt inspiciat an illi testes, qui sint ibi præsentes, sint testes, qui verisimiliter ducti in iudicium sint dicturi veritatẽ de omnibus ibi gerendis. & si nõ, quia nõ sint nisi cõsanguinei puellæ, & alij domestici, qui in iudicio verisimiliter nõ dicerent, nisi ea, quæ facerent ad propositũ suũ, tũc ipse scholaris hilari frõte dicat, quòd libentissime vult eã accipere in vxorẽ, sed quòd mittat pro alijs duobus vel trib. testibus. puta pro presbytero parochiali cũ suo clerico. nã ipsi videtes suã bonã dispositionem: & ad hoc etiã, vt res procedant cũ amore, & etiã quia res suæ erunt clariores, si plures testes tã domestici quàm extranei interueniẽt, complacebunt ei in hoc, & tunc dicat eis, domini vos eritis testes qualiter accipio istã puellam in vxorem, tamen quia mecum cõmisit stuprũ, dubito ne idẽ faciat cũ alijs, propterea protestor ei, quòd si adulterabit cum alio, volo posse accipere aliam, ipsa puella & consanguinei sui existimantes casum protestationis nunquam verificaturum. Et isto casu, nõ erit matrimonium, quia quotiescunque matrimonium contrahitur sub conditione seu protestatione suspẽsiua seu resolutiua ipsius matrimonij, vt est in casu nostro,* quia matrimonium est maris & fœminæ cõiũctio, indiuiduam vitæ consuetudinẽ retinens: vt Instit. de nup. in princip. & xxvij. quęst. ij. in summa, vt ponũt Io. And. do. Ant. & Card. Alexand. in rub. de sponsa. talis conditio seu protestatio non vitiatur, sed vitiat ipsum matrimonium. iste est casus, & ibi not. omnes in c. fin. de condi. appo. per quod dicit ibi in terminis Cardina. Zaba. se vidisse de facto, quem ibi etiam refert, & sequitur

Cardi. Alexan. in iiij. notabili, quòd cum quidā philocaptus vellet accipere quandā puellā in vxorē, dubitans ne cū alio adulteraret, ad hoc, vt magis præcaueret, accepit eā in vxorē hoc mō, ꝙ si adulterādā se præberet alicui, ꝙ posset accipere aliā in vxorē. fuit iudicatū tale matrimoniū nō tenere. Et istud idē ibi refert & sequit̃ do. Abb. in j. notabili, licet do. Cardi. Zaba. nō faciat mentionē. Ad vnū tamē aduerte, ꝙ si ista cautela debet habere locū & procedere, opus est, ꝙ ipsa puella expresse consentiat tali ꝓtestationi, aliàs secus. & isto casu, nō sufficeret, si taceret, quia tacēdo, fauore matrimonij, haberet pro contradicente. ita Inno. cū quo alij transeunt in d. c. si. & per hoc dicit ibi Hostien. quē referūt Panor. & Alex. ꝙ ista crebo deberent prædicari, ne istæ simplices puellæ decipiātur, scilicet quando eis fiat talis protestatio, non consentiant, sed taceāt, quia tunc erit matrimonium.

Cautela, quòd compromittens non possit habere recursum ad arbitrium boni uiri. VIII.

1 *Compromisso lato laudo, appellari nō potest, sed ad boni uiri arbitrium reductio peti.*

2 *Læsio enormis dicitur, quando aliquis in sexta parte quantitatis debitæ læsus fuerit.*

1 TV scis: quòd* si in aliquem fiat compromissum, quòd lato laudo, licet ab ipso non possit appellari, quia appellatio præsupponit iurisdictionem, quæ pactis priuatorū nō potest conferri, vt l. priuatorū. C. de iurisdict. om. iudi. tamē quando aliqua ex partibus prætendit se læsam, bene pōt tale laudū reduci ad arbitrium boni viri, etiā si ipsæ partes iurassent nō reducere: quia subintelligitur tacita conditio, si arbiter vel arbitrator æquè arbitratus fuerit, ... no. per Bart. & Flo. in l. si societatē. §. arbitrorū. ff. ꝓ socio. latè per Canoni. in c. quintauallis, de iureiuran. per Dy, in regula, scienti. de reg. iur. in vj. per Olar. in cōsi. clvj. incip. primū, de quo queritur. per Alex. in cōsilio cxxxj. inci. in causa vertente coram prætore ciuitatis Imole. in ij. volu. & istud est adeo verū, quod dixit Bal. in l. si vnus. §. illud. ff. de pactis. & in l. cū anteà. C. de arbi. & in cōsi. cccxxxj. inci. præmitto, ꝙ ista fuit quæstio antiqua. in tertia parte. ꝙ nō potest per quancunq; verborum cautelā impediri ista reductio ad arbitriū boni viri, vt etiam dicit Pau. de Castro, in consi. lxxiiij. incip. quia frustrà. in j. col. imò si statutum esset in ciuitate, quod tolleret istā reductionem, tamen lato laudo, si aliqua ex partibus prætenderet se enormiter læsam, ista reductio, tali statuto non obstāte, posset peti, prout tenet Petr. de Anch. in sua repetitione. c. canonū statuta de constitutio. in lxvj. col. versi. accedat hic quæstio de statuto. & in suo cōsilio ccvij. incip. in quæstione supradicta, hunc ordinem obseruabo. in vltima colū. versi. restat respondere ad statutū. & in consilio sequenti, incip. iudex de iure iudicaturus. circa finem. & vt tenet Romanus in consil. xc. incip. viso themate quæstionis. & Ange. in consi. clxxij. incipien. laudum arbitratoris. Fulg. in consi. ccxxxiiij. incip. quoniam in singulis. Socin. in consi. ccxx. incipi. visis compromisso laudis & statutis.
2 in vltima colum.* & illa dicitur enormis

nis lęsio, quando aliquis est læsus in tertia parte quantitatis debitæ secundùm Barto. in d. l. si societatem. §. arbitrorum. versiculo, quæro quę dicitur parua, vel magna quātitas. ff. pro socio. quam opinionem sequitur Lāfran. de Oria. in tractatu de arbi. in vltima parte, quæsti. xiiij. & Raphaël Cumanus, in consilio L. incip. stante statuto ciuitatis Vincentiæ. versiculo, ad id autē, dequo quęritur. Alij vo sunt, quòd hoc sit in arbitrio iudicis, cùm non sit à lege determinatum, & ita voluit Bal. in dicta l. cùm anteà. C. de arbi. & in consilio cccLxxviij. incipien. quæro, ad quid operetur potestas. in prima parte. & gl. in §. pretium. quam ibi pro singulari sequit Angelus de Aret. Instit. de emptio. & venditio. idem Ange. de Aretio, in l. prima. §. si quis ante. ff. à quibus appel. non lic. & Imo. in capitulo, Quintiuallis. de iureiurādo, prout refert, & sequitur Alexan. in l. si quis arbitratu. in fine, de verborum obligatio. Et istæ sunt duæ principales opiniones, quæ magis communiter tenentur secundùm solennem doctorem & præceptorem meum in canonibus domi. Philip. Decium, in suo consilio xxiv. incipiente, iuridicam esse arbitror conclusionem. circa finem. Propterea eximius doctor Bartholom. Cæpol. in suis cautelis, cautela cxcvij. inci. difficile est dare modum. tradit quattuor cautelas ad impediendam istam reductionem, sed omnes in effectu claudicant, & de iure non procedunt. Sed tu vltra eum accipe duas, per quas ista talis reductio poterit impediri. Prima cautela est, quòd in cōpromisso apponantur ista verba, eligentes eū, vt bonū virum, præcipuè nō habito respectu ad alium: quia ista verba habent istā vim, quòd tollunt istam reductionē. ita notabiliter voluit Bar. per rationē, de qua ibi per eum in l. ij. §. tametsi. ff. de arbit. quem ibi sequitur Alexand. in Apostillis, dicēs, istud esse dictum singulare, & idem Alexā. in Apostillis, in dicta l. si societatem. §. arbitrorum. in vltima colum. in verbo, operātur. ff. pro socio. quam opinio. etiam tenuit Roman. in suis singu. prout refert Lanfrā. de Oria. in dicto suo tractatu de arbi. in vltima parte, quæstio. xiiij. versi. & ideo ex prædictis videtur resultare cautela. sed est verum, quòd Lāfran. ibi dixit, quòd cōsulendo nō auderet affirmare, quòd per supradicta verba tollatur dicta reductio, & quòd ita consoluit Salustius de Perusio in quodā suo consilio, incip. in nomine indiuiduæ trinitatis, viso quodam compromisso. Tamē in cōsulendo & in iudicando magna est autoritas Bar. & Alexand. Secunda & optima est, si quis vult impedire recursum ad arbitrium boni viri, quòd vtraq; pars inueniat vnum amicum, qui amici extrà à compromisso, per solennem stipulationem inuicem sibi promittant certam pecuniæ quantitatem, si partes non emologabunt laudū: videlicet lis est inter Sempronium & Titium, modò Gaius separatim à litigatoribus promittit Męuio centum, si Sempronius laudo contrauenerit. Mæuius similiter promittit Gaio cētū, si Titius, & sic altera pars contrauenerit: quia hoc modo compromittentes, ad hoc, vt amicus suus non habeat soluere illam quantitatem promissam in casu contrauentionis,

tionis,nõ audebũt cõtrauenire.istã cautelam docet Dy.in consilio,incipiente, Tholemeus.quã sequit̃ Flo. in d. §.arbitratorũ.& prout refert, sequit̃ Lanfrã.in loco superiꝰ alleg. & sequit̃ Ioã.And.in additio.Speculato.in tit.de arbi. §.fi.vers.item qd si compromissum,dicens,quòd ista cautela multũ frequentat̃ in Tuscia.

Cautela contra illam communem opinionem, quòd non possit relinqui plus filiæ si nupserit,quàm in monasterium intrauerit. IX.

1 *Testator si relinquat filiæ mille,si nupserit,si uerò monasterium intrauerit, relinquat tantummodò centum,an si monasterium ingreßa fuerit,mille habere debeat.*

2 *Matrimonij appellatione,an matrimonium carnale & spirituale ueniant.*

3 *Statutum disponens quidpiam contra cognoscentem mulierem nuptam, an in cognoscente monialẽ,locum habeat.*

4 *Legis uerba ad ea,quæ non adaptantur,nec eius etiam dispositio.*

5 *Delinquere nelle,quis in dubio non præsumitur.*

6 *Dotis uerbum,an in ingrediente monasterium uerificetur.*

7 *Statutum si disposuerit,quòd filia dotata à fratribus excludatur,an monialis ita per fratres dotari debeat,si ipsam excludere ualeat,ac si mundo nupsißet.*

8 *Legatum factum in casu nuptiarum, an in religionis ingreßu uerificetur.*

9 *Testator si legauerit genero suo certã quantitatem pro dote,& cõtracto matrimonio,an si eo non cõsummato, sponsa monasterium ingrediatur,legatum habere debebit.*

10 *Simonia an sit,si pater dixerit,supplico uobis,ut filiam meam in monialem accipere uelitis,& pro eius alimentis uolo,quòd de bonis meis habeatis mille.*

11 *Simonia an sit,si testator in testamento dixerit,si tales moniales filiã meam in sororem accipient,relinquo eis pro alimentis centum.*

12 *Regula,non in quem uerba,sed in quẽ disponentis intentio dirigitur,quæri oportet.*

RICARDVS Malũbre,& Thomas de Formaginis,de Bononia disputauerunt hãc quæstionem, 1 * an si testator relinquat filiæ mille, si nupserit,si verò monasterium intrauerit,relinquat tammodò centũ: an si monasterium intrauerit,debeat habere mille,ac si nupsisset.Et concluserunt,quòd sic, quia si tale legatum præcisè valeret,esset impeditiuum vitæ cõtemplatiuæ,& quis volendo eligere vitam spiritualem, esset inferioris conditionis,quàm si eligeret vitam actiuam,quam disputationem retulit,& secutus est Ioannes Andre.in addition. Speculator. in titulo,de statu mona.super rubrica,circa medium,versiculo,secunda quæstio fuit disputata.& hanc opinionem referendo ipsam disputationem tenet Albericus de Rosate,in suo tractatu statutorum,in secunda parte.quæstio.ciiij. incipien. adhuc ex eodẽ themate quæro.& in l. Deo nobis.in secunda columna, versiculo,sed vlterius quæro.de episcopis& clericis.Barto.& Alexan.ibi,in Apostil.in l.secunda.ff.de his quæ pœ.nomi.vbi refert Alexã.ita aliàs consuluisse Ioãnem de Ana.& ita fuisse iudicatũ in ciuitate Bononiæ.dñs Antonius,in capitu.in præsentia.in ix. col.

colũna, de probation. & ibi Francis. de Aret. in xviij. Roma. in l. stipulatio hoc modo concepta. in septima colũna, versiculo vltimò ad idẽ. de verborũ obligatio. Mathesil. in suis singul. sing. l. ij. incipien. not. ꝙ si testator relinquit. vbi dicit, ꝙ miratur quòd monasteria monialiũ istud nõ practicent. Alexan. in cõsil. xxxv. incipiente, super cõtentis in dicto themate. in secũda colũna, versiculo septimo, pro hac parte facit. in tertio volumine. Et dicit Imol. in l. Lucius. la secũda, in vltima colũna. ff. de hæredibus instituend. ꝙ vidit in ciuitate Bononiæ ita de facto iudicari. Et licet contrariã partẽ teneat Bald. in aut. nisi rogati. in tertia colũna, versiculo, hac ratione determinatur alia quæstio. C. ad Trebellianum. vbi dicit, ꝙ cõmunis obseruantia & naturalis æquitas est in cõtrariũ. & ibi etiã Paulus de Castro, vbi dicit, ꝙ aliàs ita cõsuluit Bononiæ. & idẽ tenent Bald. & Paulus de Castro, in dicta l. deo nobis. de episcopis & clericis. Paulus de Castro in l. Titio centum. §. primò, ad finẽ. ff. de conditione & demonstration. vbi similiter dixit, ꝙ ita aliàs consuluit, & ꝙ ita obseruat totus mundus. Et Raphaël Cuma. in l. si ita quis. §. is cui. de legatis secundò. & Imo. in d. l. Lucius. la secunda, in vltima colum. vbi dicit. ꝙ ista opin. est æquior: quia quãdo filia nubit, magnæ expensæ fiunt, secus quando ingreditur monasteriũ: & forsitan in puncto iuris ista opinio est verior: quia vt dicit Bald. in quodã suo cõsil. incipiẽte, inter scholam sanctæ Mariæ. non est dicendũ, ꝙ mulier quæ ingrediendo religionem, abdicat à se propriũ, vt c. cũ ad monasterium. de statu mona. velit posteà aduertere ad proprium: quia hoc modo esset cõmittere actũ continentẽ in se repugnantiã. Tamen in cõsulendo & iudicando nõ est recedendũ à prima opin. tanquàm cõmuni, quã vltra præfatos doctores, tenuerunt quatuor principaliores, moder. nostræ tẽpestatis: videlicet Felyn. in d. c. in præsentia. in xviij. col. versic. & ex istis remanet decisa alia quæstio. vbi dicit, ꝙ ab ista opi. non est recedendũ. do. Bart. Soci. in d. l. ij. ff. de his quæ pœ. no. do. Ias. in aut. si quã mulier. in ij. col. versicu. iuxta hanc partẽ formo quæstionẽ vti lem. C. de sacrosanc. eccle. Et præceptor meus in legibus do. Ioan. Campetius in suo tractatu dot. in prima parte, quęstio. xxx. Tu ergo, qui habes filiam. & cõsideras, ꝙ maior quãtitas pecuniæ requiritur, quãdo filia nubit mundo, quàm quãdo ingreditur monasteriũ, quo remedio poteris vti, vt valeas ei minus relinquere, si monasteriũ ingredietur, quàm si mundo nupserit: dic ꝙ cautela est, vt concipias dispositionẽ tuam hoc modo: relinquo filiæ meæ puta centum, & illi, qui ducet eam in vxorẽ, relinquo mille: qa hoc modo, licet monasteriũ ingrediatur, tamen ipsũ monasterium nõ poterit petere illa mille: quia nõ sunt legata ipsi mulieri, sed ei, qui ducet eã in vxorem. ita notabiliter tradit Bart. in d. l. ij. ff. de his quæ pœ. no. subdens tamẽ, ꝙ cõsuluit, vt addatur vnum, scilicet & id quod marito relinquit, debeat esse pretiũ dotis, aliàs ipse sibi haberet: quam opin. sequitur Soci. in d. l. ij. & Fely. in dicto c. in p̃sentia. & cũ ipso etiam videtur trãsire do. Ias. in dicta

aut.

aut.si qua mulier.C. de sacrosanc.eccles.Aduerte tamen, ꝙ licet autoritas Bart.magna sit,ipse enim fuit lucerna iuris,vt dicit Angel. in consi. xv.incipiente, quęcunq; diximus in vulgari. & illuminator iuris ciuilis secundum Panor.in suo cõsi.iij.inci. casus super quo cõsiliũ petitur.in ij. col.& virtus iuris nostri secũdũ Ro. in cõsilio ccccLxxx.incipiente,in casu propositæ consultationis,& in eo semper soleat esse substantia veritatis sequenda,in iudicando & consulendo,vt dicit idem Rom.in cõsilio ccccLxix.incipiente,quo ad primum propositæ consultationis. & Franc. de Curte,in consilio xlvij.incip. super cõtrouersia vertente inter Lanterminum.in iij.col. Tamen aliàs dicebam,ꝙ non esset ponere os in cœlum,si aliquis teneret contra istam cautelã Barto.Nam mulier,quę profitetur,contrahit matrimoniũ spirituale,& nubit Christo. & profitens immortali sponso se coniungit vt c. quæ in Christo.& c.quod autẽ. xxvij.quæstio.j. *vnde matrimonij appellatione nõ solùm intelligitur de carnali,iuxta l.j.ff.soluto matrimonio, sed etiã de spirituali tanquàm de digniori,& in quo versatur salus animæ:vt xxvij.quæst.j.c.nuptiarum bonũ.per quæ iura dixit Dionysius de Perusio,in quodã suo cõsilio incipiente,& si doctrina cœcũ illuminet.quẽ refert Maria.in repet.c.qua liter & quãdo.lo secundo, in viij.q. in penultim.arti.extrà de accusatio. *ꝙ statutum disponens aliquid contra cognoscentẽ mulierem nuptam, habet locũ in cognoscente monialẽ,cuius matrimonium indubitáter est dignius:quia licet virgines & cõ

(margin: 2 beside "vij.quæstio.j."; 4 beside "liter & quãdo")

tinentes,ac etiã coniugati per fidem certam,& operationẽ boni deo placentes,ad æternam mereantur peruenire beatitudinẽ,vt c.firmiter.de summa trinitate & fide catholica.tamen cõtinentes plus Deo placent,ꝙ coniugati:quia non expedit homini ad regna cœlorũ tendenti,accipere vxorẽ carnalem:vt xxxiij.quæst.v.c. tunc saluabitur.& not.gloss.in dicto c.firmiter.vita enim contemplatiua salubrior est,quàm actiua. c.sanè.de regula.Modò si testator cõcipiet dispositionẽ suã iuxta consilium Bart. videlicet illi,qui ducet eã in vxorẽ, relinquo mille,.si filia profitebitur, dicet monasterium, ꝙ ipsum debebit habere illa mille:quia sitac velis subintelligere illis verbis,illi,qui ducet,illi scilicet sponso, vel illi,scilicet marito,tunc cùm mulier ingreditur monasteriũ, profitẽdo dicitur nubere,& se cõiungere cũ Christo: vt dictũ est, & ꝙ in terminis Barto, iste intellectus debeat accõmodari, facit ratio de qua suprà,in princ.scilicet ratio impediens vitã contẽplatiuam:quia mulier considerans,ꝙ si mundo nupserit, maritus, quẽ accipiet,habebit mille nomine dotis,faciliter causa cõsequẽdi illa mille,retraheretur à vita monastica. Et non obst.si diceretur,ꝙ illa cauda,quam subiungit Bart.tollit omnia fundamẽta,scilicet ꝙ illa mille habeat nomine dotis: *quia regula est,ꝙ ad ea,quibus nõ adaptãtur verba legis & testatoris, non adaptatur eius dispositio:vt l.iiij.§.toties.vbi Bartol. no. ff. de dam.infect.& l. hos accusare. §.omnibus.ff.de accusat. & c. ex parte.vbi domi.Anton.de cõcess.pręben.& bonus tex.ĩ c. indẽnitatibus.

§.sed

§.sed cùm eas.de electio.in vj. quẽ dixit meliorẽ de iure Ioã. de Anna. inc.fi.in xj.col.versic. inquantũ etiã Bart. dicit.extrà.de maledi.sed verbũ,dos,de quo facta est mẽtio p testatorẽ,nõ potest adaptari ad illam, quæ ingreditur monasteriũ:quia natura dotis est, ꝙ remaneat apud filiã,& censeatur suũ patrimoniũ. vt l.Pomponius Philadelphus.ff. familiæ erciscun.& l.iij. §.sed vtrũ. in fi. ff.de minor.sed illud,quod datur ꝑ ingressu,remanet apud monasteriũ, & monasterio quęritur,vt c. cõquestus.de foro cõpetẽti. nec remanet, nec quęritur,nec quęri potest filiæ, cũ sit professa, per quã professionẽ abdicauit à se propriũ, nec propriũ habere potest:vt c.cùm ad monasteriũ.de statu monacho.nec talis pecunia restitueretur ipsi moniali, si ad aliud monasteriũ se transferret: vt xxvij.q. j. si quis rapuerit. & in aut. de mona. §.si verò relinquens.& est casus in c.cũ olim.lo secũdo,de priuileg.de quo plenè per scribẽtes in c.cũ ad te.de clericis cõiuga. imò si aliter diceremus,ꝙ dos intelligeretur relicta pro ingressu religionis, esset cõmittere crimen Simonię: vt c.nõ satis.& c.veniens. & c.tua nos.
a de Simo.& j. q.j.placuit. Vnde a in dubio testator faciens mentionẽ de dote,nõ debet intelligi, ꝙ voluerit intelligere de dote danda pro matri
5 monio spirituali:*quia in dubio qˢ nõ præsumitur velle delinquere, vt vulgata l.meritò.ff.pro socio.& c.fi. de præsumption.nec esse immemor salutis æternæ:vt ff.ad legẽ Iuliã repet.l. sancimus canonizata:j. q. vij. nec eligere viam ad impugnandum sua iudicia,vt l.si miles. ff. de testamẽ.milit.Et ita in specie tenuit Pet. de Vbaldis de Perusio, in suo tractatu,de duobus fratribus. in xj. parte, quæst. iiij.referens,ita aliàs cõsuluisse Petr.de Perusio in quodã suo cõsilio,incipien.viso præfato pũcto, & visis præfatis statutis. in xiiij. libro consil. char.cij. & pro hac opinione benefacit,quod voluit Bald. in aut. nisi rogati.in ij.col.versi.quęro nũquid monasteriũ.C.ad Trebel. volens,ꝙ executores deputati ad virgines maritandas,nõ possint dare illam quantitatẽ virginibus intrantibus monasteriũ:& sic vult, ꝙ id, qđ datur moniali,non dicatur pro matrimonio,& sic nec dos,iuxta not.in rubrica. ff. soluto matrimonio. de qua decisiõe meminit Felynus in c. ecclesia sanctæ Mariæ. in xxxj. col. versicu.& ista opinio adduci potest. extrà de constitut.& Cardina. Alex. in c.verũ.in quinta colũna, versiculo,& ideo dicim⁹.de cõditio.appo.
6 *quia in contrarium, ꝙ imò verbũ dotis verificetur,etiã in illa, quæ ingreditur monasteriũ,facit quod notabiliter voluit Bar.in l.j. §.si parẽs. ff.si quis à paren.ma fue.volẽs ꝙ illud,quod dat pater filiæ ingrediẽti monasteriũ,puta quãdo ponit centũ super altari,ꝙ illud datũ dicatur dos ipsius filiæ,& imputetur filiæ in legitimam:& dicens,ꝙ per tale datũ vulgò filia dicitur dotata : quã opinionẽ sequitur idem Barto.in l. Titio centũ. §.Titio genero.in fine.ff.de cõdition.& demonst.& Bald.in l.quoniam nouella. in vltimis verbis. C. de inofficio.testamen.& Bald.in suo tractatu doti. in prima parte, in iij. columna,versiculo, adde etiã quòd si pater.& Fabian.de mõte Sancti Sabini

bini in sua repetitione aut. nouissima. in x.q.ix.quæst.principali. C. de inofficio.testamen. & Georg. Natã in repetitio.c.quáuis.in xxxij.colũ. versiculo, duodecimò quęro, de pac. lib.vj.& præceptor meus in legibus. dominus Ioannes Campetius in suo tractatu dot. in vltima parte, quæstio.xxxj.& ꝙ verbũ dotis, verificetur etiã in illa, quæ ingreditur monasteriũ, demonstratur de eo, ꝙ pulchrè consuluit Petrus de Ancharano, in cõsilio mihi cvij.incipiẽte, indictione prima Ferrariæ. &c. & in cõsilio sequẽti, incipiente, in paucis
7 verbis tractũ est superius. volẽs, *ꝙ stante statuto, ꝙ filia dotata excludatur à fratribus, ꝙ monialis ita debebit dotari per fratres, si volent eam excludere, ac si nupsisset mundo, q̃d non esset verũ, si illud datũ seu oblatum non diceretur propriè dos, cũ in statutis verba ꝓpriè & strictè intelligant: vt habetur in vulgata l.iij. §.hęc verba.ff. de negoti. gestis. & in l.quicquid astringendæ.de verborum obligatio.& in c.cũ dilectus.cũ concordant.de cõsuetud. Motus Petrus de Ancharano inter cætera per hanc authen. nisi rogati. in ratione
8 sui.C.ad Threbellian. *vbi legatum factum in casu nuptiarũ, verificatur in ingressu religionis.& pro hoc etiã bene facit quod not.Bal.in l. fin. in ij.colũna, versicu. sed pone ꝙ filia.C.de dot.promis.& volẽs, quòd
a quemadmodũ pater a tenetur dotare filiã volentẽ mundo nubere, vt d. l.fi.& l.qui liberos.ff.de ritu nuptia. & per Bart.in l.obligamur. §.j.ff. de action.& obligatio.& per Alexand. in l.mulier. §.cùm proponeretur. ff. ad Trebellian.ita tenet dotare volentẽ ingredi monasteriũ. quã decisionem sequitur Felyn.in c.nõ satis. de Simonia.& Alexand. in consilio cxl.incipiẽte, viso themate suprascripto.in iij.colũna, versiculo, facit ad prædicta.quod no.Bald. in secundo volumine.& Bald. nouellus, in suo tractatu dotis, in xvj. speciali, circa principiũ. Vlterius fortiter vrget decisio quasi in terminis nostris eiusdẽ Bald.in dicta authen. nisi rogati. in tertia colũna, versiculo, quæro quid si testator. C. ad Trebellianum. vbi
9 voluit, *ꝙ si testator leget certam quantitatẽ genero suo pro dote, & cõtracto matrimonio, sed adhuc nõ cõsummato, sponsa ingrediatur monasterium, ꝙ muliere profitente monasteriũ, habebit illud legatũ, nõ alia ratione, nisi ꝙ monasterium succedit loco generi. Non obstat illud, quod dicitur de Simonia: qa est verũ, ꝙ per dationẽ alicuius rei temporalis pro ingressu religiõis cõmittitur Simonia, vt illis iuribus superius allegatis. Sed illud procedit, q̃n tẽporale datur principaliter pro ingressu, vt esset quãdo interuenisset pactũ: secus autẽ quando datur non principaliter, sed secundariò, & ita intelliguntur iura præallegata. idcirco
10 co dixit Bal.in l.fi.C.de sponsa. *ꝙ si pater dicit, supplico vobis, vt velitis accipere filiam meã in monialem, & pro alimentis eius volo, ꝙ habeatis mille de bonis meis, ꝙ nõ est Simonia. & similiter dixit dominus Abb. in c.tua nos.extrà eodẽ, de Simon. quem ibi referunt, & sequũtur Ioã. de Anna.& Felyn.quòd illi qui donant cardinalibus & alijs prælatis, vt per eorum intercessionem consequantur beneficium, quòd si intendunt

dunt donare non principaliter causa auxilij dădi, quòd secŭdariò hoc sperent, non committunt Simoniă: similiter donans familiari alicuius prælati, vt rem beneficij sollicitet, si ille familiaris non est talis, cuius intuitu prælatus sit donaturus, non est commissa Simonia. Ita domin⁹ Cardinalis, in c. tuam. de ætate & qualitate. Dicens se ita respondisse cuidam curiali vrbis Romæ. ita possumus dicere in casu nostro, quod testatore relinquente, vt suprà, voluerit relinquere principaliter pro ingressu religionis, eueniente casu ingressus: & possibile est etiam, ꝙ voluerit relinquere secundariò: ergo sequitur, ꝙ iste intellectus vltimus tanquàm benignior, & excludens peccatum, debebit amplecti, iuxta regulam in dubijs. ff. de regulis iuris. & c. estote misericordes. eodem titul. in antiqui. Et de hoc videtur in terminis decisio Bartol. in dicta l. Titiò centum. §. primo. in fine. ff. de conditionib.
11 & demonstrationib. dicens, * quòd si testator dicat in testamento, si tales moniales accipient filiam meă in sororem, relinquo eis centum pro alimentis: tale legatum valet, nec dicitur Simonia: idem dicĕdum est in casu nostro, quando legatur aliquid pro dote, cùm ipsa dos succedat loco alimentorum: & per Ioannĕ Andre. in rubrica, de statu monachorum, post medium. versiculo, scire debes. & per dominum de Rot. in sua decisione xviij. posita sub rubrica, de consuetudine, incipiente, fuit dubitatum, & in relationibus positum in nouissi. & per Baldum, & Salycetum. in l. sancimus. C. de nupt. & per Albericum de Rosa. in l. quoniam in prioribus. in vltima columna. C. de inofficioso testamento. & alibi sæpe Doctores, & quòd contra cautelam Bartol. possit teneri, facit
12 illa regula, quę est, * ꝙ non in quem verba, sed in quem disponentis intentio dirigitur quæri oportet: vt l. cùm pater. §. donationis. de legatis secundo. & similiter quando vna persona exprimitur, & in aliam finis & intentus dirigitur, attendi debet persona, in quam intentus dirigitur: vt l. cùm dotem. ff. ad legem Falcidiam. Ita in casu nostro. nam testator vni legat, & tamen alteri, id est filiæ, legare intendit: super quibus cogita.

a Vnde in. *In dubio testator faciens mentionem de dote, an debeat intelligi, quòd uoluerit intelligere de dote dăda pro matrimonio spirituali, uel an relictum pro dote de necessitate, intelligatur pro matrimonio carnali, ita ꝙ si ingrediatur monasterium, relictum nŏ debeatur. uide d. Alexan. signanter. in cŏsil suo cxxj. in ij. uolum. ibi, quartò probatur illud, quod relinquitur pro dote, nec mandabis obliuioni.*

b Pater tene. *Sed quid si filia habeat de suo, unde se dotare poßit, an pater de proprio eam dotare teneatur, si habet idoneă substantiă? uide per d. Ale. in consilio vij. secundæ partis consiliorum suorum. Et an legatum dotis succedat loco legitimæ debitæ de iure naturæ: dic ꝙ sic. uide per eundem d. & Alex. in consi. ccviij. in secundo uol. & in quo differat legatum dotis collatŭ in tempus nuptiarŭ, & legatŭ quando relinquitur mulieri pro se maritanda, uel ad maritandum: uide per eundem in consilio lxxvij. in v. uolu. ibi, ideò enim. &c.*

Cautela pro pluribus laicis inquisitis, ad trahẽdum processum de manu iudicis secularis, ad forũ ecclesiasticũ. X.

1 *Iudex laicus, in causis laicorum regulariter est iudex competens, non autem iudex ecclesiasticus.*

2 *Priuilegiatus qui non est, habens rem communem cum priuilegiato, priuilegijs priuilegiati gaudet.*

3 *Clericus & laicus si ambo rei fuerint, tam laicus quàm clericus in foro ecclesiastico conueniri debet.*

4 *Haredes si clerici & laici fuerint, & ab eis alimenta petantur, coram ecclesiastico iudice peti debent.*

5 *Testamenti executores, si clericus & laicus fuerint, ad exequendum per iudicem ecclesiasticum compelli debent.*

SI CONTINGAT plures laicos accusari, seu iquiri de aliquo delicto, certum est, quòd debent accusari seu inquiri â iudice seculari:
1 * quia iudex laicus, in causis laicorum regulariter est iudex competẽs, non autem iudex ecclesiasticus: vt c. licet ex suscepto. & ca. ex tenore. de foro competenti. & est magna differentia, an quis accusetur seu inquiratur â iudice ecclesiastico, an â iudice seculari. quia ecclesiasticus non habet gladium sanguinis, vt c. clericis. & c. sententiam sanguinis. ne clerici vel monachi. & cap. ex literis. de excessi. prælato. videamus ergo, an si plures laici accusentur, seu inquirantur de eo crimine, coram iudice seculari, sit dare cautelam, quòd causa trahatur de manu ipsius iudicis secularis, ad iudicem ecclesiasticum. dic quòd sic, scilicet quòd inspiciatur, si inter ipsos inquisitos seu accusatos reperiatur etiam vnus solus, q sit clericus, & sic qui debeat à suo iudice ecclesiastico iudicari, iuxta no. in c. si diligenti. de foro competent. & in authentica, statuimus. de episcopis & clericis. & tunc iste clericus petat se remitti ad suum iudicem competentem. iuxta capitul. si iudex laicus. de sententia excommunicationis. in vj. quia facta tali remissione, omnes laici debebunt & ipsi ratione cõnexitatis remitti ad ipsum iudicem ecclesiasticum, istud fuit inaud.tum, & admirabile dictum Antonij de Prato Veteri, in l. prima. in fi. ff. quæ senten. sine appellatione resc. quod dictum refert & sequitur Maria. ponendo ipsum in cœlum in c. secundo in quarta columna. versi. octauò fallit. de mutu. petitio. motus est Antonius duobus fundamentis. Primò, ne continentia causæ diuidat, & sequatur absurdum, q aliquando in vna & eadem causa ferantur plures sententiæ, & forsitan contrariæ. Secundò motus per textum in l. si communem. ff. quemadmodum seruitu. amit. vbi est textus melior de iure,
2 * quòd non priuilegiatus, habens rẽ communẽ cũ priuilegiato, gaudet priuilegio priuilegiati. Et istud dictum adeô gustat Maria. in loco superius allegato, & q ex ipso putat posse inferri, q si inter plures, inter quos agendum est duplicibus iudicijs, vel inter plures tutores, seu curatores esset aliquis clericus, q tam cõtra laicos, quàm cõtra clericos esset adeundus iudex ecclesiasticus: & idem in similibus, secũdùm eũ dicẽtem, hoc esse importantissimũ, & ab alio nõ tactũ. refert & sequitur Fel. in c. primo. in quarta col. versi. & dixit dominus Anto. extrà de præscriptio.

ptio.& quòd ista opinio sit vera, potest comprobari triplici medio. Primò de eo, quod tenet Bartolus in l. præcipimus. §. penultimo. C. de ap-
3 pellationib.* vbi vult, quòd [a] si cleri-
2 cus & laicus sint ambo rei, quòd tā laicus quàm clericus debet conueniri in foro ecclesiastico. Secundò, de eo, quod voluit idem Bartol. in l. solent. ver. quæro quid si hæredes sunt diuersi fori. ff. de alimē. & ciba. lega-
4 tis.* vbi vult, quòd si hæredes sunt clerici & laici, & ab eis petantur alimenta propter personam clerici, petentur coram iudice ecclesiastico, & iudex secularis coget laicos ire ad forum ecclesiasticum, & suam iurisdictionē prorogare. Tertiò de eo, quod voluit do. Cardi. in c. Ioannes.
5 per tex. ibi, de testam.* vbi dicit, ꝙ si clericus & laicus sint relicti executores testamenti, debent ambo cōpelli per ecclesiasticum ad exequendū. Et vltra ista, pro gustatione isti⁹ cautelæ, vide quæ in hoc proposito latè accumulat Fely. in d. c. primò. de præscrip. & latè Georg. Natam in sua repetitione. c. quāuis. de pac. in sexto. in iiij. col. versic. ex qua infero. & latius Barb. in suo commento. c. Raynald. quod Ioanninam appellauit, in antepenul. charta. versi. octauò moueor. extrà de testam. & etiā latè per d. Iasonem in l. emancipati. in iij. colū. ver. nota tu diligēter. C. de collat.

a Si cleric. &. *Adde ꝙ qui est coniunctus maiori, gaudet priuilegio maiorum, quia maius dignum trahit ad se minus dignum. c. ꝙ in dubijs. de cōsec. eccle. uel alta. Quid si conueniatur collegium illicitum, in quo sint clerici & laici? uide Bartolum in l. si. ff. de colle. illicit. alia plura uide in Apostilla ad Bart. in §. pen. in l. præcipimus. C. de appella. in uerbo, eodem obseruando.*

Cautela pro debitore obligato obligatione iurata, ad extrahendum causam de manu iudicis secularis, ad iudicem ecclesiasticum. XI.

1 *Lites curia in ecclesiastica sunt immortales, quoniam ipsis aliqua instantia præfixa non est.*

2 *Iudex qui est causæ præparantis, debet esse iudex causæ præparatæ.*

3 *Instrumentum usurarium, uel simulatum coram episcopo dici debet: & etiam ab eo absolutionem à iuramento petere.*

4 *Iuramentum licet principaliter Deo obliget, ille tamen, in cuius fauorem præstitum est, ipsum remittere potest.*

5 *Iuramentum remitti non potest, quando altera pars iam periurium incurrisset.*

TEMPORE, quo magnificus dominus Georgius Corneli⁹ erat potestas huius ciuitatis Paduæ, euenit, quòd dum quidam esset obligatus vigore cuiusdam transactionis iuratæ, ad soluendū certo tēpore certam pecuniæ quantitatem, ex tali transactione prætendens se læsum, deliberauit: quia erat potētior suo creditore, amicis, fauorib⁹ & patrimonio, dicto suo creditori mouere litem: existimans, ꝙ mouendo dictā litem, reduceret eū ad aliquā bonam cōpositionem, prout postea fecit: & ad hoc, vt faciliorē haberet cōmoditatē fatigādi dictū suū aduersarium laboribus, & expēsis litis, cogitans, ꝙ causæ, quæ tractantur in curia ecclesiastica, sunt penè immorta-
1 les.* ipsis enim nō est p̄fixa aliqua in-

 stantia:

ſtantia: vt no. per glo. & omnes in c. venerabilis. de iudi. & per glo. Bart. & alios in l. properandum. in princi. C. eodem. de iudi. & per Alexand. in conſi. xxiij. incipien. viſis ſcriptis mihi exhibitis. in tertio volumine. & ſimiliter in ea ab omni ĩterlocutoria, & ab omni grauamine appellatur: vt c. debitus. & c. cùm cauſam. de app. & c. cordi. eodem titul. lib. vj. Et attento etiam, quòd lata ſententia in ipſo foro eccleſiaſtico, pars appellat ad ſedem apoſtolicam, & poſteà impetrat in partibus vnum iudicem delegatum ſibi propitium, qui differt cauſæ expeditionem tantùm, quantùm vult ipſa pars, quæ ipſum impetrauit: idcirco volens fugere iudicẽ ſecularem, & coram eccleſiaſtico litigare, fuit vſus tali malitia: nam adiuit iudicem eccleſiaſticum, narrans qualiter fecerat cũ tali perſona quãdam tranſactionem, quam iurauerat habere ratam & firmam, & in aliquo non cõtrauenire: & quia in ipſa fuerat grauiter læſus, & certis alijs iuſtis de cauſis nũc intẽdebat cõtra ipſam venire. Sed quia iſtud non poterat ita ſimpliciter facere propter iuramentũ, propterea petebat ab ipſo in primis abſolui: breuiter poſt aliqua obtinuit ipſam abſolutionem: qua obtenta creditor volebat cõuenire iſtum ſuum debitorẽ coram iudice ſeculari, petendo ꝙ deberet ſatisfacere dictæ tranſactioni: debitor reſpõdebat ꝙ iudex ſecularis nõ erat iudex cõpetens in hac cauſa, ſed erat
2 epiſcopus, *quia regula erat, ꝙ q eſt iudex cauſæ ꝑparatis, debet etiã eſſe iudex cauſæ ꝑparatæ: vt l. ordinarij. C. de rei vendi. vbi Bal. in ij. no. decidit in terminis caſum noſtrũ dicẽs,

3 *ꝙ ſi aliquis dicturus inſtrumentũ ſimulatum, vel vſurarium, & pro abſolutione à iuramento adeat epiſcopum, quòd impetrata abſolutione neceſſe habebit cauſam principalẽ tractare coram eodẽ epiſcopo. quod dicit fore notandum. quam opinio. Bald. ſequitur Alexand. in l. quoties. C. de iudic. & domi. Anton. de Alexand. in l. nulli. C. eodem. quem refert. & ſequitur domi. Iaſon. in dicta l. quoties. ſequitur Fely. in c. j. in vj. col. verſic. ſextò quæro aliquis dicturus inſtrumentum ſimulatum. extrà de iureiurand. & in c. ij. in antepen. col. verſicul. & per illam concluſionem. de ſponſa. & in c. parochianos. circa finem, de ſentẽt. excom. & in c. cùm ſit generale. in v. col. verſic. amplia cõcluſionem ex quotidiana doctrina Bald. de foro compe. vbi allegat iſtud idem tenere dom. Bapt. de Sancto Seuer. in ſua repet. l. omnes populi. in xiiij. col. verſi. hæc videntur vera. ff. de iuſt. & iure. Et licet cõtra iſtam opinionem Bald. tenuerit Pau. de Caſtr. in d. l. ordinarij. dicẽs, ꝙ illa l. in qua ſe fundat Bal. nõ probat dictum ſuum, tamen, opin. Bald. ſequitur ipſe Paul. de Caſtro, ſibi cõtrarius. in l. ij. C. vbi & apud quẽ. dicens iſtud eſſe dictum ſingulare, & quod illo anno habuit ſuper hoc diſceptare. Et in ſuo conſilio lxviij. incipit, viſis & ponderatis omnibus. de quibus ſuprà. & Alexand. in conſilio cxcvij. incipient. circa primum quæſitum. circa finem. in ſecundo volumine. & in conſilio lxiij. incipi. in cauſa & lite vertente inter Thomam. in j. columnn. verſicul. & motus fuit dictus iudex. in iij. volum. & pro iſta opinione bene facit tex. in c. plerunq;

funq;.de dona. inter virum & vxor. vbi iudex ecclesiasticus, qui cognoscit de matrimonio: quia est res spiritualis, vt in c.lator. & in cap.cùm causam, qui filij sint legitimi, cognoscit etiã de dote. & per istas autoritates fuit iudicatũ, ꝙ si ille creditor volebat cõuenire illum suũ debitorem, quòd deberet ipsum cõuenire corã episcopo: & hoc modo traxit causam de manu iudicis secularis ad iudicẽ ecclesiasticum, & fuit in effectu pulcher modus, & pulchra via. sis ergo cautus tu, si vis extrahere causam de manu iudicis secularis ad forũ ecclesiasticũ, vt vtaris cautela, de qua suprà, quãdo es obligatus obligatione iurata. Sed si contra istam malitiam vis adhibere remedium, cautela est, quòd quãdo vides aduersarium tuũ quærere absolutionẽ, si times, quòd ipsam sit impetraturus, tunc remit-
4 tas sibi ipsum aiuramentum: *quia dato, ꝙ iuramentum principaliter obliget Deo, vt c.debitores. & c. & si Christus. de iureiurand. tamen ille, in cuius fauorem est præstitum ipsum iuramentũ, habet vim apostolici in remittendo illud, nec requiritur alia absolutio: qa Deus etiã remittere videtur, cũ illud receperit ad vtilitatẽ alterius: vt c.j. & ibi no. omnes, de iureiurando. & not. Bar. in l.j. §. & post operis. & ibi dominus Iason, qui circa hoc quædã pulchra ponit. ff. de operis noui nũcia. Bart. in l. Labeo. ff. de iureiurãdo. Bal. in auth. quod eis. C. de nuptijs. elegãter ꝑ Speculator, in titulo, de lega. §. nũc ostẽdendũ. versiculo, hoc quoq;. quia si posteà pars nõ obstãte remissione vellet omnino petere absolutionem, tũc tanquàm absolutio nõ iuris, sed facti nõ extenderet iurisdictionem. argumẽ. notatorum per glossam, in l. si pater. C. ne de statu defunc. & per glo. in c. si plures. in glo. fi. de officio delegati, in sexto. ita pulchrè dixit Paulus de Castro in dicta l. ordinarij. C. de rei vẽdicatione. dicẽs, ꝙ istud semel habuit de facto ĩ nostra ciuitate Brixiæ, in præallegato cõsilio lxviij. quẽ referũt & sequuntur Alexã & dominus Iasõ. in dicta l. quoties. C. de iudicijs. vbi dixit Alex. ista fore pepetuò tenenda mẽti, quia quotidiana sunt. Ad vnũ tamen est aduertẽdum, ꝙ si prædicta malitia debet procedere, & habere locũ, scilicet ꝙ per impetrationẽ absolutionis à iuramento debeat posse prorogari iurisdictio iudicis secularis in iudicem ecclesiasticum, requiritur, ꝙ inpetretur antequàm impetrãs incurrerit in periuriũ: quia si antè incurrisset in periurium, quia nõ satisfecisset debito tempore prout iurasset satisfacere, tũc talis absolutio nõ debet per episcopum côcedi: ita originaliter cõsuluit Federicus de Senis in consilio ccc. incipiẽte: factum tale est, debitor iurauit soluere. in fi. vbi dicit ita debere intelligi c.j. de iurein. alleg. Io. And. in c. debitores. gl. penul. in fin. eodem titulo. allegat etiam rationẽ c. quia frustrà. de vsuris. quã opinionem etiam cõsulendo tenuit Petrus de Ancharano, in cõsilio secundùm ordinem meorum, cxcviij. incipiente, prædictis subtiliter, & ad plenum deductis. in fine. vbi dicit, ꝙ aut iudici non est facta mentio de ipso periurio, & tunc tanquàm indirectè obtenta est nulla: argumen. l. si prætor. ff. de iudi. aut est facta mentio, qua non obstante secuta est absolutio, & tunc

& tunc est iniusta: habilitare periurum ad agendum, & sic aperire viã periurijs, quod fieri non debet, vt l. prima, si aduers. vendi. & cap. si verò. cum similibus. de iureiu. Et hanc sententiam sequitur dominus Cardinalis in dicto c. debitores. vbi etiam Imo. & dominus Abb. in secunda columna, versiculo, antequàm expediamus illam particulam. & Lau. de Rodoi. in suo tractatu, de vsur. in quæst. cxxij. incipiente, tractemus nunc aliquid de iuramento. & Alexander in consilio lxxxiiij. incipient. interrogatus sum. in secunda columna, versiculo, & subdit ibi. in quinto volumine. & Philippus Corneus, in consilio vj. incipiente, in hac consultatione viso suprà scripto puncto. in quarta columna, versiculo, in casu autem nostro. in primo volumine. Et similiter remedium suprà datum contrà dictam malitiam, scilicet remittere
5 iuramentũ, non esset bonũ: *quia iuramentũ nõ potest remitti, quãdo altera pars iam incurrisset periurium: vt not. Barto. & dominus Iason, in l. Labeo. ff. de iureiurando. Bartolus in l. cũ ita stipulat⁹ sim à Proculo. in vlt. col. versi. item quid si prorogaui terminum. de verborum obligatio. Baldus in authẽtica, quod eis. in fin. C. de nupti. & Fely. in cap. j. de iureiur. in ij. colum. versic. procedit ergo iste text.

a Tũc remit. sibi ipsum iura. *Iuramẽtum an poßit remitti per partes, ut euitet periuriũ: uide p d Lud. de Rom. ĩ cõsi. suo xũ. incip. uiso facto proposito. cæterisq; cõsilijs & facit cap. primum extrà de imu. facit quod no. Bar. in l. j in §. & post operu ff. de nous. oper. nũ & per Io. An. extra de spo. c præterea. nũquid autẽ tolli poßit per statutũ naturali iustitia persuadẽte? uide de hoc signanter in præallegato consi. Ro. quod est pulchrum.*

Cautela ad irritandum unum processum. XII.

1 *Iuramentum calumniæ tacitè remitti potest.*
2 *Iuramentum de calumnia in tantùm necessarium est, & rationabile, quòd non ualeret statutum seu consuetudo in contrarium, quòd tale iuramentum præstari non debeat.*
3 *Acta ubi non loquuntur, nec nos loqui debemus & quòd in corpore actorum non continetur, factum nõ reputatur.*

SI QVIS mouet tibi litem, & vis facere, ꝙ processus, qui in causa formabitur, sit nullus, accipe cautelam, quòd quando respõdes libello actoris, & negas narrata prout narratur, & petita prout petuntur, &c. ꝙ tunc in respõsione tua in aliqua parte, quæ nõ soleat multùm põderari, petas pàrtem aduersam iurare de calumnia, & posteà circa dictum iuramentum amplius nõ insistas: quia si aduersarius nõ aduertet ad dictã petitionem iuramenti, & sic de calũnia non iuret, totus processus erit nullus: *quia iuramentum calumniæ bene potest tacitè remitti. ut c. j. de iuramẽ. calum. in vj. sed si est petitũ, & nõ fuerit præstitum, totus processus est nullus: ita tenent Iacob. Butrig. Pau. de Castro, & Franc. de Aretio in l. ij. §. sed qa veremur. C. de iuramẽ. calum. vbi Iacob. Bu. dixit, ꝙ malitio si procuratores dum respõdent libello, negãt narrata prout narrãtur, &c. & posteà in fine scripturæ, petunt de calumnia iurari, & vlterius nõ insistant, vt si tale iuramentũ nõ præstetur,

tur, totus processus reddatur retrò nullus. quā opin. similiter tenet Bar. & clarius Alexand. circa prin. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. noui nūc. Imo. in l. qui bona. §. si alieno. & ibi etiam Alex. in v. col. vers. & circa istud iuramentum calumniæ. ff. de damno infecto. Mathesil. in suis singula. singul. lxvj. incipiēte. no. aliam cautelā domi. Iaso. in l. iusiurādū & ad pecunias. §. qui iusiurādum. ff. de iureiurā. Practicus Papiē. in forma libelli in actione reali, in verbo per sa 3 cramētum calumniæ. *nā ista præstatio iuramēti de calumnia, est in tantùm necessaria, & rationabilis, ꝙ nō valeret statutū, seu cōsuetudo in cōtrarium, quòd tale iuramentum non debet præstari: vt c. cæterum. de iuramen. calum. & c. constitutus. de fideiuss. & ita firmant Mathesi. domi. Iaso & Practicus in locis suis superius alleg. Secūda cautela est, si vis irritare processum, qui agitatur in causa, ꝙ quando citaris ad vidēdū iurare testes, iuxta l. si quando. C. de testi. & in c. in nomine domini. extrà eo. nō cōpareas: quia si eueniret, id quod sępissimè solet euenire, ꝙ testes vocati ad testificandū, compàrēt corā notario, neutra parte præsente, & dicūt Domine notarie nos fuimus citati ad deponēdū in tali causa, vellemus, ꝙ nos expediretis: quia sumus impliciti negotijs, non possumus hic diu morari. notarius autem neutra parte præsente defert eis iuramētum, & posteà dicit, ite & reuertimini cras: qa vos examinab o, nūc nō possū: & notarius istud facit ad hoc, vt testes iurati in termino, possint quandocūque examinari etiam extra terminū, iuxta notata per Bartol. & Roma. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infe. & latè per Roma. in consil. ccccxlvj. incipien. quo ad primum. nam si eueniret, vt superius est dictū, ꝙ notarius deferret iuramentum testibus de veritate dicēda, neutra parte præsente, vel dic etiā, posito quòd partes sint præsentes, vel aliqua earū, sed istud nō cōstaret in actis, quo casu de deductis in iudiciū tātùm creditur iudici & notario: quātùm probāt ipsa acta: vt c. quoniam cōtra. cum ibi notatis, de probatio. *Nam vbi acta nō loquuntur, nec nos loquimur: & qđ in corpore actorum nō cōtinetur, factum nō reputatur: vt dicit Bal. in c. fin. de probati. nam acta nō possunt probari per testes, nisi quando fuissent redacta in scriptis, & essent deperdita: vt nota. per Bar. & Bald. in l. ne in arbitris. C. de arbit. & latè per Bal. in l. fi. in ij. col. versi. quæro numquid acta iudicij. C. de iudi. cum cōcord. traditis per Fely. in d. c. quoniā contra. de probatio. in vltima colū. versi. nonò quæro tunc omnis testificatio facta per tales testes iuratos, neutra parte p̄sente, nō valet, nec tenet. ista est gl. peregrina, & vnica in iure, in l. si quādo in verbo, introducit. C. de testi. per quam Rapha. Fulgo. in l. j. C. quomodo & quando iudex dixit, se hic Paduæ irritasse mille processus, & mille dicta testium. quē refert & sequitur Lanfrā. de Oria, in repeti. dicti c. quoniam cōtra. in verbo. testes. in sexta quæstione.

Cautela ad faciendum, quod dictū testis extraiudiciale, præualeat secundo iudiciali. XIII.

1 *Testis quando dictum præualere debeat, si unum extra iudicium, & aliud posteà in iudicio dixerit.*

QVAESTIO est inter scribentes, nunquid si testis dicat vnũ extra iudicium, & aliud posteà in iudicio, quod dictum istorum debeat preualere. Bart. in l. eos. ff. de fal. mirabiliter tenuit, ꝙ primum extraiudiciale debeat præualere secundo iudiciali: imò ꝙ est plus, voluit, ꝙ propter talem variationem, tãquàm falsarius debeat de falso puniri: vnde a dicit, ꝙ cautela est, quando habes testem, de cuius stabilitate dubitas, interroges ipsum coram testibus: quia si vnũ dicit extra iudicium, & aliud posteà in judicio, primum dictum extraiudiciale præualebit secundo iudiciali: & talis varians poterit de falso puniri: subiungens, ꝙ propter hoc cauti homines, quando interrogantur, quid deponetis, respondent, quando ero in iudicio, dicam quod mihi videbitur, & ꝙ bene faciũt, ne posteà incidãt in falsum: quam opinio. tenuit etiam domin. Anto. licet circa punitionem falsi discrepet à Bartol. per rationem, de qua ibi per eũ in c. cũ in tua. de testi. tenuit Pe. de Ancha. in omnibus sequẽdo Bartol. in Clemen. ij. circa fin. versicu. si verò econuerso. de testi. dom. Card. dicens ibi de hoc esse casum rotundum, in c. per tuas. circa princ. de probati. & dom. Abb. in c. inquisitionis. §. tertiæ. de accus. & hanc sententiã etiam cõsulendo tenuit Pe. de Perusio, in quodam suo cõsilio incipien. testis extra iudicium. cui cõsilio se subscripserunt domin. Honofri. de Bartholinis. domi. Marcus Angelelli, sua tempestate Doctores Perusini præclari, vt refert Philip. Corn. in cõsil. clxv. incipient. licet in hac cõclusione. in vltima columna, versicu. & quãdo testes deponunt. in iij. vol. & pro hoc bene facit gl. in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex quibus causis in poss. ea. quæ vult animum cognosci per extraiudicialiter dicta. Tamẽ communis & vera opinio est in cõtrarium, quòd testis dicens vnũ extra iudicium, & aliud posteà in iudicio, ꝙ secũdum dictũ iudiciale præualeat primo extraiudiciali. & ꝙ talis varians nõ possit puniri de falso. quam opin. primò visa est tenere gloss. & ibi Ioann. de Imo. qui dicit Canonistas communiter tenere cõtra Bar. in c. cùm causam. de testibus. Bald. Panor. & Barba. in dicto c. per tuas. de probat. Ang. in d. l. eos. ff. de fal. & in cõsilio ccxxxiij. incipi. punctus est, quædam domina Margarita. in ij. versicu. quinimò secundum Barto. vbi dixit, quòd opin. Bar. nunquàm sibi placuit, tenet Roma. in l. qui bona. §. si quis stipulatus. de dã. infec. & in cõsilio cccccv. incipiẽ. cũ testis extrà iudicium. Salyc. in auth. si dicatur. C. de testib. & in l. si quis decurio. circa finem, versic. quæro testis extra iudicium. C. de fal. Baldus in l. nullum. in principio. C. de testibus. & ĩ c. j. §. si enim domino. quid sit inuesti. in vsi. feudo. vbi dicit, ibi esse casum cõtra Bar. tenet idẽ Bald. in cõsilio clxviij. incip. licet assessores eũtes post Bar. sicut cœci. in quinta parte. & Io. de Ana. in præal. c. inquisitionis. §. tertiæ. de accus. & ista in effectu est cõmunis opinio, à qua in iudicãdo & cõsulẽdo nõ est recedendũ. Tu autẽ, qui habes testẽ, qui extra iudiciũ dixit, id quod est ad propositum tuũ, si vis obuiare, ꝙ si contingeret, quòd ductus in iudiciũ aliud diceret, quàm quòd extra iudicium

tũ dixerit, quòd per talẽ suã narrationem tibi non noceat, & sic ꝙ primum dictum extraiudiciale, præualeat secundo iudiciali. Cautela est, ꝙ quãdo extraiudicialiter corã testibus ipsum interrogasti, & respondit se nihil scire, vel se tantũ scire, ꝙ tunc per aliquem bonũ modũ inducas ipsum iurare, se tibi dixisse purã veritatem, & nihil aliud scire, nisi ꝑ ut tibi dixit: qa si posteà in iudicio aliud dicet, primũ dictũ extraiudiciale, ꝑualebit secũdo iudiciali: ita singulariter dixit do. Abb. per rõnẽ, de qua ibi per eũ, in præallega. c. per tuas. quẽ refert, & extollit Fely. in d. c. cùm in tua. & istã opinionẽ saluãdo, hoc mõ Barto. in d. l. eos. tenuit Fulg. in l. qui falsa & varia. ff. de testibus. saco. Aluarotus in c. j. §. notandũ. de no. feudo. Cæpol. in cõsi. ixj. incip. super primo dubio, quo quærit. in j. col. ver. & põt alia ratio asignari. & in ij. colũ. ver. nec obstat, ꝙ tertio loco. & Alex. in cõsi. cliiij. incip. viso themate suprascripto. in iij. col. versi. prætereà probatũ est. in quinto volu. Et istã cautelã aliàs hic Paduæ duabus vicibus practicaui, & obtinui coram rectore nostro Iuristarum: quarum vna fuit, sub magnifico equite aurato, & iuris vtriusq; Doctore do. Iulio Luzago, nũc affine meo clarissimo, tẽpore, quo Rector erat istius nostri Gymnasij Patauini.

a Et ꝙ talis. *Adde an testis examinatus in iudicio, si deposuit uno modo, deinde extra iudiciũ aliud dixit prius antequã examinaretur, an occasione uacillationis posit torqueri. uide in consi. lxiij. in j. uol. per do. Alex. de Imol. Sed nunquid testis deponens falsum nõ circa factum principale, nec circa qualitates substantiales, sed circa alia extrinseca, an reddatur in totũ falsus. uide per eundẽ d. Alex. Imo. in consil. lxxxviij. in v. uol. Item si testis extraiudiciũ dixit nihil scire, an posit cogi testificari in iudicio. uide per do. Ludo. Ro. in consi. ccccv. quod inci, cũ testis extraiudicium &c. est pulchrum consilium.*

Cautelæ diuersæ ad liberandũ iudicem à syndicatu. XIIII.

1 *Iudex aliquem ad torturam, nisi præcedentibus indicijs ponere non potest.*

2 *Statutum si disponeret, quòd potestas uel iudex maleficiorum liberum arbitrium procedendi in criminalibus habeat. aliquem ad torturam, nisi præcedentibus indicijs, ponere non potest.*

3 *Iudex an actione iniuriarum teneatur, si aliquem iniustè carcerare fecerit.*

4 *Actionibus popularibus, & etiam in criminibus uno agente, actio consumitur.*

5 *Reus quotiescunq; cum accusatore conuersari reperitur, præuaricatio probata dicitur.*

6 *Maritus leno præsumitur, quando ex uxoris adulterio non indignatur.*

7 *Iudex non potest nisi ex magna causa augere, seu minuere pœnas à statuto limitatas.*

8 *Iudex quilibet malè gerens officium suum in alterius damnum, facit litem suam.*

9 *Iudex si condemnauit minori pœna quàm debuerat, in pœnis publicis, non competit fisco auxilium restitutionis in integrum.*

10 *Iudex deposito officio, debet stare in loco officij per quinquaginta dies, ad hoc, ut de eo conqueri uolentibus respondere ualeat, quo tempore elapso*

amplius non tenetur.

1 IVRA* sunt vulgaria, quòd a iudex
a non potest aliquem ad torturã ponere, nisi præcedãt legitima indicia: vt l.j.in prin.& l.si.ff.de quæstio.& l.milites.§.oportet.C.eo.& l.sicut. C.de fal.& c.cum in cõtemplatione de regu.iu.in antiquis.& c.nõ solẽt ij.q.vj.& ista regula est adeò vera,
2 *quòd etiam si extaret statutũ, quòd potestas, vel iudex maleficiorum, habeat liberum arbitrium procedendi in criminalibus, tamen propter hoc non posset ponere aliquem ad torturã absq; legitimis indicijs, vt notabiliter voluit Gandi.in suo tracta.malefi.in rubri.de quęstio.& tormen.circa finem.versi.quid autem posit facere potestas.& Pau.de Eliazar.in cap.grauis.de depo.quem sequitur Alex.in cõsil.lxvj.incip.habita super contentis in superiori themate congrua consideratione.in ij.colum.versicu.videtur ergo contra bonos mores.in primo volumine.& casu quo iudex torqueret aliquẽ sine ipsis legitimis indicijs, tenetur in syndicatu actione iniuriarũ, arbitrio iudicis habentis iudicare: vt nota.Bal.in rubri.C.de pœna iudi.qui ma.iudi.& Salyc.in l.fi.in vij.q̃stione.C.eod.pone modo, quòd iudex fecit aliquẽ torquere non præcedẽtibus legitimis indicijs, eritne dare ei aliquod remediũ seu cautelam, ꝙ in syndicatu nõ posit cõueniri? dic quòd sic. Cautela est, ꝙ in relaxatione torti inducat ipsum cũ blanditijs, vel alio bono modo ad confitẽdum, quòd legitimè fuit tortus, & faciat, quòd aliquis notarius sit de tali confessione rogatus: quia hoc modo nõ tenebitur in syndicatu.ita signanter dicit Cataldi de Visso, in tracta.syndica.circa principiũ allega.hoc voluisse Ang.in l.iniuriarum.§.si qs ꝓ decreto.ff.de iniur.& dicens quòd ita vidit de facto practicari.quem refert & sequitur solennis do.Franc.de Sancto Seuerino, in suo tractatu de indic.& tortu.in materia torturæ, in quinta quæstione prin.in fi.In præcedenti cautela vidim⁹ qualiter iudex nõ posit syndicari, quando aliquem iniustè torsit. Pone modò, quòd aliquem iniu-
3 stè similiter fecit incarcerare,* quo casu tenetur actione iniuriarum: vt est textus in l.nec magistratibus.ff.de iniur.& nota.gl.in l.ij.§.fin.ff.si quis cautio, quæ iniuria æstimatur iuramento ipsius iniuriati cum taxatione iudicis, iurando se potius voluisse tantùm perdidisse, quàm fuisse passum illam iniuriã iniustæ carcerationis: vt no.gl.& Barto.in l.iniuriarum æstimatio.ff.de iniur.& Socy.in consi.cxlvj.incip.viso processu agitato.in vltima colũ. Qua cautela poterit vti iste iudex, qui fecit aliquem iniustè incarcerare, ad hoc, ne posit conueniri in syndicatu actione iniuriarũ. dic ꝙ cautela est, quòd antequàm relaxet ipsum incarceratum, faciat, ꝙ præstet fideiussores de se præsentãdo toties, quoties fuerit requisitus: quia per talẽ præstationem fideiussionis, videtur approbare capturam, & cõfiteri fuisse legitimè captum: ita docet solennis Doct.dom.Amade.de Castel.q tempore suo fuit magnus practicus in magistratibus, in suo tractatu de syndica.circa finem.versi.postremò dicendũ est.allegat ita tenere Bart.& ita in effectu tenet in sua disputatione

tione incip. Lapus fuit captus. Seq-
tur Bap. de Sancto Seuerino, licet di
cat istam decisionem sibi videri du
ram, in suo tractatu de debitari. su-
spect. & fugit. in penult. quæstione. 5
Et accipe aliam cautelam secūdùm
ipsum dominū Amade. in loco su-
perius allega. ad liberandū officialē
a syndicatu, quādo incidit in aliquā
pœnam: quia forsitan fecit cōtra sta
tutum, quòd intra tempus querelā-
di faciat porrigi petitionē per ali-
quem amicum secretum, qui præue
niat alios volentes talē petitionem 6
porrigere, super qua petitione au-
diendus erit qui præuenit, & ratio-
ne præuentionis alij maleuoli ex-
cluduntur: vt nota. in l. si seruus plu
rium. de leg. primo. & si ille, qui de-
dit querelā, omittit eā probare, po-
testas, vel officialis absoluitur, iuxta
l. qui accusare. cum simili. C. de edē.
ita ad literā dicit ipse do. Amade. in
loco superius allegat. Et adde, licet
ipse nō dicat, ꝙ ratio istius cōclusio
4 nis est, * quòd in criminibus & actio 7
nibus popularibus, vno agēte, actio
cōsumitur: vt no. gloss. magistra, in
verbo, iudicatum. & ibi Panor. in c.
cùm dilecti. de electio. & Bar. in l. si
cui. §. j. ff. de accusatio. Cano. omnes
in cap. de his. extrà eodem, de accu-
sa. nam quis pluries de eodem de-
licto non debet inquiri: vt dicit
textus in l. licet. in fin. ff. naut. caup.
stabul. & not. Bartol. in l. iurispe-
ritos. §. j. ff. de excus. tuto. Et in-
quātùm est dictum suprà, quòd peti
tio porrigat per amicū secretū, sunt
verba dicta cum ministerio. ꝑpter
vitium collusionis: quia si cōstaret
de collusione, licet ipse iudex semel
fuisset absolutus, tamē iterū ab alio 8
posset accusari: vt l. iij. ff. de præuari.
& in l. cū qui. §. in popularibus. ff. de
iureiurā. Et not. perpetuò doctrinā
Barto. in l. j. §. prçuaricatorem. ff. ad
Turpil. vbi notabiliter dixit, * ꝙ quo
tiescūq; reperitur reus cōuersari cū
accusatore, dicitur probata præuari-
catio: quia cū ex accusatione cōsue-
uerint oriri inter accusatorē & accu
satū inimicitiæ, vt l. inimicitiæ. ff. de
his, quibus vt indignis. & in l. iij. §. fi.
ff. de adimen. lega. cōuersando ergo
reus cum accusatore, & nō indignet,
prçsumitur collusio. * Sicut maritus
prçsumitur leno, quādo ex adulterio
vxoris nō indignať: vt l. mariti leno-
cinium. in princ. ff. de adulte. Sed ta
men istud limitat Maria. in d. c. de
his. de accusa. cū quo ibi transit Fely.
in viij. limitatione. nisi accusator es-
set persona integra. Et accipe aliam
cautelam secūdùm ipsum do. Ama-
de. in loco superius allegato, ad libe
randum iudicem à syndicatu, in qua
licet ipse se expediat tribus verbis,
tu autem eam melius ordina. * Tu
habes, quòd iudex nō potest, nisi ex
magna causa, augere, seu minuere
pœnas à statutis limitatas: vt notat
Baldus in l. quid ergo. §. pœna gra-
uior. in repe. in tertia columna, versi.
sed. iuxta hoc incidenter quæro. ff.
de his qui notant. infamia. & in l. pri
ma, in tertia colū. versicu. sed hic re-
stat dubium. C. ex delictis defunct. &
in l. prima. C. si aduer. delic. & Barto.
in l. hodie. ff. de pœ. & bene facit, qđ
no. Bald. in l. præses. versicu. quid de
prioribus ciuitatum. C. de transacti.
Et si iudex aliter facit, augendo, seu
diminuendo pœnas à statutis taxa-
tas, potest conueniri in syndicatu:
* nam quilibet iudex malè gerēs of-
ficium

ficiũ ſuũ in damnũ alterius, facit litẽ ſuã: prout dixit Baldus in l. qui crimen. circa finem. C. qui accuſa. non poſ. adeò, ꝙ iſto caſu iudex non euaderet ſyndicatum, licet in ſententia apponeret clauſulam, quã cõdemnationem volumus habere locũ, dummodò non ſit cõtra & pręter formã ſtatutorum, aliàs ipſam reducimus ad formam ipſorum ſtatutorũ. nam talis clauſula nihil operatur, quominus condemnatio ſpecificè facta, nõ remaneat firma, prout diſputando tenuit Iaco. de Beluiſio, in quadam ſua diſputatione, incipien. in Chriſti nomine, lege municipali. quem refert & ſequitur Baldus in dicta l. quid ergo. § pœna grauior, in repetitio. in vj. colum. verſicul. iuxta hoc quæro primò. ff. de his qui notãtur infa. tenet Bald. in authẽtica interdicimus. C. de epiſcop. & cleric. Bartolus in l. moris eſt. §. iſtę fęrè. ff. de pœ. & in l. iudex poſteaquàm. ff. de re iudicata. diſtinguẽs tamen, vt ibi per eũ, cuiꝰ diſtinctione reprobat Bald. in dicto §. pœna grauior. ſequitur etiam dominus Abb. in capitulo, in literis. de offic. delega. Pone modò, ꝙ iudex 9
iuxta formã ſtatutorũ debebat cõdẽnare in centũ applicanda fiſco, condẽnauit tantummodò in quinquaginta. quomõ faciet ad obuiãdũ, ꝙ in ſyndicatu non poſsit conueniri? dic, ꝙ cautela eſt, quòd faciat, quod ſyndicus communis petat coram ipſo iudice reſtitutionem in integrũ aduerſus ſententiam, quæ omnia fieri poſſunt: nam ſyndicus communitatis, abſq; alio ſpeciali mandato, poteſt in cauſa cõmunitatis petere reſtitutionem in integrum: vt volunt Cyn. Bartol. Baldus, & Paul. de Caſt. in. l. vnica. C. etiã per procurat. cauſ. reſtit. in integrũ agi poſ. & Innocẽ. in capitulo, ſuſcitata. de in integrum reſtit. & Baldus in l. illud. §. primo ff. de minor. & Paul. de Caſtro, in l. iuſiurãdum & ad pecunias. §. defenſor. ff. de iureiurando. & Alexan. in l. præſes. in principio. C. de tranſact. & ſimiliter iudex, qui tulit ſentẽtiã poteſt contra eam concedere reſtitutionẽ in integrũ: vt eſt text. in l. a cauſæ. la ſecunda. §. finali. & in l. præfecti prætorio. ff. de minori. & in capitu. cum Bertoldus. de re iudica. & notat Panor. in capi. ex literis. in tertia columna, verſicu. & ex hoc dicto. de in integrũ reſt. & Philip. Franc. in capitulo, dilecti. in ix. quæſtione. de appella. qua reſtitutione cõceſſa, poſteà ipſe iudex ſuppleat quantitatem debitã. ita dominus Amade. in loco ſuperius allegato, referẽs ita tenere Bald. in ſuis concluſionibus, in verbo, pœna. & dicentẽ ſe ita audiuiſſe à Bartolo in voce. Sed aduerte, licet ipſe nõ dicat, ꝙ Baldus in addition. Specu. in titulo de accuſa. verſiculo, quid ſi iudex. tenet cõtrariũ,* ꝙ ſi iudex cõdẽnauit minori pœna, quàm debuerat, ꝙ in publicis pœnis nõ cõpetit fiſco auxiliũ reſtitutionis in integrũ: per textũ in l. auxiliũ. in principio. ff. de mino. Tamen cautelã prædictam approbat Angel. in dicto §. pœna grauior. dicens, quòd ſi iudex condemnauit aliquem minori pœna, quòd ſyndicus poterit coram eodem iudice petere in integrum reſtitutionem, aduerſus ipſam ſententiam, & quòd iſto caſu iudex excuſabitur à ſyndicatu, dicens, ita aliàs conſuluiſſe Bar. Et circa iſtam materiam ſyndicatus: accipe aliam cautelam.

lam.tu habes, * q͂ iudex deposito officio, debet stare in loco officij, p quinquaginta dies ad hoc, vt valeat respōdere volētibus cõqueri de eo: quo tēpore elapso, amplius nõ tenetur alicui respōdere: vt est casus in l. j. C. vt oēs iud. tam ciu. quàm mil. & in §. necessitatē. in authentic. vt iudi. sine quoquo suffragio. Sed istud est verũ, q͂ post illud tēpus, aliquis amplius nõ auditur, scilicet in loco, vbi exercuit officium, secus in propria patria, quia ibi põt perpetuò cõueniri: vt notat gl. & Bart. in l. secunda. ff. ad leg. Iul. repetun. Bal. in l. obseruare. §. proficisci. in quarta q. ff. de officio procon. & do. Abb. in cap. aduersus. in tertia col. de immuni. ecclesi. Quęro, qua cautela poterit vti iudex, vt post dictũ tēpus, nõ possit conueniri, etiã in propria patria. Dic, q͂ cautela est, vt faciat fieri proclamata, vt omnes, qui intendunt petere intra tantum tēpus, cõpareant, aliàs amplius nõ audiētur; quia isto casu, elapso dicto termino, non poterit cõueniri, etiã in sua patria. ita notabiliter dominus Cardi. in cap. penul. de iudi. dicens, se ita obtinuisse in facto, quē ibi sequitur dominus Abb. in quarta col. versic. sunt tamen alij casus. & similiter Maria. & Fely. & alij Moder. ibi, & Paris de Puteo, in suo tractat. syndicatus. sub capitu. de officio syndicatorũ. §. officialis finito officio. & ita cõmuniter tenetur, quicquid tenuerit Petr. de Ancha. in dicto cap. aduersus. de immu. eccle. Aduerte tamē, q͂ Alexã. in d. l. ij. in apostil. ff. ad l. Iul. repetũ. refert Francis. de Galla dicentē d. Bar. in d. l. ij. esse verũ, dummodò in loco officij nõ fuissent facta proclamata, &c. & sic approbat cautelã, de qua suprà. & posteà subiungit, & q͂ per syndicatores post elapsum terminũ edicti fuerit pronunciatũ in cõtumaciã nõ cõparentiũ, aliquē de cætero nõ esse audiendum: & officialis fuerit absolutus: & sic videtur innuere, q͂ nõ sufficiat fieri proclama, prout suprà, nisi etiã sequat̃ sentētia absolutoria. Sed circa hoc dicas, q͂d aut in edicto seu proclamato fuit appositus tantũ modò terminus absq; cõminatione, q͂ de cætero nõ audientur: & tũc nõ obstante elapso termino, posset in propria patria conueniri. *Nam elapso termino hominis, adhuc qs potest agere, vsquequo per iudicē imponatur silentiũ illis, qui nõ comparuerint: vt singulariter dicit Inno. in capitul. cùm in tua. qui matr. accu. poss. de quo exclamat Ang. in l. j. C. vt ne. inui. & idē tenet Bald. in l. diffamari. C. de inge. & manu. Si verò fuerit appositus non solũ terminus, sed etiã fuerit cõminatum, q͂ de cætero nõ audiendtur. & isto casu non requiritur alia sententia: vt nota. dixit Salyc. in l. si ea. in vltima colũna. C. qui accu. non pos. de quo dicto, facit textũ Angel. de Aret. in §. si minus. in ix. versi. quæro iudex statuit Titio terminum. Insti. de actio.

11

a Iudex nõ. *Sed adde nũq͂d debeat tortura differri, etiã si p̃cedunt indicia, si reus uult indicia repbare. uide p Paul. de Lea. in c. grauis. extrà de depos. & per do. Ale. de Imo. in cõsi. xlj. in ij. uo. & est passus quotidianus: nã post torturã tardè fit repbatio, cuius illud grauamē posteà nõ sit reparabile. l. ij. ff. de ap. recipi. dic quòd dãda est copia indiciorum parti, ut super ipsis disputari possit: & an teneatur in syndicatu iu-*

dex,

dex, si aliter facit. uide in prꝗalle. pulchro, & quotidiano consilio.

Cautela ad instruendũ excipientem cõtra personas testium, ad hoc, ne faciat actum nullum. XV.

1 *Oppositionũ fiẽdarũ cõtra testium personas, duplex genus in iure reperitur.*

2 *Testis conditio respicitur tempore delati iuramenti, & non publicati processus tempore.*

1 DVPLEX *genus oppositionũ fiendarũ cõtra personas testiũ, reperitur in iure: vnũ, quod est introductum in merũ fauorem illius, cõtra quẽ testes producũtur, vt est oppositio amicitię, inimicitię, domesticitatis, infamiæ, consanguinitatis, & similes. & istæ tales appositiones regulariter nõ possunt opponi publicatis attestationibus, vt est casus in ca. pręsentiũ. de testi. nisi in tribus casibus ibi enumeratis: quorum vnus est, quãdo volens opponere, iurat se nõ maitiosè, nec animo calumniandi velle opponere: alter quãdo doceret, se ipsas oppositiones de nouo reperisse: tertius quando ante publicatas attestationes protestatus fuisset, se velle opponere contra personas ipsorũ testiũ: quia per talem protestationẽ reseruatur sibi ius opponendi. Vnde ex hoc, insurrexit communis practica omniũ litigantium, ꝙ quãdo testes examinandi producuntur, protestãtur exceptiones tam contra dicta, quàm contra personas sibi saluas fore. de qua cõmuni practica facit mentionẽ Panor. & Andr. Sicul. in d. c. præsentiũ. & Bal. in l. si quis testibus. in iiij. col. versi. dubitatur hîc. C. de testi. vbi dicit, ꝙ cauti aduocati semper à principio protestantur exceptiones sibi saluas fore, tam contra dicta, quàm cõtra personas: quia per talem protestationẽ reseruatur sibi ius opponendi, cũ per ipsam excludatur tacitus consensus, arg. l. si filiusf. la prima. ff. ad Maced. Aliud genus oppositionũ est inuentũ in merũ odiũ ipsorũ testiũ, vt est quãdo opponitur testi, ꝙ est Iudęus, hæreticus, infidelis, bannitus, excommunicatus, & de similibus. nã istæ ta- 2
les oppositiões possunt fieri, etiam post publicatum processum, & post didicita testificata absque solẽnitate dicti c. pręsentiũ. vt declarat Io. And. in addi. Spec. in titul. de testi. §. sępe. in princ. & Fely. in cap. si diligenti. in antepe. col. versi. primum. corolariũ. de foro cõp. quia tales exceptiones nõ possunt volũtate partiũ tolli. arg. l. tametsi. ff. ad Mace. secundũ Io. An. vbi s. quod etiã habet locũ in oppositionibus puenietibus à iure naturali, vt est oppositio impubertatis, furoris, & dementiæ: quia similiter tales exceptiones nõ possunt partium volũtate tolli, quia iura naturalia immutabilia sunt: vt §. sed naturalia. Instit. de iure natu. gen. & ciui. & v. dist. in. ad eius. licet istã differẽtiã inter vnũ genus oppositionũ, & aliud reprobet Salyc. in d. l. si quis testibus. in j. col. versi. nunc transeo ad personã. cũ quo videtur transire Fely. in d. c. præsentium. in j. col. versi. quintò fallit. dicens opi. Sal. tenere etiã do suũ in d. c. præsentiũ. per rationes, de quibus ibi per eos, qd aliter non examino. Multi modò parum aduertentes, & qui sunt de illis, quibus puluis cecidit supra librũ, vt verbis vtar Baldi, in l. directas. C. de testa. man. quãdo publicatis attestationib

[...]nibus opponũt contra personas testiũ, faciũt suas oppositiões ĩ hũc modũ:dico, ꝙ talis testis contra me examinatus est famulus partis aduer[...]æ,vel est inimicus meus,vel nõ est testis omni exceptiõe maior, vel est amicus mei aduersarij, & sic de singulis.& nõ aduertũt,ꝙ talis opposi[...]tio formata prout suprà non cõcludit:quia possibile est,ꝙ nũc sit famulus,ᵃnũc sit amicus,nũc sit infamis, nunc nõ sit testis omni exceptione maior,& tamẽ tẽpore iuramenti & depositionis non erat nec famulus, nec amicus,nec infamis:imò erat testis omni exceptione maior:quo casu,ista exceptio formata, prout suprà tanquàm nõ cõcludẽs in aliquo, nõ releuat ipsum excipientẽ, iuxta vulgatã l.nõ hoc,C. vnde cogna. & ca.in præsentia.cum simil.de probatio. *quia cõditio testis inspicitur tẽpore delati iuramenti,& nõ tẽpore publicati processus:vt habetur p Bar.& Ro.in l.dãni.§.Sabini.de dã. infect.& per Bal.in l.si quãdo. C. de testi.& ibi Saly.in iij.col.versi. quarto nũc quero.& per Ange.& Imo.in l.Antistius.ff.de acqui.hered.& latè per Roma.in cõsilio ccccxliij.incip. quo ad primũ.Et in terminis, ꝙ oppositio facta cõtra testẽ,prout suprà publicatis attestationibus in aliquo tanquàm nõ cõcludẽs,nõ prosit opponenti,ita egregiè cõsuluit Ange. in suo consilio j. incipien. porrecta fuit petitio.in j.col.quẽ multũ extollendo,sequitur dominus Ias.in l. Titiæ textores.in iij.co.versicu.quarrò principaliter adde. de lega. j. & in l. j.in quarta col.versic.vlti.ante quàm veniamus.C.de test.& istud dictum Angel.retulit, & secutus est,dicens esse dictum notabile And. Barba.in sua pulchra repe.ca.testimonium.de testi.in xiij.char. ver. facit notabile. dominus Ang.sequitur Fely.in cap. auditis.in vltim.col.de præscript. & de isto dicto Angel.fecit etiã mentionẽ Barba.in suo reperto. in verbo,testes deponũt.versic.xiij. incip. testis habilitas.vbi dicit,ꝙ Ang. dat practicã opponendi contra testẽ, vt articuletur,ꝙ tẽpore iuramenti erat inhabilis.quod dicit esse notandũ. imò quod est plus,voluit idẽ Ange. in cõsilio cccviij.incip.factũ tale est. Christophorus.in j.colũ. ꝙ si etiã in oppositione diceretur, est & fuit homo malę famæ,ꝙ nihilominus istud verbũ,fuit,nihil prodest:quia potest intelligi,fuit,scilicet pòst testificatũ: refert & sequitur domin. Ias.in locis superius alle.hinc est,ꝙ cõsuluit Oldra.ꝙ si quis capitulat,ꝙ ille, qui fuit electus,fuit & est publicus fornicator,nõ obtinebit:quia nõ dicit, ꝙ tẽpore electiõis fuerit.potuit enim esse antè & pòst,& non tũc. ita pulchrè Old.in cõsilio cclxxxvj. incip. in electionis negotio.in j.col. versi. quantũ ad tertiũ.& miror de.d.Iaso. ꝙ non allegauerit dictũ consilium, in locis superius alle. Sis ergo cautus tu,qui vis publicato processu opponere contra testes,vt nõ articules, ꝙ non sunt omni exceptione maiores,& sic de singulis:sed dicas, ꝙ nõ erant tempore iuramenti & depositionis, & ista tene menti: quia videbis multos errare istud non perpendentes.

a Nũc sit am. *An causæ speciales sint designãdæ infamiæ,si opponit cõtra testẽ,ꝙ sit infamis,uide p d.* Lud. Ro. *in cõs.cccxc.q̃d incipit,in casu proposito cõsultat*

sultatio.causa enī infamiæ declaranda est.Itē quātūcūq; opponat̄ cōtra testē, ꝙ sit uilis persona,supplet̄ tn̄ per alium testē magis idoneū.in cōsi.ubi.s. in fin. Testis an poßit eße salariatus. Itē famulus qd de amico.uide in alio cōs.per eūdē ccccxx.quod īcip.proposita q̄stio uidetur &c.et loqtur de solicitatore. qd autē de graui amicitia, & nō leui, tāgūtur prædicta omnia in dicto cōsi. a

Cautela ad faciendum, quòd ita tuentes ualeant disponere super iuramento. XVI.

1 *Principes seculares per statuta sua, iuramenti uires eneruare non poßunt.*

1 COMMVNIS *& vera opin. scriben.est, ꝙ principes seculares per statuta sua non posśint iuramenti vires eneruare, etiam si talis princeps esset Christianisśimus Rex Franciæ, quāuis super omnes reges Christianorū portet coronā libertatis & glorię: vt eleganter & verè dicit Bal.in suo consi.ccccxv.incip.petita venia, flexisq; genibus loquar.in prima parte.& etiā si esset ipse Imperator, quamuis tātæ sublimitatis sit, ꝙ in hoc mūdo sit veluti vnus Deus corporalis, & super omnes emineat tanquàm stella matutina in medio nebulæ meridionalis, ꝑut dixit Bal. in capitulo primo. §.fi.in vltim.col. in titul.de prohi.alie.feu.per Fede. & quamuis etiā sit tātę autoritatis, ꝙ qui præceptū suum cōtemnit, sibi ipsi iudicium acquirit, & inter homines pœnas luit: & apud Deum frontem non habet: vt cantat text. xj.q. iij.Imperatores. & quāuis similiter omnia posśit, quę sunt secundū, contra, & pręter legē, vt dicit Baldus in consil.xv.incip.in quæstione proposita.versic.secundo dico, ꝙ Imperator.in secunda part. & totius orbis monarchiam obtineat: vt dicit text. xij.q.j.futuram.adeò, ꝙ qui diceret contrarium, hęreticus censeretur: vt pulchrè dixit Barto.in l.hostes.in ij. colū.ff.de cap.& postli. reuer. Attamen non habet a potestatē disponendi super iuramento: quia ad solā ecclesiā, & Romanū pontificem cognoscitur pertinere: vt capit. venerabilem.de electio. & capi.nouit.de iudi. & xcvj. distinct.si Imperator. de qua cōmuni opi.habetur per Bart.in l.omnes populi.& de iusti.& iure.in iij.quæstione princip.& de qua habetur per domin. Anto.in c.cū contingat.versi.tertius casus. de iureiu. & ibi latè per Imol.in tertio mēbro. & etiā per domin. Abb.in vij.colū. versicul.nunc ad prędicta applico.& per Saly.& Pau.de Cast. in authen. sacramenta.puberū.C.si aduersus vēdi.& plenè ꝑ Alex. in cōsi. lix. incipiē.viso instrumento & titu.quęstionis.per totū, in primo volumine.& in cōsi.xxxix.incipien. viso statuto & themate.in iiij. volumine, cū alijs concordantijs traditis per ipsum Alex.& dom.Iaso.in l.qui iurato. quæ est lex fin.ff. qui satisd.cog.& cū multis alijs, de quibus per Frāci.de Cur. in consilio xliij.incip.super cōtingētia facti.in vj.col.versicul. & consequēter cōcludimus, ꝙ Rex Francorum Christianisśimus.& in vltim.colum.versicul. statutum nulla inserta causa.
2 *Ex quibus infertur, ꝙ stante statuto, quòd contractus celebratus cum minore, cum filiofamilias, cum muliere, absque tali solennitate, puta absque pręsentia duorū consanguineorū, nōn valeat nec teneat, etiam si iuramentum super ipso cōtractu

tractu fuerit interpositum : tamen si minor sit filiusfamilias, si mulier faciens contractum sine illa solennitate, iurando ipsum contractum habere & tenere firmum, & in nihilo nō contrauenire, cōtractus non obstante statuto, tenebit & valebit: qa de iure canonum omne iuramentū, qđ pōt seruari sine interitu salutis ęternæ, seruandum est. vt habetur in ca. cùm contingat de iureiuran. & in c. licet mulieres. eo. titul. lib. vj. & in c. quamuis. de pactis. eo. lib. vj. & quotiescunque tractatur de peccato, stat dispositioni canonum, etiā in foro ciuili: vt not. in c. fin. de præscri. & in regula, possessor. de reg. iuris. in vj. & in c. j. & ij. de operis noui nuntia. & per Barto. & alios in l. priuilegia. de sacrosan. eccle. Si autem statuentes volunt omnino voluntatē suam adimplere, valendi iuramentum tollere, & super ipso disponere, & si nō per directum, saltem per indirectū, cautela est, ꝙ quando in statuto dixerunt, statuimus & ordinamus, ꝙ aliquis minor, aliqua mulier, aliquis filiusfamilias non possit cōtrahere, vel aliter se obligare absq; decreto iudicis, & consensu duorum propinquorum, vel prout aliter ipsis statuētibus videtur, non dicant posteà: & si aliter factum fuerit, contractus & obligatio non teneat, nec valeat, etiam si iuramentū interueniat: quia talia verba nil releuant, quominus iurādo super cōtractu, talis contractus non teneat, non obstante dispositione statuti, vt superius dictū est: sed dicant, & si aliter factū fuerit, oīs obligatio censeatur, & habeatur pro ficta & simulata, & per vim & dolum extorta: quia hoc modò, licet posteà super contractu fuerit iuratum, tñ tale iuramentum operabitur, si solennitas, de qua in statuto non interueniet. Ita notanter dixit Bartolus, in dicta l. omnes populi. in secūda quæstione, tertię quęstionis principalis, in fine. vbi dixit, se ita vidisse iudicatum. Et hāc opinionem similiter tenuit Baldus in authentic. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. vbi dicitur, ꝙ ista cautela est valde bona. & ibi Saly. in penultima colū. tenuit Paulus de Castr. in l. final. ff. qui satisda. cogantur. domi. Abb. post d. Card. in dicto capitulo, cùm contingat. in ix. col. versic. secundo mēbro principali. & dominus Abbas in sua disputatione incipiente, stante statuto condito in Italia. in ix col. versic. tertium mēbrum. & licet hanc opinionem Bartol. in d. l. omnes populi. reprobet ibi Bald. in v. col. versic. item quæro, an valeat statutum, dicēdo, ꝙ est truffa, & licet similiter Angel. in l. j. ff. de constitut. princ. dicat, ꝙ ista opinio Bart. sunt ambages, & contra ipsum etiā teneat Pau. de Castro, in l. si quis pro eo. in fine. de fideius. & in dicta authentica, sacramēta puberum. & in l. quæ sub cōditio. ff. de condi. insti. tñ opi. Bart. ꝙ iuramentum seu statutum possit per indirectum prohiberi, fingēdo ipsum simulatū, & per vim, & dolum extortum. tenet Baldus in sua repetio. l. ij. ff. de iureiur. in xliiij. col. versi. super quinta quæstione. & in lx. col. versi. quartum remedium est. vbi assignat
3 rationem, *quòd sicut sententia hominis super simulatione lata facit fidem, quòd non sit contractum periurium, vt C. plus valere quod agitur. l. emptione. sic sententia legis,

quæ facit fidē inter subditos, etiā in foro ecclesiastico. allegat not. in l. ex ea. ff. de post. & no. in c. fina. de exce. lib. vj. tenet idem Bald. in l. non dubium. in antepenultima col. ver. sed de iure canonico. C. de legibus. & in l. nec patronis. C. de operis libertorum. & in d. ca. cùm contingat. in iij. col. versic. sed nunquid statutū municipale. do. Iason in dicta aut. sacramenta puberum. in pen. & vltima columna. vbi in vtroque loco dixit ita communiter tenere Doct. & ita etiā consulendo tenet Roma. in consilio xij. incip. viso facto proposito, cæterisque consilijs. & dominus Abbas, in consilio lxxij. incipiēte, quinq: dubia. & Petrus de Anchar. in consilio cccxxxiij. incip. visa copia eiusdē instrumenti. circa finem. Fran. de Cur. licet non ita clarè in consilio xliij. incipien. super cōtingentia facti. in penul. col. versi. adde Bald. vbi alleg. Roma. in supradicto consilio xij. sequitur Philippus Corneus in suo cō silio cxxxv. incipien. visis articulis, & attestationibus. in primo volumine, vbi allegat hanc etiam tenere Fulg. in dicta authentica. sacramēta puberum. dicentem hanc esse communē opinionē. hanc expressè sentit Bald. in capitulo primo. §. item sacramenta. versi. quid ergo nunquid possunt statuta terrarum. in titul. de pace iuramen. firmā. in vsibus feudorū. vbi vult, quòd per statutū possit tolli illa fictio, quæ est, quòd per iuramentum minor efficiatur maior. est verum, quòd multi de prænominatis volunt, quòd opinio Bart. de qua suprà, tantò magis procedat, quantò b statuentes mouerentur aliqua iusta de causa: puta quòd in illo loco homines essent proni ad decipiendum minores, propterea bonum esset, q statuentes in principio statuti ita ordirent, quoniā quotidie minores, filiusfamilias, & mulieres inducunt dolo ad contrahendū, & in ipsis contractibus quotidie decipiuntur, idcirco volentes malicijs, & fraudib' hominum obuiare, statuimus & ordinamus, &c. Et ratio istius pulchræ conclusionis Barto. est: quia certum

4 est, * quòd statuta possunt inducere fictionem, iuxta not. per gloss. & Doctor. in l. siue possidetis. C. de probationi. & capitulo, is qui fidem. de sponsal. & clarè per Bartolum in sua diuina repetition. l. si is qui pro emptore. in prima quæstione. post medium. ff. de vsucapioni. contra quam fictionem, non admittitur probatio in contrarium: vt not. gloss. in dicta l. siue possidetis. & Barto. in l. si duo. ff. de acqui. hære. & in l. fin. ff. quod metus causa. Modò tātum operatur fictio in casu ficto, quantū veritas in casu vero: vt notat Barto. in l. prima. §. hoc autem senatus. ff. ad Silleian. & in l. filio quem. ff. de lib. & posthu. sed etiam de iure canonum, quando in veritate iuramentū est interpositum super contractu celebrato per vim, vel dolum, tale iuramentū non obligat: ergo idem dicendū est in casu nostro, cùm fictio habeatur loco veritatis: & quòd sit verum, ꝙ iuramentum interpositum in contractu celebrato per vim, vel dolum, non liget. casus est in sæpe allegato capi. cùm contingat. & in dicto capitul. licet mulieres. & in dicto capit. quamuis. Quod etiam habet locū, quādo iuramentum est interpositum super contractu simulato: quia similiter

rit de iure Pontificio, tale iuramentum non ligat: vt est gl. quam Bal. & alij sequũtur in l. emptione. C. plus valere quod agitur. quam singularẽ dixit Panor. in c. ad nostram. versic. nota, quòd instrumentum non iudicatur. de empt. & vend. & quã etiam sequitur Paul. de Castro, in dicta l. si quis pro eo. in iij. colum. versi. adde quintum casum. ff. de fideius. vbi dixit, quòd cùm tale iuramentũ nõ habeat consensum, dicitur carere anima. Bal. in dicta l. nec patronus. C. de oper. libert.* vbi dicit, quòd in casibus, in quibus lex præsumit simulationem, iuramentũ nihil operatur: nec est necesse pro eius relaxatione adire episcopũ. sequitur Imo. cũ concordantijs, de quibus ibi per Alexã. cum distinctione tamẽ, de qua ibi p eos. in l. Seius Augeri*. ff. ad legem Falci. Sed contra istam cautelã Bart. do. Abbas in d. c. cùm contingat. in ii. col. versi. & idẽ opinor. & in dicta sua disputatione, incipiente, stãte statuto condito, in Italia. dat vnum remediũ, scilicet, ꝙ ipse minor filiusfamilias, mulier, & similes personæ prohibitæ contrahere interrogẽtur cum iuramento, an sit verum, ꝙ contractus initus cum eis, fuerit in veritate simulatus, vel per vim, siue dolum celebratus: quia si metu iuramẽti dicent veritatem, scilicet dictũ cõtractum non fuisse simulatũ, nec per vim & dolum celebratum, tunc non obstante dispositione statuti, cogentur personæ, de quibus suprà, stare contractui. Et ratio secundùm eum est, quia dato, ꝙ per statutum induceretur præsumptio iuris & de iure, quòd obligatio contracta absque dicta solennitate esset fictitia. &c. licet contra præsumptionẽ iuris & de iure nõ admittatur regulariter probatio in contrarium, vt l. antiquę. C. ad Velleia. & l. vnica, in princi. C. de rei vxor. actio. & ca. is qui fidem. de spõsa. tamen contra eam bene admittitur probatio per confessionem partis: vt not. Glo. Cy. Bartol. Bal. & alij in aut. sed iam necesse. C. de don. ante nuptias. & gl. in l. in contractibus. in verbo nullo modo. C. de non numera. pecu. Inn. in capi. quia plerique. de immunita. eccle. & Barto. in l. absentem. cum concordan. ff. de pœn. Aduerte tamen, ꝙ licet nemo pungat istud dictum dom. Abb. tamẽ puto sanè fore intelligendum: quia aut statutum inducit præsumptionẽ iuris & de iure, & tunc dictum suũ procedit vno concurrente, videlicet, ꝙ dictæ personæ, de quibus in statuto, vellent iurare, aliàs si nollent non possent ad hoc cogi: quia quotiescũque quis habet præsumptionẽ iuris & de iure pro se, non põt cogi ad cõfitendum cum iureiurãdo, nunquid res aliter se habeat, prout fuit singulariter dictum Bal. in repet. l. ij. xviij. colum. ff. de iureiurando. quẽ refert & sequitur solennis doctor Franciscus de Crema, in suis singul. singulari cliij. incip. contra præsumptionẽ iuris & de iure. vbi dicit tale dictum esse literis aureis scribendum. Quæ conclusio etiã ratione põt probari:
6 * quia quotiescunq; quis probat intentionẽ suã per præsumptiones iuris, dicit eã probare per ꝓbationes liquidas: vt est gl. quæ reputat singularis, & ibi Bal. in l. si tutor. C. de pericul. tuto. & gloss. & ibi Angel. in l. secunda. C. de peti. hære. notat Ang. Ro. & Alexander in l. j. per text. ibi.

C. de testamen. mili. & Imo. in l. quæ situm. cum alijs suis concordantijs, ff. de re iudicat. imò dicit dominus Iason in d. l. j. C. de testamen. mili. ꝙ præsumptio iuris dicitur ipsa veritas. allegat ad hoc bonum textũ, iuncta gloss. in l. finali. §. fin. ff. de probatio. dicens illum textum didicisse à quodam magno aduocato Papi. Modò ego habeo, ꝙ quotiescunq; quis plenè probauit intentionem suam, non cogitur aliquod iuramentũ veritatis subire: vt est casus in capitulo secundo, vbi reprobatur omnis cõsuetudo, quæ esset in cõtrarium, extrà de probationib. Aut statutum inducit fictionẽ: quia fingat ipsum contractum celebratum cũ personis, de quibus suprà, esse simulatum, &c. & tunc contra talem fictionem non admittitur aliqua probatio, etiam per confessionem partis: vt notat Bald. in conclusionibus Specu. in titul. de confes. ver. contrà fictionem. & Bal. in l. non ignorat. in ij. colum. C. qui accu. non pos. & do. Ant. in ca. is qui finem. in ij. col. de sponsa. Secũda cautela est, si statuentes volunt obuiare, quòd cõtractus celebratus cũ personis, de quibus suprà, non firmetur iuramento, si solẽnitas, de qua in suo statuto non interueniat, ꝙ per statutum interdicatur bonis minorum, saluo & excepto, si contraherẽt cum autoritate curatoris, vel aliter,
7 prout statuentibus placet. *Nam certum est, ꝙ lex põt interdicere bonis: vt l. Imperator. ff. ad Treb. & l. is cui bonis. de verborum oblig. & l. j. & per totum. ff. de cura. furio. & isto casu, si in contractu non interueniet solennitas, de qua in statuto, contractus non firmabitur iuramento. Istã cautelam tradit Baldus in repeti. l. secundæ. ff. de iureiurando, in lix. col. versic. sed nunquid est dare aliquod remedium, quia iuramentum interpositum ab interdicto super contractu, non validat ipsum contractum, prout ibi not. Bal. post Iaco. de Are. in l. qui habet. ff. de curato. furio. & Franci. de Crema in suo singu. cxvij. inci. tu scis, quôd prodigo. & Barto. cum concordantijs, de quibus ibi per Alexand. & dominus Iason in d. l. is cui bonis. de verborum obligat.

a Non habet. *Sed an iuramentũ possit remitti per statutum, ita quòd statutum terminet actũ non ualere, non obstante iuramento. dic, ꝙ non: quia disponere super iuramento, non spectat ad leges ciuiles, uel seculares, cũ iuramentũ principaliter dirigatur in Deũ. c. debitores. c. etsi Christus. de iureiur. uide per d. Alex. in consil. pulcherrimo cxxvj. in j. uo. per totum. & est cõsiliũ quotidianũ, & facit ad statu. Padua.*

b Quãdo iur. *Quid si interueniat in contractu, in quo quis est enormiter læsus, an sit seruandũ, uel nõ, cùm non debeat esse iniquitatis uinculũ: & cũ regulariter sit seruandum, quãdo seruari põt sine interitu salutis æternæ? Vide elegantissimum consiliũ do. Alexã. Imo. ccccj. in j. uolu. ibi. v. quia stante deceptione, &c. & ibi, fortius est, & ibi, nam propter iuramentũ. & circa fi. ibi, non obstat, ꝙ iuramentum, &c.*

Cautela ad obuiandũ, quòd paruitas pretij, & pactũ de retrouendendo, nõ faciãt censeri cõtractum uenditionis usurariũ & simulatum. XVII.

1 *Contractus an censeatur usurarius, & simulatus, si aliquis emat aliquã rem, & paruitas pretij concurrat cum pacto*

ſto de retrouendendo.

2 *Gloſſæ opinionem quãdocunq; aliquis doctor tenet, illa opinio communis cenſetur.*

3 *Gloſſæ ſunt naues, per quas nauigamus per uaſtum iuris ciuilis pelagus, nos in portum claræ ueritatis ducentes.*

4 *Opiniones contrariæ quandocunque duæ fuerint, illa ſequenda eſt, quæ in animæ fauorem tendit.*

5 *Ruſticus iura ignorare præſumitur, & talis iuris ignorantia in eo toleratur.*

6 *Ruſticus ſi perſonaliter citetur, & non compareat iudice pro tribunali ſedente, uerus contumax non dicitur, ideo ſi condemnetur, appellare poteſt.*

7 *Ruſticus ſi teſtimonium depoſuerit, & fuerit ſibi contrarius, de falſo puniri non poteſt.*

8 *Ruſticus ſi contractum fecerit uſurarium, fraus in ipſo ceſſat.*

9 *Ruſticus ſi fundum emerit cum pacto de retrouendendo, contractus uſurarius non cenſebitur.*

10 *Ruſtico & ſi iuris ignorantia præſumatur, non habet tamen locum in ruſtico ſuqadrato.*

MAGNA eſt quæſtio * inter Doct. nunquid ſi aliquis emat aliquam rem, & concurrat paruitas pretij & pactũ de retrouendẽdo, talis cõtractus a cenſeatur ſimulatus & vſurarius, hoc eſt, quòd cõtractus ſit pignoratitius, ſed ꝙ partes fecerint, vt ſonet in vim vẽditionis, ad hoc, ꝙ emptor faciat fructus ſuos, quòd nõ faceret in re pignorata, quia tunc tenetur fructus perceptos & percipiẽdos in ſortem computare, vt l.j.& ij. C.de pigno. actio. & c. cùm contra. de pig.& c.j.& ij.de vſur.& paſſus iſte eſt adeò dubi⁹, ꝙ Bar.Cæp.ĩ ſuo tractatu de ſimulatione contractu.in ſexto principali caſu, vbi amplè examinat iſtum paſſum, dixit, ꝙ adhuc ſub iudice lis eſt: quia quàmplurimi Doct. ſupremæ autoritatis tenuerũt quòd ſic, ꝙ ſufficiant illæ duæ qualitates, ſcilicet paruitas pretij, & pactũ de retrouendendo, dicentes de hoc eſſe caſum in c.ad noſtram.de empt. & vendi.& c.illo vos. de pigno. Alij dixerunt illas duas qualitates nõ ſufficere, ſed quòd vna alia requiritur, ſcilicet quòd emens ſit homo cõſuetus tales cõtractus vſurarios facere, qui autem teneant primam opinionem, & qui ſecundam, connumerat quàmplures Cæpol. in loco ſuperius allegato, quos hic non intendo referre, quia ibi poſſunt videri. & licet ipſe teneat ſecundam opinionẽ, quòd opus ſit, ꝙ dicta tria cõcurrãt, ſi cõtractus debet cenſeri vſurarius: tamẽ opin. prima, quòd illa duo ſufficiãt, eſt magis communis, & quam, vltra autoritates per eum adductas, dixit cõmunem Alex. in ſuo cõſilio xlvj. incip. circa præſentis cõſilij materiam. in tertio vol. & ſecundùm eam etiã cõſuluit famoſus Doct. Chriſtoph. de Caſtel. ĩ quodã ſuo cõſilio incipien. cum ab exordio tituli poſterior formetur euentus. quod conſilium eſt poſitum poſt tractatum de maleficijs domini Bonifa. de Vitalinis. & hãc partem etiam tenet dominus Abbas in d.c.ad noſtram. de emptio. & vendi. dicẽs hãc opinionem eſſe verã. & in ſuo cõſilio lxxvij. incipiẽ. tria ſuccinctè vidẽda ſunt. dicẽs, ſe ita aliàs cõſuluiſſe, & legendo ita tenuiſſe, & quòd ita communiter tenetur: & quòd opi. Iaco. de Are. qui tenuit contrarium in l.empt.C.plus

valere quòd agitur. est falsa, & quòd
non bene intellexit dictum c. ad no-
stram. & hanc etiã tenet Fulgo. in d.
l. emptione. dicẽs. hanc esse commu-
nem opinionem. Et ista in effectu in
iudicãdo & cõsulendo est amplectẽ
da tanquàm communis, & verior, tri
bus rationibus. Prima, quia pro ista
opin. est glo. quæ hoc clarè tenet in
c. cõquestus. de vsuris. quo casu suc-
cedit famosum dictũ Iac. But. in l. j.
2 C. qui pro sua iurisdict.* vbi dicit, ꝙ
quotiescũque aliquis Doct. tenet cũ
opi. gl. illa opinio cẽsetur cõmunis.
nam ipsa tantæ autoritatis est, ꝙ ab
ea nõ receditur in iudicãdo in curia
Romana, vt signãter dixit Panor. in
c. edoceri. in ij. col. de rescri. & Pau-
lus de Castro in consilio mihi clxx.
incipien. cùm tempore contractus.
3 in secunda columna.* Nam glo. sunt
naues p quas nauigamus per hoc va
stum pelagus iuris ciuilis, ducentes
nos in portum claræ veritatis, vt e-
legãter dixit Saly. post Rizar. Sal. in
l. j. C. de pact. & somniare dicuntur
volentes infringere opi. glo. vt pul-
chrè dixit Bal. ĩ c. cõtingit. in vj. col.
ff. de dolo. & cõtu. & quãta sit auto-
ritas glo. in iudicãdo & cõsulẽdo, vi
de quæ accumulat dominus Ias. in l.
vt vim. in pe. col. ver. nota etiam mul
tũ. ff. de iustitia & iure. pulchrè & la
tè Franc. de Curte, in cõsilio xlij. in-
cipien. quia inquit Bal. in vj. col. & in
consilio lxiiij. incipiẽ. antiquissima.
& nobilissima familia. in v. colum.
4 *Secũda ratio est, quia quãdo sunt
duæ opin. contrariæ, illa est sequen-
da, quæ tẽdat in fauorem animæ, vt
c. iuuenis. de sponsa. & Clem. exiui.
§. item quia. & ibi Cardin. de verbo
rum signific. & not. gl. in c. j. de scru-
ti. in ordi. faci. Sed ista est tutior pro
animabus, ergo amplectenda. Ter
tia ratio est, quia inter alias autorita
tes, quas allegat Cæpo. in loco supe
rius allegato, dicit istã partem, q̃ suf
ficiant illa duo, scilicet paruitas pre-
tij, & pactum de retrouendendo, te-
nuit reuerendiss. in Christo pater d.
Ioã. de Castel. episcopus Vicenti. in
d. c. ad nostram. subiũgens, quòd visa
opi. dicti do. Ioannis, ꝙ similiter ita
cõsuluit totum collegium Mediola
nen. & totũ collegiũ Papien. Modò
habeo, quòd quãdo sunt duæ opinio
nes cõtrariæ, semper præsumẽdum
est pro illa, pro qua consuluerit vnũ
collegium Docto. quàm pro illa, pro
qua consuluerint Doct. particulares,
prout istud fuit solenne dict. d. Abb.
in c. prudentiam. in princ. in j. col. de
offi. deleg. de quo meminit Frãc. de
Curte, in cons. lvj. incipien. super eo,
quod ab ordine nostro requisitum
fuit, per illustrem dominum Rodul
phum de Gonzaga. in iij. columna.
Pone modo, quòd occurrit tibi oc-
casio emendi aliquam rem, puta vnũ
fundum pro vili pretio, sed vendi-
tor nõ vult vendere nisi te obliges,
quòd quotiescũque infra certos an-
nos exbursabit tibi illam quantitatẽ
pecuniæ, quã à te recipiet, ꝙ debeas
ei retrouendere dictum fundũ. Tu
autem qui consideras, quòd faceres
bonã emptionẽ tã respectu proprie
tatis, quàm respectu fructuum perci-
piendorũ, libenter inires contractũ,
sed dubitas, quòd cõcurrente parui
tate pretij, & pacto de retrouenden-
do, adde etiam, quia es assuetus talia
facere, quòd aliquando contractus
posteà posset redargui de simulatio
ne & vsura. Quæro à te, qua caute-
la po

la poteris vti, quòd nõ obstante di-
cta paruitate pretij, & pacto de retro
vendendo, & assuefactione talia cõ-
mittendi, cõtractus nõ possit scindi
tanquàm vsurarius & simulatus? Dic,
quòd cautela est, ꝙ submittas vnum
rusticum, qui emat nomine tuo di- 8
ctum fundum pro illo pretio, & cum
illo pacto, sed nõ ostendat te de tali
emptione aliquid scire, quo casu, se-
cuta posteà tua ratihabitiõe, & mul
tò fortius possessionis appræhẽsio-
ne, certum est, quòd fundus efficitur
tuus, iuxta ea, q̃ habẽtur per omnes,
in l. multùm interest. C. si quis alteri
& isto casu dico, ꝙ cùm iste contra-
ctus fuerit celebratus ab illo rustico,
licet nomine tuo, à quo tamẽ nõ ha-
bebat mãdatum, quòd non obstante
paruitate pretij, & pacto de retro-
vendendo, talis contractus censebi-
5 tur purus, verus, & sincerus. *Ratio
a est, quia rusticus præsumitur igno-
rare iura, & talis ignorantia iuris to 9
leratur in eo, iuxta ea, quæ habentur
in l. iuris ignorantia. & in l. quicun-
que. C. qui admit. & in l. fi. C. de testa
6 men.*Hinc est, quòd si rusticus cita
tur personaliter, & nõ compareat iu
dice sedente pro tribunali, iuxta l. di
uus. ff. de in integrũ resti. nõ dicitur
verus cõtumax, ideo si cõdemnatur,
potest appellare, vt not. Bart. in l. fin.
in vlt. col. ff. de in integ. rest. & Bal.
in l. j. §. fi. ff. de eden. Docto. cũ con-
cor. traditis ibi per Alex. in l. ij. ff. si
7 quis in ius voc. nõ ierit. *Hinc est e-
tiam, ꝙ si rusticus deposuit testimo-
nium, & sit sibi contrarius, nõ potest
de falso puniri, nisi appareat, ꝙ dolo
sè deposuerit, ad quod iudex debet
multũ aduertere, vt notabiliter vo-
luit Ange. in authen. de testi. §. & li-
cet. in ij. col. licet contrarium in hoc
voluerit Ioan. An. in c. cùm Ioannes
eremita. de fide instrumẽ. dicens ita
fuisse decisum in causa cuiusdã Ab-
batissæ, quem refert & sequitur Bal.
in l. scripturæ. quasi circa finẽ, versi.
quærũt Doct. C. de fide instru.*Et in
ter alios effectus, quos habet rustici
tas, est, ꝙ si rusticus facit cõtractum,
cessat in eo præsumpta fraus vsura-
rum. ista est gl. singularis & vnica in
iure in l. cũ allegas. C. de vsuris. quã
ibi sequitur Bal. in secunda col. ver.
sed hic dubitatur. & quam refert pro
notabili & sequitur Cępol. in d. trac.
de simula. cõtractu. in sexto casu prin
cipali, in vj. colum. dicẽs, quòd istud
est multùm notandum in practica,
vt deducas & probes emptorem es-
se rusticum, & simplicem personam,
ad hoc, vt tollatur in eo suspicio
fraudis. & per illam gloss. ibi in d. l.
cùm allegas. infert expressè Fulgo.
*quòd si rusticus emat fundum cum
pacto de retrouendendo, cõtractus
non censebitur vsurarius. quẽ sequi
tur dominus Ias. in l. iuris ignorãtia.
in j. colũ. C. qui admitt. & in l. si quis
id quod. in viij. col. vers. quintò no-
ta: ꝙ simplicitas. ff. de iurisdict. om.
iud. & Bartachi. ĩ suo reperto. in ver
bo, rusticitas. versi. v. incipiẽ. rusticus
emẽs. stãte ergo hoc, si venditor vo
let infringere cõtractum venditio-
nis tãquàm vsurarium, tu respõdebis
ꝙ cùm tu non fueris ille, qui emeris
dictũ fundũ, sed fuerit ille rusticus,
licet posteà ratum habueris, ꝙ nõ est
dicendũ, vt propter paruitatem pre-
tij & pactum de retrouendendo, cõ-
tractus debeat censeri simulatus &
vsurarius, per ea, quæ superius dicta
sunt. Aduerte tamen, quòd id, quod

10 dixi,* quòd ignorantia iuris præsumitur in rustico, non habet locum, nec procedit in rustico sagaci & squadrato, vt est gl. in l. athletæ. §. de rusticis. ff. de excusa. tutorum. quam sequitur dominus Iason in d. l. si quis id quod. in viij. columna. ff. de iurisdict. om. iudi.

a Censeatur simulatus & vsurarius. *De materia simulationis cōtractuū, uide per d. Ale. de Imo. in cōs. cxv. in iij. uol. cōsiliorum suorū. & inter reliqua, adde quod allegās simulationē ad hoc, ut possit obtinere, debet specificè exprimere & probare modū & speciē simulatiōis, cū plures sint simulatiōis species. Vide ubi supra signanter. uide etiā per do. Ludo. de Ro. in cōsi. cj. ibi quo ad secundū. quo quæritur, an probata fuerit simulatio, quod cōsiliū incip. super eo, quo primò quæritur. uide etiā per do. Pau. de Ca. in suo cō. cccxxx. post Bar. in cō. suo lxv. factū tale est Pe. Nicole.*

b Quia rusticus præsumitur ignorare iura, & talis ignorātia iuris tolerat. *Quod aūt rusticis mulierib⁹ et similib⁹ nō succurrat prætextu iuris ignorātiæ plusquàm succurratur alijs, nisi in casibus in quibus hoc reperitur specialiter à lege cautū, uide d. Ale. in notabili cōsil. xiij. in prima parte cōsiliorum, ibi, sed ita est quod rusticus, mulieb. &c.*

Cautela ad differendum formationis processus in causa criminali. XVIII.

a *Prodesse quotiescunque aliquid de natura sua habet, si illud tale affectatum uel procuratum fuerit, tunc non prodest.*

• *Capituli per negligentiam, actus ad episcopum uoluitur.*

• *Citatio ubi quis procuret, ne ad eum perueniat, amplius citandus non est.*

IVDEX maleficiorum intēdit vel ad instantiam partis, vél ex officio procedere contra aliquem vigore alicuius delicti. Modò iste, cōtra quē debet procedi, libēter differret processum per aliquod spatiū tēporis, quia forsitan ille iudex maleficiorū est homo nimis seuerus, & summus in casibus arbitrarijs, vel quia causa erat criminalis, in qua non poterat per procuratorem comparere, & se volebat se personaliter præsentare, iuxta not. in l. pen. §. ad crimē. ff. de publi. iud. & c. tuæ. cum simil. de procurato. propterea volebat expectare successorem, quia fortasse erat suus amicus, vel ad aliquem alium finem. vnum est, quòd libenter per aliquot menses differret formationem processus, quomodo faciet iste ad differendum hūc processum, quia si citabitur, & in termino nō comparebit, forsitan vigore statuti habebitur pro cōfesso. Dic, quòd cautela est, quòd iste talis antequàm citetur, vadat ad aliquas partes longinquas, adeò quod verisimiliter de facili citatio nō possit venire ad aures suas, & tūc tempore, quo citabitur, compareat aliquis corā iudice dicēs, citatū fore absentem adeò in longinquis partibus, quod notitia citationis nō potest ad eum peruenire, proptereà contra ipsum nō velit procedere, quia tūc si ille excusator offerret se incōtinenti probaturū, citatū esse in dictis partibus longinquis, & iudex non velit admittere talē probationē, processus erit nullus, si verò ille excusator nō offerret se incōtinenti probaturū, vt suprà, processus valebit. Sed saluū erit ius ipsi reo petēdi restitutionē in integrum, a ex causa iustæ absentiæ.

ita

ita notabiliter voluit Bar. in extraua ganti, ad reprimédum. in verbo, neglexerit. allegãs nota. in l. ab eo. C. quomodo & quãdo iudex. & in l. fi. ff. de in integrũ resti. qđ dictũ multũ exclamãdo sequitur Maria. dicẽs esse mẽti tenẽdum, & nõ esse per Doctores tactum, & quotidie venire in practica in sua pulchra repetitione c. veniens. de accusa. in lix. col. versi. item quæro, quid si infra terminũ citationis, subiungens istud procedere, & sibi locum vendicare, licet ex forma statuti cõtumax habeatur pro cõfesso & cõuicto. Et ex prædictis secũdùm eum, potest sumi optima cautela, vt statim, ꝙ quis cõmiserit delictum, in quo nõ poßit interuenire procurator, vt mittas eum ad partes remotas, dicens tamẽ, quòd nõ contulit alicui, vt vtatur fraude. Aduerte tamen, licet in specie non reperiam tactum, quòd puto cautelam Marianano modo esse intelligẽdam, videlicet, ꝙ si delictum cõmissum ab isto, qui vult se absentare, erat delictum occultum, puta vnum maleficiũ, vel vnum homicidium de nocte perpetratũ, & forsitã per aliquos mẽses antè, & de quo non erat diffamatus, nũc aũt præsentiẽs quòd iudex vult contra eum procedere, se absentat, isto casu, cautela Maria. potest habere locũ, quia possibile est, quòd iste se absentauerit ad partes remotas in fraudẽ, possibile est etiã quòd ad eas iuerit aliqua iusta de causa, vnde nõ est absurdũ, quòd ei debeat cõcedi restitutio ex clausula generali propter istam absentiam. Si verò illud maleficiũ fuit ab isto publicè cõmissum, puta quia de die in publico interfecit hominẽ, isto casu nõ teneo cautelam de qua s. esse verã, & hoc per illã regulã, quæ est, *quòd quotiescunq; aliquid de natura sui habet prodesse, si illud tale fuit affectatũ, vel procuratũ, tũc non prodest, vt l. spadonẽ. §. fi. ff. de exc. tuto. & §. item tria onera. Instit. eo. & l. qui data opera. ff. ex qui. cau. maio. & l. ij §. simili modo. & ibi Bart. ff. si quis cautioni. Hinc est, quod dicũt Bal. Ang. Flo. & alij in l. si seruus pluriũ. §. si qs ante. de leg. j. quòd si delinquens procurauit se accusari coram iudice minoris curiæ. coram quo minor pœna imponitur, talis præuẽtio nihil operat, nec eã liberat ab alio foro, vbi maior pœna imponit. & ita limitatur regula l. si qs post eaquàm. ff. de iudicijs. & c. ꝓposuisti. de foro cõpetenti. similiter secundũ Ang. & alios ibi, si delinquẽs procurauit se accusari, ne iudex posset ex inquisitione procedere, istud nõ ꝓdest, nec tollit inquisitionẽ. 2 *Et similiter licet habeamus, quòd per negligentiã capituli, actus deuoluat ad episcopũ, vt c. irrefragabili. § excessus. de offic. ordina. tamẽ si episcopus hoc ꝓcurauit, nõ deuoluitur ad eũ, secundũ Inno. in d. §. excessus. & ꝙ in casu nostro ignorantia, quæ aliàs prodesset, nõ prosit quando est affectata, vel procurata, cũ dicatur pars scientiæ. est glo. in Clem. j. in verbo, scienter. de cõsang. & affinita. & gl. in c. eos. in verbo, affectata. de temp. ordi. in vj. & glo. in c. fi. §. vt autem. de offi. deleg. in vj. per quã dicit ibi Gem. quòd dispositio puniẽs actũ scienter factum, includit ignorãtiã affectatam, vel procuratã, quod mul túm facit ad casum nostrum, cũ ista materia pœnalis, & sic odiosa, & per

consequens multũ restringẽda, vt in regula, in pœnis. de reg. iur. in vj. & in l. cũ quidã. de lib. & posth. & quasi in terminis nostris videtur decisio Inn. in c. ad petitionẽ. ad fi. de accus.

3 *Vbi vult, ꝙ qui malitiosè procurat, ne ad eũ perueniat citatio, non est amplius citãdus etiã ad diffinitiuã, ita in proposito nostro. nam cũ iste, qui deliquit in publico deberet cogitare, ꝙ iudices illius territorij procedent cõtra eũ, quia interest reipublicæ, ne delicta remaneãt impunita, vt l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqui. & c. vt famę. de sentẽ. excõ. tunc absentando se ad lõginquas partes, nõ potest aliter dici, nisi fecerit in fraudẽ, meritò si citatio non perueniet ad aures suas, talis ignorantia nõ habebit sibi opitulari, tanquàm eam procurauerit, cogita.

a Ex causa iustæ absentiæ. *Quod absenti & ignoranti non currat terminus, uide nisi à die notificationis, per do. Alex. de Imo. in cõsi. xxxiiij. cir. fi. in prima parte. Absens autem à ciuitate quis dicatur, uide per d. Lud. Ro. in consi. cccclxiij. & absens, contra quẽ facta est missio in pos. an possit petere illam reuocari, si missus sciebat absenti exceptionem competere, per eundem d. Lud. in cõsilio, de quo suprà.*

Cautela pro matre, ut consequatur legitimam in bonis filij, licet sit exclusa per pupillarem expressam. XIX.

1 *Pupillarem per expressam mater ab omnibus bonis fily sui pupilli, etiã quo ad legitimam excluditur.*

2 *Lex positiua quotiescunque absq; iusta causa naturali æquitati contradicit, talis lex & constitutio in foro conscientiæ non ligat.*

3 *Forum canonicum contentiosum, à cõscientiæ foro non differt.*

4 *Contrahentibus de iure canonico, contra dimidiam iusti pretij, inter se decipere licitum est.*

SENTENTIA scribentiũ com-
1 munis est, *quòd per pupillarem expressã mater excludat ab omnib. bonis filij sui pupilli, etiã quo ad legitimã, vt no. per Bar. & Doc. in l. ij. de vulg. & pupilla. & per Bar. & alios in l. precibus. de impube. & alijs substi. per Imo. in commento c. Raynu. de testamen. in materia pupilla. substitu. quæ opi. hodie est canonizata in c. si pater. de testamẽ. in vj. vt etiã tradit Roma. in cõsi. cxxx. incip. viso testamẽto prædicto. & Alex. in cõsi. xlv. incip. habita super his, de quib' dubitari contingit. in iij. col. ver. circa tertiũ, videtur prima cõsideratione respodẽdũ. in primo volumine. & istud, ꝙ per pupillarẽ expressam mater excludatur ab omnibus bonis filij sui pupilli, etiam procedit, si bona ipsius pupilli peruenissẽt ad ipsum ex linea materna, prout volũt Bald. Ang. Imo. Alex. & dominus Ias. in l. si plures. §. ad substitutos. per generalitatem illius tex. de vulga. & pupil. Tu autem mater, quę reperis te exclusam per pupillarem expressam ab omnibus bonis filij tui pupilli, si vis eo mortuo, posse consequi in dictis bonis saltem tuam legitimam, cautela est, quòd contra substitutũ pupillarem non agas in foro seculari, quia hoc modo succumberes per ea, quæ superius dicta sunt, sed agas contra eum denũciatione Euangelica, faciendo eum cogi censura ecclesiastica, ad dandam legitimam tibi debitam, in bonis tui filij pupilli. nam

nam licet per iura superius allegata, substitutus per expressam pupillarem excludat matrē etiam à legitima, tamē istud procedit & habet locū iure fori, nō aūt iure poli, & sic in foro conscientię ita notanter dixit Archidia. in d. c. si pater. de testa. in vj. argu. tex. in c. si. xvij. quæst. vltima iuncta l. nā & si parētibus. in princi, 3 ff. de inoffi. testamen. Pro quo dicto benefacit: nam a quòd mater in totū excludatur etiam à legitima, videtur contradicere æquitati naturali, vt patet ex pulchrè deductis per Bald. in l. precibus. post principium, versi. circa tertium. de impube. & alijs substi.

2 *Modò quotiescunq; lex positiua absque iusta causa contradicit æquitati naturali, talis lex & talis constitutio non ligat in foro cōscientiæ, vt notabiliter dicit Innoc. in c. quia plerique. circa finem, de immuni. eccle. per quod infert ad illam decisionem de filiofamilias, vt ibi per eum. Modò quæ causa iusta potest esse in casu nostro, quòd per pupillarē expressam mater debeat priuari etiam sua legitima in bonis filij, nullam video. meritò ergo dispositio dicti c. si pater. tanquàm cōtraria æquitati naturali, non ligabit in foro consciētiæ. & istud dictum Archi. refert do. Bart. Sozi. dicens, quòd est pulchra & noua cōclusio in repeti. l. moribus. de vulg. & pupil. in xij. col. ver si. circa tertiū effectū, est vera cōclusio Bart. & licet certis medijs videatur ipsum impugnare, tamē subiungit, quòd tale dictū est menti tenendū. quia ꝓpter autoritatē Archi. poteris aliqn̄ medio cōcordiæ aliquid cōsequi. & similiter istud dictū Archi. refert & sequit̃ Philippus Corneus in d. l. precibus. in secūda colū. versi. sed in cōtrariū facit. C. de impube. & alijs substi. & licet ibi cōtrarium teneat dominus Lācellotus Decius, motus per id, quòd aliàs diximus, ꝙ canones fuerunt instituti comperante spiritusancto, vt l. distin. si quis diaconus. vnde dixit do. Abbas in c. vigilanti. de præscrip.* quòd forum canonicum contentiosum, non differt à foro conscientiæ. Pro quo est bona gloss. in Cle. ad nostram, in verbo, ecclesiæ. de hæreti. ꝓbans, ꝙ ecclesia militans est exemplata ad instar ecclesiæ triūphātis. & est bonus tex. in c. ecclesia paradiso cōparata. de cōsecrat. dist. iiij. quia responderi potest de eo, quòd dixit do. Ant. in c. inquisitioni. de senten. excō. de quo etiam meminit Felyn. in c. nouit. in vj. colum. versi. & allego domi. Ant. extrà de iudi. vbi dixit, quòd finis fori canonici contentiosi non est in totum directiuus ad salutem, nec omnia secundùm ipsum licita, sunt licita in foro animæ. Hinc est, qđ videmus,* quòd licet de iure canonico 4 licitū sit contrahentibus inter se decipere citra dimidiam iusti pretij, vt c. cùm dilecti. & c. cū causam. de emptio. & venditio. istud non habet locum in foro conscientiæ, vt notat dominus Anto. in c. quia plerique. vbi etiam dominus Abbas in ix. quęsti. de immunita. eccle. Inno. & domi. Ant. in c. in ciuitate. de vsuris. vbi etiam latè Ioānes de Ana. in vj. colum. & dominus Abb. in c. primo. in princ. de emptio. & venditio. & latè Saly. in authē. ad hæc. in xxj. quæsti. C. de vsuris. & sic vt superius dictum est, dictum Archidia. est menti tenēdum, maximè quia opiniones suæ

super sexto Decreta.præualent omnibus alijs, secũdùm Fel.in c.primo, in vltima col.de constit.allegantem Domi.de rota ita dicere in sua decisione trecentesima quadragesima octaua.in antiquis.

a Nam ꝙ mater in totũ excludatur etiã à legitima, videtur cõtradicere æquitati. *Legitima matris quãta sit, & an hodie sit aucta, et an sit quarta uel tertia, uide per d.Alex.in cõsil. suo cxl.in j.uolu.in ultimis uerbis. Itẽ qualiter taxetur, an debeat attendi quantitas bonorũ defuncti in testamẽto, respectu ad tempus mortis testatoris, uide per eundẽ d.Alex in cõsi.lvij. in ij.uo.ibi, quo ad secundũ dubiũ. Et antequã detrahat, quæ deduci debeãt de bonis, & hæreditate testatoris, & q̃ imputari debeant, per eundẽ in pulchro cõsi.xxxj.per totũ, in iij.uolumi.*

Cautela ad priuandum iure suo emphyteotam cessantem tantummodò per unum annum à solutione canonis. XX.

1 *Emphyteota propter canonem non solutum, quomodo iure suo priuari possit.*

2 *Papa faciens constitutionem cum clausula non obstante, non intelligitur derogare, seu tollere actum, seu constitutionem iuratam.*

3 *Papa si casset cõsuetudines, & omnia statuta, nunquàm intelligitur cassare consuetudines, & statuta iurata.*

4 *Iuramentum cum ad ecclesiam & Romanum pontificem spectet, principes seculares ipsum remittere non possunt neq; super eo dispensare.*

5 *Papa dispensare non potest, quòd periurus feudum non perdat.*

1 NOTVM est* in iure, ꝙ si emphyteota debet, ꝑpter canonẽ nõ solutum, posse priuari iure, quod habet in emphyteosi, requiritur, si est emphyteota priuati, ꝙ steterit per triẽnium, quòd ipsum canonem nõ soluerit. Si verò est emphyteota ecclesiæ, vel cõductor, requiritur, ꝙ steterit per biẽniũ: vt de emphyteota priuati: est tex.in l.secunda.C.de iure emphyteo.& de emphyteota ecclesiæ est tex.in authen.qui rem. de sacrosanct.eccle.& in c.potuit.de loca.& de cõductore est tex.cũ glo. cũ distinctione tamen, de qua ibi ꝑ Bart.in l.quæro.§.inter locatorem. ff.locati. Tu autem, qui vis dare rem aliquam in emphyteosim, & nõ vis, motus aliqua particulari causa, in cõtractu apponere pactum expressum, quòd si annuatim emphyteota pensionẽ nõ soluerit, quòd cadat à iure suo, quod pactũ valeret, quia in istis contractibus emphyteoticarijs, plurimũ attenduntur pacta, & cõuẽtiones cõtrahentiũ, vt est tex.in d.l.secũda.C.de iure emphyteo.& libenter ꝑ viam indirectam seu occultã, tale pactũ apponeres, cautela est, ꝙ in instrumento ipsius emphyteosis, quãdo promisit annuatim ad tale tẽpus tibi soluere tantam pensionem, facias posteà ei deferri iuramentũ, quòd omnia & singula ipse emphyteota attendet & obseruabit, & in aliquo nõ contraueniet: quo casu, si posteà cessabit tantummodò per vnum annũ, quòd pensionem non soluat, poteris ipsum statim propter periurium priuare iure suo, nec tũc expectabitur triẽniũ, seu biennium. istud fuit elegans & signandum dictum Bald.in c.querelam.per tex.& gloss.ibi.de iureiuran.quod ibi sequitur Fel.in iiij.colum.versic.sub-

dit etiã Bal.hîc dicens esse dictũ audit reum,quod dictũ etiã retulit,& secutus est dicens ipsum singulare,dominus Iaſ.in d.l.ij. C. de iure emphyt. in ix.quæst.idẽ tenet dominus Iaſ.in l.si quis maior.per tex.ibi.in iij. col. versic.nota bene.C.de transact.subiungens vnũ notabile verbum,ꝙ licet istud nostrũ serenissimum ducale dominiũ Venetorum nõ velit, ꝙ per aliquam cessationem solutionis quantocunque tẽpore factã, emphyteota priuetur iure suo,ꝙ tamen talis sua dispositio non vendicaret sibi locũ,quãdo emphyteota iurasset tali tẽpore soluere, & non fecisset, quia isto modo esset aperire viam periurijs,quod non est dicendũ esse de mente legislatoris,iuxta l. j. C. si aduersus vendi.& c.si verò. de iureiurando.Quod dictũ habeo pro indubitato triplici fundamento. Primò,propter id,quod noluit gl. iuncto tex.in c.cùm non deceat.de elec. lib.vj.quam ibi sequuntur omnes,& quam mirabilẽ dixit Panor.in c.j. in secunda columna,de his,quæ fiunt à
2 maiori parte capituli, *ꝙ Papa faciens constitutionẽ derogatoriam, etiã cũ clausula non obstante, ꝙ tamen non intelligitur velle derogare seu tollere constitutionẽ,seu actũ iuratum.quæ glo.per scriben.in varijs locis celebratur,de quibus in alio loco fiet mentio. Secundò adduco,ꝙ notabiliter voluit Ange. in l.j.§.quæ onerandæ.ff.qua re.act.nõ
3 datur.* Vbi dixit, quòd si Papa, seu Imperator casset cõsuetudines & omnia statuta, nunquàm intelligitur cassare consuetudines & statuta iurata.quem refert & sequitur Alex.in cõsilio xxvij.incipiente, viso libello producto p ꝓcuratorẽ. circa finem, in primo volu.& in consilio xxxvij. incipiente.viso & opportunè discusso processu.in vij.colũ.versic. confirmo per nota.in secundò volumine. Tertiò adduco illam cõmunem o-
4 pinionem,quæ est, *ꝙ principes seculares non possunt remittere, seu dispensare super iuramento, cũ iuramentum pertineat ad ecclesiã & ad Romanũ pontificẽ:vt c.per venerabilẽ.de elect.& c.nouit. cum similibus,de iudicijs.de qua cõmuni opinione habetur per Cynũ in l.fina. & ibi Paulus de Cast.in fine.C. si cõtra ius,vel vtilitatẽ publicam.per dominum Antoniũ in c.cũ contingat. versiculo,tertius casus de iureiuran.vbi latè per Imol. in tertio membro. & per dominũ Abbatem,in octaua columna,versiculo, nunc ad prædicta applica.cũ concordantijs,de quibus per dominũ Iasonem, in l. fin.ff. qui satisdare cogantur.Et quòd quando emphyteota iurauit annuatim soluere pensionem,ꝙ cessando per vnum annum soluere, vigore periurij cadat à iure suo:nec tũc expectetur biennium,seu triennium,ita etiã consulendo tenuit Alexander in cõsilio lxxxv.incipiente,nõ puto id, de quo quæritur,longam disputationẽ exigere.in primo volumine.quod consilium est errore duplicatum, consilio cxxv.in eo primo volumine. Et istam opinionẽ,similiter tenuit Antonius Corsetus in sua repetitione rubricæ,extrà de iureiurãdo,in vndecimo priuilegio iuramenti. & in suis notabilibus,notabili sub verbo emphyteota.& in suo repertorio ad Abba. in verbo, emphyteota. versiculo,emphyteota ecclesiæ non sol-

nens

uens canonem. vbi dixit istud idem tenere Andre.Barba.in dicto c. potuit.de locato. Tenuit dominus Iason in authen.qui rem .in iij. columna, versiculo, tertiò limita. de sacrosanctis ecclesijs. Pro qua opinion. bene facit dictum singulare Bal. in c.j. in fine principij, de for. fideli.in vsi-
5 bus feudorum. *Vbi voluit, quòd
a Papa [a] nō possit dispensare, ꝙ periurus nō perdat feudum.allegat ita tenere Io. Andre.in c. ij. de renuncia. in nouella. Et si quæris rationē istius pulchræ cōclusionis, dic ꝙ est, quia per periuriū quis cadit à iure, quod habet in illa re, sup qua interposuit iuramentū: vt est casus singularis in l.si quis maior.C.de trāsact. per quā l.dixit Mathesi.in suis singularibus, singula.lj.incipiente, nota magnum periculum.ꝙ si vendidi tibi fundū pro decē, & obligaui me pro euictione ad duplū, & tu mihi soluisti quinque, & residuū intra tres menses promisisti soluere, & iuratum fuerit per cōtrahentes non contrauenire: & tu omisisti soluere in termino, cogeris ad soluēdum, & ego ero liberatus à periculo euictionis: subiūgens istud dictum esse multū vtile, propter eos qui faciunt cōpromissum in arbitratores, & amicabiles cōpositores, & iurant non contrauenire. arbitratores verò laudant, ꝙ vnus alteri debeat intra mensem certū quid facere, alteri verò aliud intra annum. nā primus qui contrauenit, cogitur seruare cōpromissum alteri, & alter erit liberatus ab eo. Et similiter per illam legem, si quis maior. refert Bapti.de Sancto Seuerino in suo tractatu, de transactio. in xv. quæstione. se vidisse iudicatum in ciuitate Bononiæ per dominum Manfredū de Foroliuio: ꝙ cùm quidam ex causa trāsactionis iuratæ promisisset soluere septuaginta ducatos in septem pensionibus seu terminis, & primis duobus terminis soluisset, tertio verò termino fuisset in mora, quòd poterat compelli ad soluendum totum residuum, non expectatis alijs dilationibus ratione ipsius periurij.

a Quod Pap. *An & quādo Papa possit remittere iuramentū, & super illis dispēsare, uide per do. Lud. de Ro. in cōsilio suo xij. quod incip. uiso facto proposito. iuramentū est res spiritualis, de qua non pōt se intromittere ius ciuile. extrà de ordi. cogni. c. tuā. extrà de iudi. c. ij. & iij. qua nāq; periurijs apiretū, quod esse nō debet. ff. de pact. dota. l. cōuenire. § j. extrà de iureiu. cū cōtigat. cū si. debet igitur peti absolutio prius, ut latè in præallegato cōsilio, ibi, unde dicendum est, &c.*

Cautela ad delegādum causam, quæ aliàs uigore statutorum non potest delegari. XXI.

1 *Causæ quæ ex legum prouisione delegabiles non sunt, ex causa necessaria absentiæ delegari possunt.*

2 *Actum quotiescunq; quis liberè facere non potest, nisi in certo casu speciali, de tali casu simplici assertioni suæ non statur.*

MVLTOTIES per statuta terrarum cauetur, quòd in causis talium personarum, talis iudex solus debeat iudicare, & quòd aliquā causam coram eo vertentem nō possit delegare: quo casu posteà contingit, quòd talis iudex in aliqua causa libenter nō iudicaret, vel quia sentit contra amicū, vel aliqua alia de causa: vnum est, ꝙ à sententiando libenter

ter se abstineret, & tamen vigore ipsorum statutorũ, ab isto onere iudicandi nõ potest se exonerare. Reuoco ergo in dubiũ, nunquid erit dare cautelam, ꝙ nõ obstante dispositiõe statuti, ipsa causa possit delegari? Dic quòd sic, videlicet, ꝙ tu iudex fingas opus esse ex necessaria causa, per aliquot dies te absentare, & posteà cũ effectu tę absentes, & ante recessum tuum deleges ipsam causam alicui personæ, tamen probæ & iustitiã facturæ, & in delegatione apponas ista verba, videlicet, ꝙ delegas tali personæ, talem causam, vertentẽ inter talem & talem decidendam, & fine debito terminãdam: & hoc quia ex iustis de causis impeditus, & maximè ex causa necessariæ absentiæ: quia talis delegatio concepta, prout suprà non obstante statuto, valebit & tenebit, iste est casus, vbi gloss. & omnes notãt in l. j. ff. de officio eius, 2 cui manda. est iurisdictio. * vbi habetur, ꝙ causæ, quæ ex prouisiõe legũ non sunt delegabiles, vt sunt causæ meri, vel mixti imperij, tamẽ ex causa necessariæ absentiæ possunt delegari. prout etiã tenet Ioannes Andr. in additio. Speculat. in titu. de iurisdictione omniũ iudicũ. in addition. incipiẽte, ex necessitate. & Salycet. in l. placet. C. de peda. iudi. & si dices, fateor quòd ex causa necessariæ absentiæ, causa, quæ aliàs nõ est delegabilis, possit delegari, sed vbi constat de ista causa necessarię absentię, credetúrne simplici assertioni iudicis, dicentis se delegare ex causa necessarię absentiæ? Respondeo, ꝙ sic, vsque quò probetur contrarium. Ita tenet Guil. de Cu. & Alberic. de Rosate, in dicta l. j. ff. de officio eius, cui mand. est iuris. quos ibi refert & sequitur Alexander. in xvj. columna, versiculo, sed iuxta hoc quęritur. dicens, istud esse menti tenendũ, quia aliquando notarij, vel alij officiales possunt aliũ surrogare ex causa: nam creditur officiali causam afferenti. tenet glo. clara, quã indifferenter sequũtur omnes in c. pastoralis. in verbo, exonerare. de officio delegati. Bald. in l. imperiũ. in iiij. col. versicu. quartò quæro. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & in rubrica, extrà de officio delega. in vltima colũ. & Alexan. in consil. xxxiiij. incipiente, consultus aliàs in principali causa. in iiij. volumine. & licet do. Iason. in d. l. j. in xviij. col. versic. sed nunquid in hoc stabitur assertioni delegatis. visus sit tenere contrariũ, per regulã, quæ est, * ꝙ quotiescunque quis nõ potest liberè actũ facere, nisi in certo casu speciali, ꝙ de ipso casu speciali non statur suæ simplici assertioni, vt dixit text. & ibi not. Bartol. in l. si fortè. ff. de castren. pecu. & in authen. si quis in aliquo documẽto. circa finẽ. C. de eden. ponunt omnes in l. si donatione. cum suis concord. C. de collatio. quia ad hoc respondetur, quòd illa regula procedit in priuatis personis, secus in iudice, de quo lex multùm confidit. iuxta c. bonæ memoriæ Maguntin. de electio. & c. in præsentia. de renunciatio. & ita similiter respondet glos. in dicto c. pastoralis. de officio delegati. & ipsemet dominus Iason in dicta l. si donatione, circa finem. Ad vnum tamen est aduertendum, quòd si ista cautela debet procedere & habere

locum, opus est, ꝙ ante reuersionem tuā delegatus iudicauerit in causa, aliàs si reuerteris añ expeditionē, te reuerso statim & incontinenti expirat iurisdictio delegati, nec requiritur reuocatio, prout tenet Bartol. in dicta l. j. in penultima colūna, versiculo, quæro præses, vel ordinarius. cum quo omnes, excepto Roma. indifferenter transeunt: propterea melius esset, ꝙ ille, cui delegares ipsam causam, esset tuus amicus, & secretè ei cōmitteres, ꝙ velit omnino dictā causam expedire ante reuersionem tuam, quā speras, ꝙ erit intra tot dies. Et istam cautelā ego aliàs practicaui hic Paduæ. nam cū semel litigarem coram Rectore nostro iuristarū, & in causa esset cōclusum, & instarem, vt sententiaretur, tūc Rector mihi dixit, ꝙ pro me sentiebat, sed ꝙ malè libenter in causa iudicabat certis suis particularibus respectibus, (nam & Vicarius suus nō poterat se in causa impedire, quia fuerat per partē aduersam allegatus suspectus, & allegatio suspitionis fuerat admissa) Tunc dixi, ꝙ prima vice, qua vellet ire Venetias, delegaret causam alicui personæ iustæ & iustitiā facturæ, & hoc modo esset exoneratus à iudicando. Respōdit, ꝙ istud nō poterat fieri vigore cuiusdā nostri statuti disponentis, ꝙ nec Rector, nec Vicarius suus posset aliquam causam corā eo vertētē delegare sine cōsensu partiū: tūc dixi, ꝙ in delegatione apponeret verba, de quibus suprà: quia tūc delegatio valeret, & ita fuit factū: delegatus posteà tulit sentētiā in fauorē meū, à qua cū pars aduersa supplicasset ad nostros dominos cōsiliarios, iuxta formā statutorū nr̄æ vniuersitatis, & instaret principaliter, ꝙ sententia pronunciaretur nulla tanquàm lata à iudice incōpetenti, scilicet ab vno, qui non poterat esse iudex statuto obstante, tamen per ipsos do. consiliarios fuit per prædicta confirmata.

Cautela ad extrahendum quem inuitum de domo, pro debito ciuili priuato. XXII.

1 *Debito ciuili priuato, quis de domo inuitus extrahi non potest.*

2 *Criminaliter condemnatus, ad hoc, ut condemnationi satisfaciat, inuitus de domo extrahi non potest.*

3 *Statutū si disposuerit, quòd cōdemnatus propter delictum impunè offendi possit, an ex contumacia cōdemnatus, cum contumacia delictum sit, impunè offendi poterit.*

4 *Iuramentum in forma specifica adimpleri debet.*

SOLENNIS DOCTOR Bartholemæus Cæpolla, in sua cautela l. 1. incipiēte, Regula est, ꝙ nemo conatus fuit dare vnā cautelā ad extrahendū de domo debitorē inuitū, quando propter debitū ciuile priuatum non vult exire de domo.

1 *Nam regula est in iure, ꝙ quis pro debito ciuili priuato nō potest inuitus extrahi de domo: quia domus debet esse vnicuique tutissimū refugium: vt l. pleriq;. ff. de in ius vocand. & l. nemo de domo. de regulis iuris. & ista regula procedit non solū in domo propria, verū etiā in aliena conducta, vel in qua quis gratis habitet: vt notat Bart. in l. qui domum. & in l. nec in ea. de adulter. Bartol. Bald. Paul. de Castro, & alij. in dicta l. plerique. ff. de in ius vocand. & etiam procedit in domo per iudicem data

ex

ex primo decreto, secundùm Baldū, in authen. ei qui. C. de bon. aut. iud. pos. & etiam procedit, si quis habitaret in casina, vel capana. nam de ea similiter pro debito ciuili priuato, quis inuitus nō pōt extrahi: vt dixit Bald. in c. j. §. si duo fratres. de duo. frat. de no. benefi. inuestit. Roma. in l. j. §. domini. el ij. ff. ad Syllan. Imol. & modern. in l. senatus. §. Marcell⁹. de legatis primo. Roma. & alij post eū in d. l. plerique. tradidit ergo istā cautelā, vt facias, ꝙ iudex præcipiat huic tuo debitori, ꝙ sub pœna quinque, vel sex applicanda fisco debeat personaliter ad se venire: quia vult ipsum alloqui: nā si ad eū ibit, facies eum capere: si verò ad eum nolet habere accessum, iudex iuxta cōminationem factam eū mulctabit, & tunc propter talem mulctam poterit de domo extrahi: quia quotiescunque quis est cōdemnatus pœna pecuniaria fisco applicanda, dicitur criminaliter condemnatus: vt est glo. in l. p̄tor ait. circa principium. ff. de sepul. viola. quæ est ad hoc singularis, secūdùm Imo. in rubri. ff. de publ. iudi. & est cōsimilis glo. in l. j. & ibi not. Sal. in j. col. C. eo. de sepul. viola. Cyn. & Bal. reprobata gloss. ibi, in l. si qua ꝑ calumniā. de episcopis & cleri. communiter Canonistæ in rubr. extrà de
2 iudi.* Sed quotiescūq; quis est condemnatus criminaliter, ad hoc, vt satisfaciat condemnationi, potest inuitus de domo extrahi: vt no. in l. nemo carcerē. C. de exact. tribu. libr. x glo. & Doct. in d. l. plerique. & etiam alia ratione vltra eū poterit isto casu de domo extrahi, quia condemnatus propter contumaciā, dicitur cōdemnatus propter delictum: & sic talis causa dicitur criminalis, & per cōsequens poterit extrahi, vt superius dictum est. * Et ꝙ contumacia sit delictum, vt no. gloss. Bar. & alij in l. vnica. §. fi. ff. si quis ius dicē. non obtempe. per quam glo. dicunt Docto. ibi, ꝙ stante statuto, ꝙ condemnatus propter delictum possit impunè offendi, ꝙ poterit impunè offendi condemnatus ex cōtumacia, vt etiā not. gl. clarior in l. si filius. in verbo succurrendum. ff. de interroga. acti. quam singularē dixit Imol. in l. pen. §. ad crimē. in xxj. col. ff. de publi. iudi. no. Bart. in l. omne delictū. §. contumacia. ff. de re militari. & Paul. de Cast. in l. cōtumacia. ff. de re iudi. qn̄ posteà debitor tuus erit in carceribus, poteris eū pro debito tuo recōmendare, iuxta ea, quæ tradit Bar. in l. ij. ff. de custod. reo. & in sua disputatione inci. Lapus fuit captus. allegat tātummodò tenere Bart. in l. sacrilegij. aliàs incipit, cū eo. ff. ad leg. Iuliā pecu. adde ꝙ ita etiam tenet Roma. in l. iiij. §. prætor ait. ff. de dam. infe. Angel. de Are. in §. fi. in ij. col. versi. aduertas tn̄, ꝙ iudex. Instit. de actio. Pet. de Anchara. & Ioan. de Imol. in c. ij. vers. ex his tamē quæ dicta sunt, dat Barto. cautelam. extrà de pigno. Paulus de Castro & Alexander in d. l. pleriq;. Quæ quidem cautela licet pulchra sit, & ingeniosa, tamē ꝑpter eius difficultatem in ea practicanda mihi nō satisfacit. Prima ergo difficultas, qua laborat ista cautela, est in reperiendo vnum iudicē, qui tibi sit tantùm propitius & fauorabilis, q causa tibi complacendi, velit decipere, & quodammodò assasinare tuū debitorem, præcipiendo ei, venias ad me personaliter, quia volo te alloqui,

loqui. Secunda difficultas est, quia si iste iudex præcipiens habebit superiorem in illo loco, in quo fuerit factum prædictum præceptũ, prout habent isti iudices maleficiorum, & isti vicarij, qui habẽt potestatem superiorem: iste tuus debitor latitans mittet aliquem ad ipsum superiorẽ, narrãdo qualiter talis iudex fecit vnum præceptũ pœnale tali personę, quòd sub pœna debeat ad se personaliter venire, ex eo quòd vult secum loqui, & quòd talis persona nõ audet exire domum propter debita ciuilia: quo casu, si negotiũ illud, ꝓpter quod vocatus fuit ab ipso iudice, non põt expediri per procuratorem, & sic necesse sit personaliter cõparere, quòd rogat ipsum, vt velit ei concedere vnũ saluum conductũ, ꝙ pro debito ciuili non possit in persona à creditoribus pro illa die molestari, iuxta l. quoties. cum ibi no. C. de preci. impera. offe. & iuxta l. vniuersa. C. eo. tit. nam superior qui ęquitatem habebit ante oculos, iuxta l. ꝙ si Ephesi. ff. de eo quod certo loc. concedet talẽ saluum conductũ, & sic ipsa cautela erit elusoria. Si verò ille iudex præcipiens nõ habebit superiorem in illo loco, prout non habent isti potęstates & capitanei terrarum, similiter talis saluus conductus petetur ab eo: si concedet, cautela nihil operabitur. Si non, erit iusta causa prouocandi ad principem: nã tu vis, ꝙ veniam ad te personaliter, dico, ꝙ non possum exire domũ ꝓpter creditores ciuiles, idcirco peto, ꝙ debeas me facere tutũ pro tanto tempore, ꝙ possim venire ad te, & domum repetere, & tu non vis cõcedere: non potest aliter dici, nisi ꝙ istud facias in fraudem: & sic in effectu esset iusta causa appellandi ad superiorem, iuxta ea quæ habẽtur per Bart. in l. fi. ff. de appella. recip. & latè per Canonistas in c. bonæ. de appellatio, & tũc princeps omnia, quæ pendente appellatione innouarentur, retractaret: vt habetur in dicto c. bonæ. & latè per Bartolum in sua disputatione incipiẽte, Lapus fuit capt'. Tertia difficultas est, quia à communiter accidentibus, isti latitantes non comparent, nec ad fenestras, nec sup ostio, sed verè latitant, & nõ permittunt, ꝙ affines & beneuoli habeãt accessum ad eos: & si aliquis vadit ad domum petendo ipsos, faciũt, ꝙ domestici referunt ipsos esse absentes à ciuitate, & multò minus permittunt, ꝙ aliquis nuncius publicus accedat ad eos, quo casu, si citatio siue præceptũ debet fieri, opus est, quòd fiat ad domum, & talis citatus ad domum, non parendo citationi siue ꝓcepto, non dicitur verus contumax, sed fictus: vt not. per Barto. & pleni' per moder. in l. ex consensu. §. fin. ff. de appellatio. per Barto. in l. fin. ff. de in integrum restitu. plenè per Alex. in l. properãdũ. §. fin autem reus. C. de iudi. Modò ego habeo, ꝙ fictus contumax non põt mulctari. nam iura loquẽtia de mulctis, habent locũ & procedunt tantummodò in veris contumacibus, non autẽ in fictis, vt no. Barto. cum quo cæteri transeũt, in l. vnica. §. fin. & Pau. de Castr. ibi, in §. j. ff. si quis ius di. non obtem. & not. Ange. in suo consilio viij. incip, regulares introitus & expẽsarũ cõmunis Florentiæ. & sic si prædicta cautela debet habere locum, opus esset, ꝙ debitor tuus personaliter citaretur,

taretur, aliàs non. Tu autem, qui habes debitorem latitantem, & cùm non habeat in bonis, non audet exire domū ad hoc, vt nō luat in corpore: si vis facere omnino, ꝙ exeat de domo, cautela est, vt inspicias si in ciuitate sit aliqua constitutio, vel aliquod statutum disponens, ꝙ ille qui 4 fuerit assumptus ad tale officiū, non b possit illi renuntiare, sed teneatur illud assumere, & tunc procures, vt eligatur ad illud tale officium, quia tunc si non veniet ad illud acceptandum, poterit de domo inuitus extrahi, iste est textus in l. ex omnib⁹. vbi Barto. & alij hoc in specie not. C. de decur. lib. x. quem ad hoc pro singulari not. Roma. in l. iiij. §. prætor ait. de damno infecto. & istā cautelā in terminis tradidit ipse Roma. quē ibi referunt & sequuntur Alexan. & do. Ias. in dicta l. plerique. ff. de in ius vocan. & Paris de Puteo, in suo tractat. de syndicatu. in verbo, captura. §. captus illicitè. & tunc eo extracto, poterit nomine tuo capi, & ista cautela habet locum in debitore de pñti latitante. Si verò nunc vis facere aliquem cōtractum cum aliquo, & vis, ꝙ si tempore solutionis fiendæ non tibi satisfaciet, si non habebit in bonis, luat in corpore, nec sibi prosit stare in domo, quo minus de ea possit euelli, cautela est, ꝙ super solutione fienda apponas iuramentum: quia tunc si tempore debito nō obseruabit promissa ad hoc, vt ea obseruet, poterit inuitus de domo extrahi: nā iura disponentia, ꝙ pro debito ciuiliqs de domo inuitus non extrahaī, procedūt in obligationib⁹ dādi, nō aūt in obligationibus facti: in qbus quis pcisè pōt cogi ad factū: qa tunc de domo pōt inuitus euelli, præsertim sit annexum delictum. ita singulariter & ad literam dicit Bal. in d. l. ex omnibus. C. de decurio. lib. x. quē refert & pro singulari sequitur do. Ias. in dicta l. plerique. in nona limitatione, dicens ꝙ tale dictum alibi non inuenies. * Modò iuramentum b habet istam vim, ꝙ cogit præcisè ad factum. nam in forma specifica debet adimpleri: vt est text. & ibi no. in c. ad nostram. el j. de iureiurādo. notant Inno. dominus Anton. & latè Panor. in c. veniens. eodem tit. de iureiurando. Bal. in l. vnica. in ix. col. versi. iiij. fallit. C. de senten. quæ pro eo quod inter. profer. Alexander, cū concordantijs, de quibus ibi per eum, in l. stipulationes non diuiduntur. in x. col. versi. demū inquantùm. Bar. hîc de verborum obliga. & similiter quis non satisfaciendo obligationi iuratæ, incidit in periuriū, & sic in crimē, & scelus grauissimū: secundùm legem, Prophetas, & Euāgelium: vt dicit text. in c. prædicandum. xxij. q. j. nam propter periuriā cōtristatur deus, vt dicit Bald. in aut. cui relictum. in iij. col. de indic. vid. toll, adeò, ꝙ censetur maius adulterio: vt not. dominus Cardinalis in Clement. vnica. de iureiuran. quia p periurium offenditur deus, per adulterium verò proximus, & per quod periuriū persona efficitur infamis: vt no. gl. Bart. & Doct. in l. si quis maior. C. de trāsact. Bar. in l. Lucius Titius. ff. de infa. Canonistæ in c. testimonium. de test. etiam tali periurio imponitur pœnitentia, ꝙ ieiunet xl. dies in pane & aqua, & septem sequentes annos pœniteat, & nunquā sit sine pœnitentia: vt dicit tex. vj. q. j. quic

j,quicunq;.& xxij.q.v.si quis peierauerit. Est bene verũ,ꝙ non est multum tẽpus,ꝙ feci suprascriptam cautelam practicare modo, quo infrà. Quidã cum haberet debitorem, qui ne incarceraretur, non audebat exire domũ, de quo credito, constabat tantummodò in vno chyrographo existente apud ipsum creditorẽ, scripto manu ipsius debitoris: feci, ꝙ iste creditor adiuit illũ suũ debitorẽ, rogãdo ipsum cũ verbis blandis, vt vellet sibi satisfacere: cui debitor respondit, ꝙ libenter faceret, sed non habebat modũ: breuiter post aliqua iste creditor dixit, ꝙ ad hoc, vt cognosceret, ꝙ ipsũ amabat, ꝙ ex nũc volebat eũ adhuc expectare per quinque, vel sex menses, sed bene rogabat eũ, ꝙ finitis ipsis quinque, vel sex mensibus, vellet sibi satisfacere, sed ꝙ & ipse volebat ab eo vnum, ꝙ creditum suum de quo constabat tantũmodò ĩ illo chyrographo, reduceretur in instrumentũ publicũ: cui petitioni ipse debitor cõsensit, & oĩa etiam fecisset, vt habuisset illã dilationem quinq; , vel sex mensium, & sic consequeretur libertatem exeundi de domo, & ita fuit factũ: in quo instrumento publico notarius detulit iuramentũ huic debitori, de attẽdẽdo & obseruando omnia & singula, & in aliquo non contrauenire, &c. Elapsis posteà illis sex mensibus, singulariter nõ satisfecit, sed iterũ stabat in domo, & non exibat, quo casu adiuimus quẽdã iudicẽ, qui tũc tp̃is erat hîc Paduæ, hoĩem captiosum, & aliàs satis ignorantẽ, cuius nomẽ taceo, petendo, ꝙ per ea, q̃ superius dicta sunt, vellet dare nobis licẽtiã, ꝙ ille debitor posset de domo extrahi: tamen noluit cõcedere, nec profuit ostendere ei authoritatem Bal. & domini Ias. nihilominus tu prædictam cautelam nõ tradas obliuioni, quia licet Bald. aliquãdo fuerit locutus ex capite suo sine intellectu, & sine iure, vt dixit do. Anto, in c. consultationibus. de iure patro. vt etiã refert Frãcis. de Cur. in suo cõsi. lxxvj. incipiẽte, super motiuis redditis in fauorem communitatis montis Barutij. in ij. col. & Vincentius Paleottus in cõsilio xvij. inter consi. ipsius Francis. de Cur. incipiente, viso puncto, & subtilibus dubitationibus, in iij. colũ. tamen magna est autoritas Baldi, præsertim quando non habet contradicentẽ, vt dicit Alexãd. in l. moribus. in iiij. col. versi. in practica. de vulgar. & pupil. Nã autoritas sua multùm est tenenda, in iudicãdo, vt dicit Ful. in cõsil. xxvj. incip. stãte statuto ciuitatis Vincẽtiæ. in fi. Nã ipse fuit vnicus iuris vtriusq; professor, secundũ Ang. in cõsil. xxxvj. post medium j. col. & fuit doctor excellentissimus, & iuris vtriusq; lumen, secundũ Fulgo. in consilio lxxxij. incip. punctum, super quo consultatio proponitur, post medium iiij. colum.

a Et ꝙ cont. *An cõtumacia sit delictũ, uide in l. omne delictũ. ĩ §. cõtumacia. ff. de re mil. & ibi Alex. & gl. in c. ex literis. de constitu. dic tamẽ ꝙ est fictũ & nõ uerum. uide per Bal. in l. si filio. in fin. ff. solu. matrimo. & per Bal. in l. & in multis. C. de appella. per Ioan. de Imol. in l. penul. §. ad crimen. de publi. iudi. ff. sed contumaciæ appellatione in statuto uenit uera & non ficta. uide per Angel. in consilio suo excv.*

b Iuramentũ. *Quid de iuramento facto super pacto de futura successione, an sit*

An sit seruandũ, uel ne, uide Bal. in cõs. suo cclxix. incip. quædã puella. in iij. uol. & ibidẽ uideas, in quibus casibus seruandũ sit iuramentũ, & ualeat: & 1 *in quibus non est pulchrum, & quotidianum consilium.*

Cautela ad liberãdum aliquem à morte. XXIII.

1 *Votum, sicuti aliæ res, regulariter depẽdet à uolũtate & cõscientia nostra.*

BARTHOLEMAEVS Cępolla in princip. suarũ cautelarum, conatus fuit dare quasdã cautelas ad euadẽdũ aliquẽ à morte, quas nõ expedit referre, quia ibi possunt videri: & q̃ similiter nõ tãgo an sint iuridicæ, vel nõ: quibus adde vnã, quòd si habes amicũ incarceratũ, qui vel de iure cõi, vel ex forma statutorũ debet mori: si vis, quòd iste tuus amicus nõ possit p iudicẽ secularẽ puniri, non solũ ad mortẽ, sed nec etiã ad aliquã aliã pœnã: sed quòd talis causa extrahatur de manu iudicis secularis ad iudicẽ ecclesiasticũ, cui est interdictus gladius sanguinis: vt c. clericis. & c. sententiã sanguini. ne cleri. vel mo. & c. ex literis. de excess. præla. Cautela est, vt facias, a quòd incarceratus dicat, quòd antequàm cõmisisset illud delictum, propter quod fuit incarceratus, fecerat votũ clericatus intrandi religionem, & quòd nũc vult voto satisfacere: quia hoc modo per iudicem secularem, tanquàm persona ecclesiastica, nõ poterit puniri, tãquàm quòd votũ trahatur retrò. ita not. dicit do. Ias. in l. cũ quædã puella. in xij. col. ff. de iuris. om. iudi. allegãs istud fore singulare dictum Bal. in l. j. C. an seruus ex suo facto. subiungens, quòd tale dictum est multùm notãdũ, quia posses quẽ in practica à morte liberare, & tantò magis secundùm eum, quia staretur dicto suo, an emisisset votum ante commissum delictũ, prout statur regulariter de alijs rebus, * quæ dependent à voluntate & conscientia nostra: iuxta gl. vulgatam. in §. aliæ. Instit. de actio. & gl. in c. significasti. el ij. de homi. Bart. in l. interdictũ. §. q furẽ. cũ suis cõcordã. ff. de fur. Et in effectu ista cautela si est vera, est singulariter notãda: quia suo loco & tẽpore posset tibi afferre & honorẽ, & vtilitatem: quia vbi vertitur pœna sanguinis, eò confluunt pecuniæ: vt verbis vtar Imo. in l. pe. §. ad crimẽ. ff. de pub. iud. tamẽ est verum, quòd Bal. in d. l. j. C. si seruus ex suo fac. sup quo solo fundat se d. Ias. aliter loquitur quàm ipse eũ referat, propterea cogita an istud suũ dictum sit verũ.

a Quod in c. *Quid si laicus cõmiserit delictum, et formata in eũ inquisitiõe, uel secuta cõdẽnatione efficiatur clericus, uel religiosus, an per talẽ mutationẽ fori impediatur iudex secularis eũ punire? dic quòd nõ. per Bar. & alios in l. j. ff. de pœnis. et ĩ l. cũ quædã puella. hic allegata. facta tamẽ prius degradatione à iudice ecclesiastico: nisi fecißet uotũ nũquã delictũ cõmittere: ut hic. sed non est cautela tuta, nec hodie seruarẽt* 1 *hanc iudices nostri temporis: uide do. Iaso. in d. l. cùm quædam puella, ubi ultrò. ff. de iuris. om. iudi.*

Cautela ad euadẽdum Iudæum, à morte. XXIIII.

1 *Iudæorum causæ an secundùm ius cõmune, an uerò secundum suum ius Mosaicum decidi debeant.*

2 *Filiæ fœminæ secundùm ius commune cum masculis succedũt, secus tamen de iure Mosaico, quo stantibus masculis, filiæ fœminæ non succedunt.*

3 *Iudæus si testamẽtum faciat, & relinquat uxorem suam dominam, maßariam, & usufructuariam, cùm non sit à lege Mosaica decisum, quid talia uerba importent, interpretationi Iudæorum stabitur.*

4 *Iudæi an teneantur testari secundùm solennitatem iuris ciuilis, non autem secundùm eorum ritum.*

5 *Legitimam pater inuita filia dare non tenetur, secus tamen in Iudæo effecto Christiano.*

1 QVAERITVR * per scribẽtes nũquid causæ Iudæorũ debeãt decidi secundũ ius cõmune, an verò secundùm ius suum Mosaicũ: in quo quidem passu resecatis multis, ista videtur cõmunis distinctio, ꝙ aut loquimur in processu causæ, & sic in ipso ordine iudiciario. aut in decisione ipsius causæ. Primo casu debet seruari ipsũ ius cõmune, quoniã quàm absurdum videretur, ꝙ iudex in causis Iudæorũ deberet aliter procedere, quàm sit stylus sui fori, secundum clarissimũ præceptorẽ meũ in legibus do. Io. Campetiũ in suo tractatu dot. in vlt. parte. q. vlt. dicẽtem ita deberi intelligi l. Iudæi. C. de Iud. Secũdo verò casu, aut causa vertitur inter Christianũ & Iudæũ, & tũc similiter debet decidi secundũ ius cõmune, per illam regulã, quæ est, ꝙ ratione mixturæ, maius dignum trahit ad se minus dignũ: vt l. præcipimus. §. fin. & ibi Bar. C. de app. & l. ij. & ibi Bar. C. cõmunia de leg. & c. quod in dubijs. & ibi Pan. de cõse. eccl. vel alt. & vt ponit Fely. in rub. extrà de offic. deleg. in prin. Aut inter Iudæos tantummodò, & tũc aut est casus à iure cõmuni decisus expreßè in psonis Iudæorũ, & tũc seruatur ius cõmune quia ipsi subiacẽt populo Romano, vt l. Iudæi Romano. C. de Iudæ. Aut non est decisus expreßè in personis ipsorũ, & tunc seruatur ius Mosaicũ tãquàm suum ius speciale, quod derogat generali: prout dicimus de statutis, quæ derogãt iuri cõmuni, iuxta no. in l. omnes populi. de iustit. & iur. 2 * hinc est, ꝙ licet habeamus de iure cõmuni, ꝙ filiæ fœminæ pariter succedãt cum masculis, vt l. maximũ vitiũ. C. de libe. præteri. & aut. in succeß. C. de suis & leg. & tamẽ secꝰ est de iure Mosaico: qa stãtibus masculis filiæ fœminæ nõ succedũt, vt habetur Numeri cxxvij. incipi. accesserunt filiæ Salpha ad Moysen: idcirco si decedit Iudæus ab intestato relictis post se masculis & fœminis, masculi excludunt fœminas, & sic attẽditur in succeßionibus suis lex Mosaica, nõ autẽ ius cõmune: vt concludit Calde. in cõs. xj. posito sub rubrica de cõsti. quod incipit, factũ super quo cõsiliũ petitur. & in cõs. xxx. sub rubrica de testa. quod incip. an si Iude. & quam op. etiam tenet do. Ias. in l. q se patris. in v. col. ver. & not. ꝙ inter Iudæos. C. vnde li. & Fel. in c. canonũ statuta. in x. col. ver. v. fallit de cõst. & in c. Iud. el ij. de Iud. vbi refert Floria. de sancto Petro dicẽtẽ in l. maximũ vitiũ. C. de lib. præte. se ita aliàs cõsuluisse vnà cũ Pet. de Anch. Rapha. Fulgo. & Gaspa. de Calde. in quadã causa triginta mlia ducatorum. Et vt etiã tenet Cardi. Ale. in c. de infidelibus. de cõsangui. & affi. & do. Ioã. Cãpetius in suo tracta. doti. in vltima parte, in vlt. quæsti. vbi dicit ita fuisse seruatũ Mantuæ, in arcta quæstione facti de anno M.cccclxj. Aut est casus nõ decisus ab ipsa l. Mosai

Mosaica, nec in specie à iure cõmunii personis ipsorũ Iudęorũ, & tũc deciditur secũdũ dispositionẽ iuris cõmunis: iuxta id, qđ alias dicimus, ꝙ casus omissus à statuto, reuertitur in dispositionẽ iuris cõmunis: vt l. cõmodissimè. ff. de lib. & posthu. & l. si cũ dotẽ. in prin. ff. solu. mat. hinc est, ꝙ solennis Doct. do. Pau. de Mõte Pico, in sua elegãti repeti. §. Titia cũ nuberet. l. Titia cũ testamẽto. de leg. ij. in xx. q. dixit vnũ, quod alibi in terminis nõ legi. *quod si Iudæus fecit testamentũ, & relinquat vxorẽ suã dominã, massariã, & vsufructuariã, qđ cũ nõ sit decisum à lege Mosaica, quid importẽt talia verba, idcirco stabitur etiã inter Iudæos interpretationi factę per Bulga. de qua habetur in d. §. Titia. & in auth. hoc locũ. C. si mulier sec. nup. est verũ, ꝙ aliqui tenuerũt in omnibus casibus ipsorũ Iudęorum debere seruari ius cõe, nõ autẽ ipsum ius Mosaicũ: nisi specificè reperiatur prouisum circa personas ipsorũ adducẽtes id, quod no. Bal. post Iaco. de Raue. & Cyn. in l. ité in potestate. cũ sequẽ. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. volẽs, ꝙ illa iura, quæ dicunt patres habere filios in potestate, habẽt locum etiã in Iudæis: qa & ipsi habẽt filios in potesta te: vt etiã tenet glo. in c. Iudæorũ. xx viij. q. j. & Calde. in cõsi. iij. inci. an filij Iudæorũ. sub rubrica, de Iud. Cardi. in Cle. j. in fi. cõment. de Iudæ. Panor. in c. fi. de cõuers. infide. Alex. & Aret. in l. multũ interest. ff. de verb. obl. vbi repræhẽdunt Archidi. q aliter tenuit in c. q syncera. xlv. disti. ex quo infert Bal. vbi suprà, ꝙ quemadmodũ filijfamilias non possunt testari, vt l. filius familias. ff. de testa. & Institit. q bus nõ est permiss. fac. testamẽ. in princip. ita nec etiam filij Iudæorum: propterea dixit Alexand. in suo cõsi. lxxj. incipi. põderatis verbis. in iij. vol. ꝙ filij Iudęorũ sunt sui parẽtib⁹, sicut & Christiani. & Pau. de Ca. in cõsi. cccxcv. inci. ad primum videtur. in j. volu. nouorũ cõsiliorum secũdũ vltimã impressionẽ, dixit, *ꝙ Iudæi tenentur testari secundũ solẽnitatem iuris ciuilis, nõ autem secũdùm ritum eorum generaliter in materia proportionabili Christianis & Iudęis, ꝙ lex ciuilis sit cõis vtriusq;. ita tenet Gemi. in c. j. §. fi. i si. de vsur. in vj. Et multa alia similia adducunt. tamẽ cõis opi. videtur, vt primo loco est dictũ, de quo quidẽ passu, An ius cõmune debeat seruari in casibus Iudæorũ, an verò lex Mosaica, tãgitur in multis locis, sed præcipuè per Ioã. de Ana. in c. Iudæi. ei ij. de Iudæ. per Lauren. de Pala, in §. cæterũ. Insti. de legi. agna. suc. per do. Pau. de monte Pico, & Campetium in locis superius allegatis per Socyn. in suo cõsi. lxvij. computatis cõsilij Maria. quod inci. in præsenti cõsultatione visis statutis. in iiij. col. ver. circa tertiam dubitationẽ. & in cõs. lxx. inci. in præsenti cõsultatiõe vertitur dubitatio: nũquid valeat testamentum. per totum. & per Philip. Cor. in suo consi. clxxx. incipi. in hac cõsultatione videtur prima facie dicẽdũ. ver. sed addo, quòd etiam circumscripta l. in ij. volu. Tu autẽ Iudæe, qui commisisti aliquod delictũ propter qđ debes mori, vel alia pœna corporali puniri, vel ex forma statutorum, vel ex dispositione iuris communis, vel iuris Mosaici, quòd ius Mosaicũ in multis casib⁹ corporaliter punit, vt legitur

legitur Leui.c. xviij. & c.xxiiij.& similiter Exo.c.xxj.& xxij.si vis ipsam mertē, vel aliam pœnā corporalem euadere,cautela est, vt facias te Christianum:quia baptismus habet tātam efficaciam & tantam virtutem,quòd non solùm liberat hominē ab omni
a pœna spirituali quo ad deum verūa etiam ab omni corporali quo ad mūdum.ista est gloss.in capitu.sine pœnitentia.de consec.distinctio.iiij.& gloss.in capitul. quod autem. xxxij. quæstio.j.& gloss.xlix.disti.in prin. sentit gl.in c.ij.de consec.dist.iiij.& glo.j.dist.si quis viduam.& hāc partem, quòd nō solū pœna spiritualis quo ad deum,verùm etiam corporalis quo ád mundum tollatur per Baptismum,tenēt Calde.do. Ant.& latius Imo.&Fely.in c.de his. de accu. cum quibus etiā ibi videtur transire Ioan.de Ana. Et licet cōtrariam partem, scilicet, quod pœna corporalis nō tollatur per baptismū, sed tātum modò spiritualis,teneāt d. Abb.Maria.& Aret.in d.c.de his.de accusa.& Inn.Host.& do.Abb.in c. gaudem⁹. de diuor.& solēnis. Doct. & præceptor meus in canonibus.do. Philip. Decius in suo cōsi.cxxx.incip. ex facto proponitur,quod Iudęus.tamen primā opin.tenet Archid.l.distinct. in summa.& cōiter tenēt sacri Theologi, videlicet Sāctus Thomas ī iiij. distincti.iiij.quæst.ij.articu.j. & Sanctus Tho.in iij.par.suæ summę,quęstio.lxviij.artic.v.& quæstio.lxix.articu.ij.Sanc.Bona.in iiij.dist.iiij.articu.ij.Richardus in iiij.dist. iiij.art. ij.Pe.Aureol.in iiij.dist.iiij. quæst.j. art.ij.proposi j.Tho.de Argē.in iiij. dist.iiij.art.iij.in fi.Alex.de Ales,quęstio.xx.mebr.ij.art.j.Petr.de Thara. in iiij.dist.iiij.in iij.problemate,ar. ij.Et si diceres, ꝙ ipsi loquuntur de pœna temporali satisfactoria culpæ, exemplum in ieiunio, disciplinis,& similib⁹:quia dico, ꝙ imo loquūtur de pœna imponēda ab hominibus, vt Sanctus Tho. in iiij dist. iiij.q.ij. art.j.dum in fi.dicit,ꝙ principes isto casu piè faciunt indulgere pœnas.& Sanctus Tho.in iij .parte summæ.q. lxviij.art. v.dum dicit, ꝙ restituere malè ablata proximis,est satisfacere de iniurijs illatis: & cessare à peccato:quia hoc ipso ꝙ detinent aliena, est proximū lædere,proximū autē læsum non placare,est peccatum: & ideo peccatoribus baptizatis iniungēdum est,quòd satisfaciant proximis, sicut & quòd desinant à peccatis:nō autem est eis iniungendum, quòd pro peccatis præteritis aliquam pœnam patiantur. & hanc opinionem etiam tenet Archiepiscopus Florentinus in ij.parte suæ summæ,sub rubrica de baptis. Et ita aliàs fuit hic Paduæ obtentum in causa cuiusdā Iudæi, qui commiserat vnum enorme furtum, quo commisso fecit se Christianum.in qua causa pro & contra interuenerunt solenniores Doctores totius gymnasij, & vltimo loco fuit liberatus ab omni pœna corporali aduocantibus pro ipso clarissimis doctorib⁹,& patribus meis honorandis domino Christophore Alberico, d. Carolo Ruino,& do
2 mino Bertrutio Bagarotto. *Et not. alium mirabilem effectum ipsius baptismi: nam tu habes, quòd pater in vita sua non tenetur dare legitimam filio, licet dicatur in euangelio Lucæ, da mihi partem substātiæ,quæ mihi cotingit. de iure tamen

men pater nō tenet.tex.est principa
us in l.j.§.si impuberi.ff.de col.bo.
& ita determinat Bar.in authē.si qua
mulier.circa fi.de sacr.san.eccle.&
Bald.in l.quanquā.C.ad leg.falcid.
Bal.Ange.& reliqui omnes in l.lex
Cornelia.de vulg.& pup.Alb.de Ro
sa.in l.si lenones.C.de episc.audien.
Imò plus in casibus in quibus pater
inuitus cogitur emācipare filiū, qui
enumerantur per gloss. magistram,
in §.fi.Insti.quib.mod.ius pat.pote.
solui.in illis enim casibus non cogi
tur pater assignare aliquā legitimā
filio, vt singulariter voluit Bald.in l.
non potest.ff.de adop.ideo iniqua
sunt statuta, quæ cogūt patrē solue-
re legitimā pro delicto filij, secūdū
Cy.& Bal.in l.si qua pœna.ff.de his,
qui sunt sui, vel alieni iuris, & in l.si
filius.per illum tex.C.de bo.proscri
pti.& in d.l.lex Corne.vbi tamē vi-
dendi sunt moder.ff.de vulg.& pu-
pil.nam filius viuo patre nullum ius 1
habet etiam spe in legitima, secūdū
Cy.& Bar.in l.fi.ff.de libe.agno.re-
probata gl.in §.si verò non implēs.
in authē.de hær.& Falci.& vt tenet
Bar.in l.post emancipationē.in prin
ci.ff.de libe.leg.Bal.& Mode.in d.l.
lex Cornel.Sed si filius Iudæus fa-
cit se Christianum, potest viuēte pa
tre petere suam legitimā.ita notan-
ter dicunt Ioā.de Ana.& Felyn.in c.
Iudæi.el ij.de Iudæ.ꝑpptereà si filius
Iudęus vellet ad aliquem suum finē,
habere suam legitimā viuente pa-
tre, bonum remedium seu cautela
est, vt faciat se Christianum, & con-
sequetur intentionem suam.

2 Verum etiam. *Aduerte, quòd licet per baptismum fiat plena remissio, ut multa gl. uolūt iuris canonici, quæ hic allegantur etiam quo ad pœnam temporalem. & facit text. de consec. distin. 4. c. 1. in fi. ibi, quicquid ab homine &c. Sed quòd imò contra baptizatum formari possit processus, ut puniatur pro furto, & alijs delictis, facit quia sacramentum baptismi respicit animā, & tollit peccatum, quo ad deum, sed non liberat à pœna delicti. prout concludit Anto. de Bu. post gloss. in c. gaudemus. colum. iiij. de diuortijs. & idē post gl. sequuntur Abbas & Inno. Idē tenet Pet. de Perusio, in d. c. gaudemus. & Cardi. in Clem. prima. § . sanè. in xiiij. q. de usuris. & ita est communis opi. ut dicit d. Ioan. de Ana. in c. de his. de accusa.*

Cautela pro blasphemantibus deum & sanctos, ut euitent pœnam legis punientis blasphemias. XXV.

1 *Blasphemantium deum pœna est, abscisio capitis.*

POENA* blasphemantium deū, de iure cōmuni est abscisio capitis: vt in authēt.vt nō luxu.ho.contra naturā.per totū.& notat glo.vigesima secunda, quæstio.pri.si quis per capillum.& Ang.de Are.in trac. malefi.in verbo, verba contumeliosa & iniuriosa.versi.quæro quæ pœna erit contra istos sacrilegos.& talis pœna habet locum etiam, si taliter blasphemās blasphemaret de quadam sua cōsuetudine: vt volunt Cy.Bal.& Salyce.in l.iurisiurādi.C. de re.cre.& Bal.in l.ij.C.ad l.Iul.ma. licet hodie talis pœna sit cōmuniter diminuta per statuta Italiæ, vt etiam attestatur Bal.in d.l.iurisiurādi.quia in aliquibus locis imponitur pecuniaria: vt est in nostra ciuitate Brixiæ, & etiam hic Padue: in aliquibus

Pœna Blasphemus.

 alijs

alijs imponitur pœna linguæ, vt qua si per totã Alemaniã, vt mihi aliàs relatũ est, vbi etiã obseruat, & præcipuè in mulieribus, ꝙ ligant ad funẽ & proijciũtur in aliquod flumen, & posteà extrahũtur. & iterũ proijciũtur, & ita pluries fit, adeò ꝙ multoties moriũtur, & aliæ diuersæ pœnę imponũtur, prout statuentibus videtur. Modò qdã blasphemauit Deũ, vel suos sanctos, quo casu vigore statutorũ debet ei puta euelli lingua, vel aliqua alia magna pœna imponi, quo remedio poterit vti, vt nõ possit puniri pœna illius statuti punientis blasphemias. Dic ꝙ cautela est, vt inspiciat, an sit in ciuitate statutũ, vt reperitur in multis locis, disponẽs, ꝙ pro criminibus, de quibus qs habuerit pacẽ ab offenso, imponat talis pœna: & tũc videat an illa pœna sit minor illa, quæ imponit blasphe-
a mãtibus: & si sic, tũc a vadat ad confitẽdũ peccata sua, quia habita à sacerdote absolutione, & sic peccatorum remissione, intelligit fecisse pacẽ cũ Deo, qui per blasphemias principaliter offenditur: vt habet in d. aut. vt nõ luxu hom. cõtra naturã. & isto casu, iste nõ poterit puniri pœna statuti punientis blasphemãtes, sed gaudebit priuilegio alterius statuti puniẽtis delinquẽtes, q ab offenso pacẽ habuerint. ita singulariter cõsulẽdo tradit Bar. in suo cõsi. clxvij. inci. ꝙ minister fratru. de pœnitẽtia. quẽ referũt, & sequunt Pe. de Anch. & Ioan. de ana. in x. col. in c. fi. de maledi. & Fely. in c. de his. in ij. col. versi. iij. fallit. de accus. Et solẽnis Doct. & ꝑceptor meus in canonib⁹ do. Philip. Deci. in suo cõsi. cxxxvij. inci. & diligenter ꝓ tenui facultate mea. in ij. col. ver. & cũ in isto delicto principaliter deus offendatur. Et licet ista cautela prima fronte videat praua & malum in se continere, videlicet instruere istos sacrilegos blasphematores ad euadẽdũ pœnam blasphemię, ꝓpter quas blasphemias veniũt fames, terræmotus, & pestilentiæ, vt dicit Imperator in d. authen. vt non luxu contra natu. Tamẽ cõsiderans si ista cautela debet practicari, opus est, ꝙ cõmittatur illa bona operatio scilicet cõfessio peccatorũ ĩ qua cõsistit salus animarum nostrarũ: ideirco mihi visum fuit ipsam tradere.

a Tũc vadat. *Quæritur utrũ blasphemus possit absolui à proprio sacerdote. dicitur secundũ Panor. in c. statuimus. de maledicis. quòd non publicè blasphemans, sed ab episcopo. facit gl. in c. ij de pœnitẽ. & remiss. lib vj secus si occultè, quia secundum Hostiẽ. tunc non pertinet ad episcopum. Ego uerò intelligo, quòd est casus episcopi, quando blasphemia est peccatum non simpliciter, sed quando propter publicitatem defertur ad episcopum. unde dicit Gosfre. & Hosti. quòd quæ dicũtur in d. c. statuimus. de pœna temporali, uel pecuniaria, intelliguntur sedente iudice pro tribunali in iudicio autem animæ presbyter discretus molliendo rigorem, dispensare poterit rigorem ex causa circa pœnam spiritualem superiorem xxvj. q. vij. pœnitentibus & hoc secundùm Hostien.*

Cautela ad euadendum testem falsarium à pœna falsi. XXVI.

1 *Delicta impunita remanere nõ debet.*
2 *Probationes in criminibus, luce meridiana clariores esse debent.*

LICET cõdecens & honestum sit, * ꝙ delicta nõ remaneãt impuni-

pœnita, vt vulgata l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & c. vt fame. cũ alijs vulgaribus, de sen. excõ. & licet similiter cõueniẽs sit, ꝙ prouincia purgetur malis hominib⁹, nõ distinguendo vndecunq; sint: vt l. iij. & l. congruit. ff. de offic. præsid. ad hoc, vt boni possint viuere inter malos: vt dicit tex. in c. nõ frustrà. xxiij. q. v. & gl. in c. ad reprimẽdã. de offi. ord. attamẽ cõsiderãs, ꝙ multoties homines nõ dolosè, sed inaduertenter delinquũt, & posito, ꝙ scienter & dolosè aliqñ delinquãt, tñ cõuersi ad pœnitentiã, fiũt erga deũ iustiores, exemplo Pet. vtl. di. fideli. animaduertẽsq; similiter, ꝙ quãuis proximus in nos peccet, nõ ad vindictã sumendã, sed ad veniã tribuẽdã, pni esse debem⁹: arg. c. nõ inferẽda. xxiij. q. iij. & exẽplo Christi, q. p iniuriãtibus ei orauit: vt habet in dominica passione. cuius Christi actio, nostra dicit instructio. c. vt nostrũ. vt ecclesiastica bñficia. & c. significasti. de elec. & c. qualiter & quãdo. el. ij. de accus. Propterea videamus, an si aliqs testis à solo notario examinatus deponat falsũ, & de falso accuset, & de falso suspicetur se posse reprobari. an sit dare cautelã, ꝙ posito, ꝙ de falso con- 2 uinceretur, ꝙ nihilomin⁹ ipsam pœnam falsitatis euadat. Dico ergo, ꝙ cautela est, ꝙ qñ contra dictũ testẽ de falsitate pceditur, talis testis dicat se aliter dixisse in sua depositione, quàm ꝙ notarius scripserit: formando dictũ suũ taliter, ꝙ nõ insit aliqua suspitio falsitatis: quia hoc modo dato, ꝙ posteà sua depositio de falso cõuincatur, attamẽ stãte respõsione, de qua suprà, nõ poterit tanquàm falsarius puniri, quia licet cõmunis opin. sit, ꝙ teste dicente se aliter dixisse, quàm qđ notari⁹ scripserit: potius stetur scripturæ quàm dicto ipsius testis, nisi notarius esset persona suspecta: vt no. Spe. in ti. de testi. §. j. versi. sed pone ecce iudex. & Inno. in c. cũ Ioã. eremita. in glo. tabellioni. de fid. instru. do. Ante. & do. Abb. in c. cũ dilecti. de accus. vbi etiã Ioã. de Ana. in iij. col. ver. no. ꝙ quãdo aliquis examinat. & Bal. in c. literas. de p̃sumpti. & Floria. in l. de ætate. ff. de proba. vbi dixit, ꝙ p istã quæstionẽ poteris implere bursam, nihilominus istud est verũ: & procedit quãtùm ad probandum in causa pecuniaria, sed quãdo pducit scriptura depositionis receptæ à soluto notario, ad hoc, vt testis puniat de falso, & ipse testis dicit se aliter dixisse, quàm ꝙ in actis cõtineat, tunc talis scriptura depositiõis nõ facit fidẽ, ꝙ testis dixerit id qđ in ipsa cõtinetur. istud fuit notabile dictũ Spe. in d. §. j. versi. sed pone ecce iudex. & in tit. de instr. edi. §. restat. ver. sed qd si vnus. vbi dixit, ꝙ oẽs Doct. Bononiẽses in sua priuata examinatione ita cõcordarũt, ꝙ nõ credat tabellioni cõtra testẽ, quãdo fuit accusatus: vt suprà * quia in criminib⁹ pbationes debent esse clariores luce meridiana: vt l. sciãt cũcti. C. de pb. canonizata. ij. q. viij. sciãt cũcti. qđ dictum approbãdo sequit Ro. dicens esse dictũ verũ & singulare, in l. j. §. fi. de verb. obli. sequit do. Abb. in c. ad audientiã. in j. col. ver. & facit iste tex. ad q. de præscrip. & in c. cũ causam, quæ inter Archiepiscopũ. in fi. de testi. vbi dicit istud dictũ Specu. esse multũ notãdũ. Ang. & Imo. ĩ l. j. §. si qs neget. ff. quemad. test. apet. Imo. in

mol.in Cle.j.de hæret.& ibi do.Car di.in §.fi.Saly.post Cy.in l.si qs decurio.versi.pone ꝙ testis.C.de fal. Alexã.cõsil.lxx.incip.viso processu inquisitionis.in j.col.versi.ij.respõdeo.in j.volu.& in consi.xlix.incip. visis processibus in causa inquisitionis formatæ.quasi per totum,in ij. volu.

Cautela ad euadendum à tortura, confessum extraiudicialiter se commisisse tale delictum. XXVII.

1 *Delictum si quis extraiudicialiter se commisisse dicat, an talis confessio plenè præiudicet, uel indicium ad torturam faciat.*

1 NAM* si quis extraiudicialiter cõfitetur se cõmisisse tale delictũ, communis opi.est, quòd talis cõfessio non plenè præiudicet ipsi cõfitenti:sed tantummodò contra eũ faciat indicium ad torturã: vt habetur per gl.& Bar.in l.capite quinto. ff.de adul.per Bar.in l.quoniã.ff.de his qui no.infa.per Bal.in l.ictus fustiũ.ff.eo.de his qui no.infa.p Ang. in l.j.ff.de cofes.per Do.de Ro.in sua decis.clxxx.inci.licet cõfessio extraiudicialis.in nouis.per do.Abb.& Io.de Ana.in ij.colũ.in c.de hoc.de simo.per Abb.in c.at si clerici.in iiij. col.versi.sed quia suprà facta est mẽtio.de iudi.& per eũdẽ in c.quàm sit graue.de exces.prela.& in c.si quis de gradu.de purg.cano.& per Ro. in cõsi.vij.incip.visis necessarijs in facto ꝓposito.quibus locis concluditur,ꝙ talis cõfessio extraiudicialis nõ facit plenã probationẽ contrà cõfitentẽ,sed bene indicium ad torturã. Tu autem, qui debes poni ad torturam, vigore cõfessionis extraiudicialiter factæ de aliquo delicto à te perpetrato, vt sæpissime cõtingit his, quibus fumat caput,& q summopere gloriantur cõmemorare ea, quæ fecerũt,& nõ fecerũt, si vis euadere ipsa tormẽta, cautela est, quòd antequàm ponaris ad torturã, reuoces ipsam cõfessionẽ: quia talis reuocatio, etiã nõ docto de aliquo errore, impedit ipsam torturã. ita singulariter dixit Bal.in l.vnica,in vlt.co. ver.itẽ dicit Inn.C.de cõfes.dicẽs,ꝙ aduocatus ipsius rei debet esse cautus, vt faciat reuocare ipsam cõfessionẽ, etiã aliter nõ docto de errore, qa hoc mõ impediet ipsam torturã quẽ refert & sequit do.Ias.dicẽs,nota perpetuò istud dictũ in practica,qa hoc mõ poteris euadere amicũ à tortura, in l.magistratib⁹, in ij.col.versi. ij.singulariter limita.ff.de iurisdom. iud.sequit Fely.in c.olim.in ij.colũ. ver.secundus, nisi reuocet.de rescri. & in d.c.at si clerici.in vj.col.ver.ij. restringe nisi confessus, de iudi.& in c.de hoc.circa prin.de Simi.

Cautela pro clerico declinanti iurisdictionem potestatis, ut euitet pœnam statuti punientis clericũ declinantẽ. XXVIII.

1 *Priuilegium fori, clericis cõcessum de iure diuino esse dicitur.*

2 *Litigare nolle aliud est, & aliud litigare non posse.*

3 *Iudex ecclesiasticus iudici laico inhibens, an partem citare debeat.*

PROVISUM reperitur multoties per statuta locorũ, quòd aliquis non possit sub pœna declinare forũ domini potestatis, etiam si esset clericus: quòd quidem statutum liceet quãtùm ad clericos indubitãter non valeat, iuxta ea, quę habẽtur in

aut.

aut.cassa & irrita.de sa.san.ecclesi.&
1 in c.nouerit.de sen.excom. *nā pri
uilegiū fori concessum clericis dicit
esse de iure diuino:vt xcvj.dist.si Im
perator.& no.do.Abb.in c.solitę.in
vj.no.de maio.& obe.& pulchrè Ol
dr.in consi.xxxiij.inci.an episcopus
posit declinare forū.& p cōsequēs
nō posset etiā per ipsum Papā tolli,
quia nec ipse pōt tollere ius diuinū,
vt xxv.quæst.prima,sunt quidā. quia
inferior nō potest tollere legē sui su
perioris:vt c.cùm inferior. de maio
ri.& obe.& clemē.ne Romani.de e-
lect.hinc est,ꝙ concludunt Domin.
de Rota.in sua decis.840.incipient.
vtrum valeat consuetudo Anglica.
in anti.ꝙ ex cōsuetudine quāquam
vetustissima non potest Rex Anglię
acquirere iurisdictionem in cleri-
cos,quia ius diuinū repugnat:nā gra
uiter in Deum præuaricat, qui hoc
modo iurisdictionē suā vsurpant: vt
xciij.distin.relatū, vnde talis cauere
debet ne à domino flagelletur, sicut
ille rex Osias,qui legitur lepra fuis-
se percussus,quia officiū sacerdotij
vsurpauerat:vt habetur lib.Parali. c.
xxvj.& transsumptiuè,ij.q. vj. §. sed
& notandū.Tamen quia iudices se-
culares aliquando de facto mandant
tales pœnas executioni,etiam cōtra
clericos, vt dicit Gemi. in c.si iudex
laicus.in princip.de sentent.excom.
in vj.& domi.Abba.in c.si diligenti.
in fi.de for.compe.propterea videa-
mus an sit dare cautelā,ꝙ licet cleri
cus declinet,tamē nō cadat in pœnā
prædicti statuti.Dico ergo,ꝙ caute-
la est,ꝙ clericus cōpareat corā iudi-
ce seculari,& nō declinet, sed dicat,
nō possum corā vobis respondere,
quia habeo decretalē, si diligēti. ex-
trà de for.cōpe.inhibentē & puniē-
tem clericū,litigantē corā iudice se
culari,aliàs libēter respondere:quia
hoc modo euitabit pœnā statuti. ita
originaliter voluit Iacob.But. in au
thē.statuimus.de episc.& cle.cū quo
transit Pet.de Ancha.in c.seculari.in
vlti.no.de fo.compe.in vj.& quē se-
quitur Alberi.de Rosa.in suo opere
Statuto.in quarta part.quæst.lxxv.in
fin.incipient.existēte potestate. vbi
dicit,ꝙ Iac.But.dicebat in d.authen.
statuimus,ꝙ cùm istud statutū esset
Bononiæ,cōsulebatur clericis,ꝙ ita
deberēt facere.& licet Io.de Ligna.
in d.c.si diligenti.quē sequūtur Ant.
de But.& do.Abb.in fi. dicat, ꝙ ista
cautela fortè nō ꝓdesset,cū effectua
liter declinet,quia nō refert an ali-
quid fiat verbo,vel facto:vt c.ex par
te.el ij.de appellat. quia ad hoc re-
spondet Bal.in d.aut.statuimus.& Al
2 ber.in loco superius allegato, *ꝙ a-
liud est nolle litigare, & aliud non
posse litigare.allegant l.ab admini-
stratione.C.de lega.& l. cū filius. §.
non videtur.de leg. ij. quæ optimè
probant. Secunda cautela est.ꝙ cle
ricus cōpareat in habitu & tonsura,
& dicat,offero me paratū corā vo-
bis litigare,dūmodò possim.ita vo-
lūt Ange.& Imo.in l.iiij.ff.de acqui.
hære.Bal.in d.aut.statuimus.versi.se
cus tamen.& idē Bal.in l.filius.versi.
tunc etiā quidā declinant.ff. de his,
qui sunt sui,vel alie.iur. dicēs, quòd
clericus cōparendo in habitu & ton
sura,non dicitur forū declinare, sed
forū declinat eū,& sic ista est decli-
natio passiua,& non actiua: quia lex
est illa,quæ declinat.quod est bene
notandū secundū eū,subiungens, ꝙ
similis intelligēdi figura habetur in

gloss.

glo.l.qui indignus.ff.de senato.adde tu similiter ad hoc bonũ tex.in c. fi.de vita & hone.cle. Tertia cautela est,& ista est tutior, ꝙ clericus nõ declinet,sed faciat vt iudex ecclesiasticus cũ suis inhibitionibus ratione sui interesse,eum reuocet, sicut dicimus in domino feudi,respectu vasalli:vt cap.ex transmissa.de iudi. istam cautelã tradit Bart.in l. pe. §.ad crimen.in iij.colũna,versic.item oppo. de l. Lucius.ff.de public.iudi.& ĩ l. secund.C.de accusat.quem sequitur dom.Abb.in dict.c.si diligenti.in fi. & do.Ant.in c. veniens.de accu.Bal. in aut. statuimus. vbi dicit, ꝙ istud est menti tenẽdũ,& ꝙ ita vidit practicari in palatijs,quia nõ est in potestate clerici obuiare,ꝙ episcop⁹ officio suo eum nõ aduocet:per not. in c.si iudex laicũ.de sen.excõ.in vj. & hanc cautelã similiter docet Gemi. nihil allegans in d.c.si iudex laicus. in princ.dicens,nota practicã euadẽdi pœnam statutorũ,quæ sunt in ciuitatibus Italiæ, imponentiũ pœnã declinantibus iurisdictionẽ iudicis laici:quæ statuta quandoq; de facto extendũtur ad clericos.Nam practica est,ne ipse clericus declinet, sed 3 iudex ecclesiasticus ex officio eũ repetat,quod potest:nam aliud est,clericũ opponere incompetentiã iudicis laici,& aliud,ꝙ ipse clericus repetatur à iudice ecclesiastico.sequitur do.Ias.vbi Alex.diffusè loquitur in l.ab administratione. C. de lega. subiungens ibi d.Ias.vnũ,de quo facit magnũ festum,ꝙ licet aliàs habeamus,ꝙ quãdo episcopus, vel iudex ecclesiasticus inhibet iudici seculari,ꝙ talis inhibitio non valeat, nisi parte citata:vt cõsulendo tenuit Pet. de Anch.in consi.mihi cxxxiiij.inci. casus talis est post pręceptũ factũ.& Lau.de Rodol.in suo tract. de vsur. q.cxxxj.Are.in cõsi.xx.incip.in quęstione & causa Bernabæ inquisiti. in pe col.ver.circa secundũ.& Alex. in cõsi.ix.incip.præstãtißime Doct. in iiij.vol.& Alex.in l.iiij.§.condẽnatum.vbi dixit hanc esse cõmunẽ opi.ff.de re iudi.cum cõcord.de quibus per dom.Ias.in l.nec quicquam. §.vbi decretũ.in vij.colũ.versi. viij. fallit.ff.de off.procons.& lega.tamẽ stante statuto,de quo suprà punienti clericũ declinantẽ,si iudex ecclesiasticus officio suo inhibebit iudici seculari,ne cognoscat in causa talis clerici,sed eã remittat ad se cognoscendã & terminãdã,non erit necesse citare partẽ in huiusmodi inhibitione mittenda.allegat ita notabiliter tenere Bal. vbi ita ĩ effectu tenẽt post Archi.in loco ꝑ eũ allega.in l. presbyteri.in ij.colũ.versi. ij. quæro hîc.C.de episc.& cleri.& licet dom. Ias.extollat multũ istud dictũ, tamẽ aliàs haberẽ ipsum pro claro, dato, ꝙ nõ esset autoritas Arch.& Bal. de qua suprà.& hoc per illã distinctionẽ,quæ fit in isto passu, *an iudex ecclesiasticus inhibens iudici laico, debeat citare partẽ. Nã cõmuniter cõcluditur,ꝙ aut inhibet ad instantiã partis,& tũc debet requirere aliã partẽ. aut inhibet ex suo officio, vt in casu nostro,& tũc secus:prout cõsulẽdo tenet Fede.de Sen.in suo cõsi.ccc.incipi.factum tale est,debitor promisit.& latè Laurent. de Rodol. in loco superius allega.Doctor.in c. tuã.de or.cogni.sentit expreßè Alexan.in præallega.cõsi.ix.incipi.præstantißime Doct. in iiij. volumi. & in

in cõſi.xcj.inci.viſis actis mihi trãſmiſsis.in iij.col.verſi.iij.moueor. in ij.vol.propterea dixit Innoc.in c. ad aures. de temp. ordi. ꝙ vani capitis eſſet, qui diceret prælatũ non poſſe præcipere ſine cauſæ cognitione, & maximè de his, quæ pertinent ad officiũ ſuũ: allegat vij. q.j. quia frater.

Cautela pro impetrante priuilegium exemptionis pro ſe, & deſcendẽtibus ſuis, ut tale priuilegiũ circa perſonas ſit amplum. XXIX.

1 *Princeps an ſi alicui immunitatem & exemptionem pro ſe, & deſcendẽtibus ſuis, tam maſculis, quam fœminis conceſſerit, talis immunitas etiam ad filias maritatas extendatur.*

2 *Iura ſanguinis, nullo ciuili iure dirimi poßunt.*

3 *Mulier innupta de agnatione, & ſui patris familia dicitur.*

4 *Statutum ſi diſpoſuerit, quòd forenſis non poßit acquirere bona immobilia in ciuitate, nec diſtrictu, an tali ſtatuto non obſtante, filia extra territorium maritata, bona immobilia acquirere poterit.*

DVM Venetijs vna vice prandere cũ magnifico & equite aurato, domino Paulo Triuiſano quondam noſtro poteſtate Brixiæ, cuius anima nunc requieſcat in pace: interrogauit me, dicens: *an ſi princeps concedat alicui immunitatẽ, & exemptionem pro ſe & deſcẽdentibus ſuis, tã maſculis quàm fœminis: nunquid talis immunitas extendatur etiam ad filias maritatas. Reſpõdi, ꝙ iſtam quæſtionem non memineram vidiſſe in terminis: ſed tamen ꝙ loquendo ab improuiſo abſque reuolutione chartarũ, tenebã duplici ratione, ꝙ ſub tali priuilegio immunitatis includantur etiã filiæ maritatæ. Prima, quia priuilegiũ principis dicitur beneficiũ ipſius principis, vt declarat Bart.in l.j.in j.col.ff.de conſtit.prin. ꝙ beneficiũ principis latiſſimè eſt interpretandũ, quãdo tractatur de dãno tantũmodo ipſius principis, vt in caſu noſtro, vt d.l.j.de cõſtitut.princ.& c.cũ dilecti.cũ ibi no. de donat. Cũ ergo in priuilegio dicatur pro ſe, & deſcẽdentibus ſuis, tã maſculis quàm fœminis, qđ verbum fœminis eſt aptũ cõprehendere etiã maritatas: ſequitur dicendũ, ꝙ iſte intellectus, vt cõprehendat etiã maritatas, debet ſumi. Secundã rationẽ dicebã eſſe, qa licet matrimoniũ trahat mulierẽ ad originẽ viri, vt l.mulieres.C.de incol.lib.x.& vt no.Bal. in rub.ff.ſol.ma.circa prin. & in l.ij. in fi.C.de iuriſd.omn.iud.& ſimiliter p ipſum matrimoniũ mulier ſequatur forũ viri: vt l.ea quę deſpõſata.ij.ff.ad muni.& l.exigere dotẽ. ff. de iud.& l.cũ quędam puella. cũ ibi no.ff.de iuriſd.om.iud. Tamẽ propter hoc nõ ſeqtur, quominus nõ dicatur, & ſit de deſcẽdẽtibus: 2 *qa iura ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt: vt l.iura ſanguinis.ff. de re. iur.& l.ius agnatiõis.ff.de pa.mulier enim p matrimoniũ trãſit in poteſtatẽ mariti quoad tria, ſcilicet, quoad reſidẽtiam, quoad operas, & quoad debitũ carnis: in reliquis remanet in poteſtate patris, vt dicit Bart.in l. ſi vxorẽ.poſt gl.ibi.C.de cond. inſer. de quo etiã aliquid per eundẽ Bald. in l.j.C.de bonis, quæ lib. & etiã per Bar.& melius per Pau.de Caſt. in l. rei iud. §.ſocero.ff. ſol.ma. 3 *Nam mulier licet ſit nupta, nihilominꝰ dicitur

cit de agnatiōe & familia sui patris, ꝑut no. Bal. Pau. de Ca. d. Ias. & Phil. Cor. in l. volūtas. ꝑ tex. ibi. C. de fidei cō. & Socy. in suo cōsi. ccxxvij. incip. ꝑsens cōsultatio pulchra est, & subtilis. in vij. col. versi. circa secūdā questionē videbatur cōcludendū, & idē Socy. in cōsi. xl. inter cōsilia Fran. de Cur. incip. cū in præsentiarū de interpretāda. in ij. col. versi. itē est vna de successionib⁹ ab intestato. imò qđ est plus, fœmina per matrimoniū nō solū nō ꝑdit agnationē & familiā pa-
4 tris, verū etiā nō ꝑdit ciuilitatē: *idcirco stāte statuto, ꝙ forēsis nō possit acqrere bona immobilia in ciuitate, nec districtu, tñ tali statuto nō obstante, filia extra territoriū maritata poterit acqrere bona immobilia: qa ꝑ ipsum matrimoniū nō desinit esse ciuis suæ ciuitatis, & nō iudicaī persona forensis: vt notabiliter determinat Bar. in l. ū. §. pen. ff. ad municipa. & Pau. de Cast. in d. l. rei iudicatæ. §. socero. ff. solu. mat. & Fely. in ca. j. de sponsa. & Ale. in consi. xx. incip. viso processu causæ vertētis inter Catherinā. in fi. in ij. vol. nisi tale statutū requireret aliquā actualitatē facti, puta ꝙ diceret, ꝙ nullus forensis possit acqrere bona immobilia, nisi in ciuitate sustineat onera & factiones: quia tunc tale statutū bene excluderet filiā extra territoriū nuptā. & solenniter cōsuluit do. Card. in consil. cxxxv. incip. Titius ciuis Feltrensis. per totū, & sic dicebā per istas duas rationes succinctè ei adductas, priuilegiū, de quo suprà, includere etiā filias maritatas. Tūc sua magnificētia dixit, ꝙ libenter sciuisset, qd vellet dispositio legū nostrarū, quia tunc de facto ista quæstio pendebat corā serenissimo domino, ī causa cuiusdā de Polesino: cū postea fuit reuersus Paduā, inueni istā quæstionē in terminis ponere Bar. in l. quoties. C. de priuileg. scho. lib. xij. vbi notabiliter dicit, ꝙ tale priuilegiū cōcessum alicui pro se, & descendentibus suis, tā masculis, quàm fœminis, ꝙ ita demum fœminæ gaudent tali priuilegio, si sunt virgines, aut viduæ: secus autē si sunt maritatæ: quia ipse mutant statū, & sequūtur forū viri. quā opin. tenent etiā ibi in d. l. quoties. Angelus, & Ioan. de Plate. & licet istud dic. Bart. reprobet Alexand. in l. cū quædam puella. ff. de iurisdict. omn. iudic. & Felyn. in cap. sup eo. el ij. de testib. & Maria. in quodam suo consil. incip. Reuerendus domi. B. Rouerella. de quo meminit Fely. in loco inferius allegando, tamen opinionem Bartol. tenent Rom. & do. Iason in d. l. cùm quædam puella. & Ro. in l. j. in fin. princ. ff. de constitu. princ. Fely. in cap. nouit. circa prin. versic. fortius dixit Bartol. de iudic. Laurent. de Palat. in §. cæterum. Institut. de legit. agna. suc. in xlix. col. ū. versic. & adde quòd si concederet, & Georg. Nat. in repetit. cap. quamuis. in vlti. col. versic. xxj. quæro. de pact. lib. vj. & Brixiensis in suo repertor. in verbo, posteri. vbi dixit illud dictum Bald. esse multùm singulare, & quod ita fuit de facto obtentum. Sis ergo cautus qui impetras priuilegium pro te & descendentibus tuis, tam masculis, quàm fœminis, si vis quòd tale priuilegium extendatur ad fœminas etiam maritatas, quòd in priuilegio istud facias specificare, aliàs ipsas maritatas non compræhenderet.

Caute

Cautela ad illaqueandum donãtem causa mortis, ut non possit ipsam donationem reuocare. XXX.

1 *Donatio causa mortis, quandocunque per donantem ex pœnitentia reuocari potest.*

2 *Iuramentum, quòd sine interitu salutis æternæ seruari potest, seruandũ est.*

3 *Reuocabilia quæ ex pœnitentia sunt, si iuramentum interueniat irreuocabilia sunt.*

4 *Cõtractibus innominatis respectiuis, regulariter pœnitentia admittitur.*

1 SCITVR * vulgò, quòd donatio causa mortis, potest quandocunque per donantem ex pœnitentia reuocari: vt l. quæ mortis. & l. senatus. §. sed mortis causa. & l. Seia. ff. de donat. causa mort. & Instit. de donatio. in prin. & illa dicitur donatio causa mortis, in qua sit facta mentio mortis: vt notat gloss. & Barto. in l. Seia. ff. de dote prælega. & no. Bar. & Bal. in l. fin. C. de pact. Alex. in l. stipulatio hoc modo cõcepta. in v. col. ver. inquantùm tñ dixi. de verbo. obliga. Bart. Bal. Imol. Alexan. & communiter Doct. in l. quæ dotis. ff. solut. mat. secus autem in donatione inter viuos, quia ipsa ex pœnitẽtia reuocari non põt. vt l. possesionem. & l. fina. C. de reuo. dona. & cap. fin. extrà eo. nam donatio inter viuos semel perfecta, etiã prætextu Imperialis rescripti non reuocatur: vt dicit tex. in l. si dona. C. de reuoca. dona. & similiter donatio semel perfecta, conditionalis fieri nõ potest: vt l. perfecta. C. de donat. quæ sub modo. Tu autem, cui vult fieri aliqua donatio causa mortis, si vis taliter negotiari, quòd talis donatio per donantem non possit reuocari, cautela est, quòd facias, vt notarius instrumento apponat illa verba, quæ p notarios multoties apponi solent, scilicet promittẽs dictus donator omnia, & singula supra scripta attendere, obseruare, & in aliquo non contrauenire: quia per talia verba donatio causa mortis, quæ de natura sua est reuocabilis, efficit irreuocabilis: nam quando in donatione causa mortis, facta est promissio de eam non reuocando, tunc assumit naturam donationis inter viuos, & donatio inter viuos appellat. iste est casus in l. si alienam. in fi. & i l. vbi ita donatur. & ibi not. Barto. ff. de dona. cau. mortis. not. gl. in l. sed interim. in prin. in glo. magna. ff. de dona. inter vir. & vxor. Bal. in l. ij. C. de iur. dot. Aret. in consil. xlj. inci. diligenter & maturè pẽsata consultatione. in secũda columna, versiculo, quinimò. etiam si non esset appositum verbum, & in terminis quæstionis superius formatæ, licet ille donauerit causa mortis, ꝙ tamen per illa verba, de quibus suprà, censeatur donatio inter viuos. ita consulendo tenuit Pau. de Castr. in suo consil. mihi xcviij. incip. notãdum est primò. & in consilio sequen. inci. in ista donatione fuit actum. & in consil. cj. incip. notãdũ est, ꝙ præfatum statutũ. in ij. col. versic. quantùm verò ad secundùm. & licet cõtrariã partem, ꝙ per illa verba, de quibus suprà, censeatur donatio causa mortis, & sic ꝙ possit reuocari, tenuerit glo. in d. l. si alienam. in verbo, accepit. ff. de don. causa mort. & Bal. vbi arguit ad partes in l. cùm quis. ff. de condi. ob causam. & Alexan. in l. quæ dotis. in iiij. colum. versi. sed iuxta hoc cadit du-

bitatio multùm probabilis.ff. solut. matri.& Ange.in consi.ccliiij.incip. domi.Ant.de Florentia. & eam etiã videatur sentire Bald.in consil. cvij. incip.Laurent.fuit confessus.in prima parte.& Philip.Cor. in cõsi.cxxvj.incip.licet in hac cõsultatione videatur prima fronte dicendum. per totum,in primo volu. Tamẽ primã opi. ꝙ per illa verba, de qbus suprà, censeatur donatio inter viuos, & sic non possit reuocari, tenuit consulendo Ange.sibimet contrarius in cõsi. cxcix.incip.visis prædictis instrumẽtis.in vj.col.ver.ex hoc sequitur decisio.& Alex. similiter sibi cõtrarius in cõsi.xiiij.inci.circa primũ dubiũ, quo quæritur.in j.col.vers.prædicta etiã materia.in j.vol.quam opi. etiã sentit expressè Bar.in l.fin.in iij.col. ver.& primò examinemus,an sit donatio causa mortis.C. de pa. & clarè Socy.in cõsi.ccxxij.inc.multũ elegãter:& similiter in j.col.versi.adduco etiã in proposito. & eã similiter ĩtrepidè tenet d.Ia.dicẽs, ꝙ si casus accideret,ꝙ ita cõsuleret,in l.nõ omnis. in j.col.ver.sed hic offerẽ quotidianum & vtile dubiũ.ff.si cer.pe.subiũgens,istã conclusionẽ putarẽ multò fortius esse verissimam,si vltra dicta verba iuramentũ interuenisset: ꝓut etiã tenuit Pau.de Cast.in preal.cõs. cj.inci.notandũ est, quod præfatum statutũ.prope fi.& Are.ĩ cõsil.lxxiiij. inci. diligẽter & maturè ponderatis his in ij.col.vers.prima ratio fundaẽ in iuramẽto.allegãs c.ij.ĩ verbo,cõtrauenire.de iureiur.in vj.vt etiã tenuit Soc.ĩ cõsi.liij.cõputatis cõsilijs Maria.patris sui,qđ incipit,in p̃senti cõsultatione ex themate p̃misso, ĩ ij. col.ver.& p̃dicta sufficerẽt. Quę opinio proculdubio est tenẽda, ꝙ si in donatiõe causa mortis sint apposita verba,de quibus suprà, & insuper ipsum iuramẽtum,ꝙ talis donatio sit irreuocabilis. Primò ꝑ illã regulam 2 tritã in iure,* ꝙ omne iuramentũ qđ põt seruari sine interitu salutis æternæ,seruãdũ est, vt habetur in c. cùm cõtingat.de iureiur.& in c. licet mulieres.eo.tit.lib.vj.& in c.quãuis.de pa.eo.lib.vj. Sed si promitto cũ iuramento donationẽ causa mortis non reuocare,seu cõtrauenire, quod tantũ importat,quia qui reuocat actum, cõtrauenit ipsi actui.vt patet ad sensum:certè tale iuramentũ põt seruari sine interitu salutis æternæ: ergo 3 seruandũ.Secũdo & fortiter,* quia videmus,ꝙ ea, quæ de natura sua ex pœnitentia sunt reuocabilia, si iuramentũ interueniat, fiunt irreuocabilia:nam si quis fecit pactũ de prorogãda iurisdi.sui iudicis, & sic litigare corã iudice non suo, tamen non obstante pacto, ante litẽ contestatã põt pœnitere:vt l. si cõuenerit. cum ibi no.ff.de iurisdi.om.iu.& c.j.secũdũ cõmunẽ intellectũ, extrà de iud. sed si vltra pactũ interpositum fuerit iuramentũ; tũc etiã ante litẽ cõtestatã non est locus pœnitẽtiæ:ita tenẽt Ang.Ful.Paul.de Cast.Alex.& d.Ias. in d.l.si conuenerit.Imo.in d.c.j. de iud.& ibi Fely.in iiij.col.ver.iij.fallit.Ant.Corse.in rep.ru. extrà de iureiu.in xvj.priuileg iuramẽti.Pet.de Anch.in cõsi.mihi cxcij.inci. in auxiliũ veritatis.in ij.col. vbi dixit istud esse nouũ,ad intellectũ d.l.si conuenerit.& ista est cõmunis,qcqđ dixerint Ant.de But.& d.Ab.in vij.col.in d.c.j.de iud.Secũdò,ꝙ ea, q̃ de natura sua sunt ex pœnitentia reuocabilia,

sia, p iuramentũ efficiant irreuocabilia, probat:* nam in cōtractibus innominatis respectiuis, regulariter re integra admittitur pœnitentia: vt not. in l. si pecuniam. ff. de condi. ob. causam. & p gl. & Doct. in l. iurisgentium. in prin. ff. de pact. sed si aliquis fecit contractũ innominatũ, in quo interuenerit iuramentũ, tunc nō est locus pœnitentiæ. ista est gl. in d. l. si pecuniam. in verbo, necesse habeas. quam ad hoc singularē reputat Bal. in c. quæ in ecclesiarũ. in vij. colũ. de consti. & Imo. in l. ij. §. sed & si quis. ff. de dona. d. Ias. in d. l. si pecuniã. in iij. col. ver. vndecimò limita. & in penult. col. ver. ij. collige ex hac glo. & vt tenet Barb. in c. iurauit. in xv. col. ver. itē dicit hîc Bal. de prob. allegãs ita similiter tenere Saly. in d. l. si pecuniam. tenet Ant. Corset. in præall. repe. rub. extrà de iureiurã. in ij. priuilegio iuramenti. Stabit ergo firma conclusio, q̃ si in instrumento dona. causa mor. fuerint apposita illa verba, de quibus suprà, & multò fortiꝰ, si iuramentũ interueniet, q̃ donatio causa mortis, non poterit per donantem ex pœnitentia reuocari. Secũda cautela & occultissima est, vt facias, q̃ per notarium in instrumento donationis, fiat mentio hæredũ donatarij, videlicet, talis persona donauit talem rem Sempronio pro se, & hæredibus suis. nã isto casu, qñ in donatione causa mortis est facta mētio hæredum donatarij, talis donatio cēsetur donatio inter viuos, non autē causa mortis: & ratio est, quia dona- 1 tio inter viuos bene trãsmittitur ad hæredes, secus autem in donatione causa mortis: quia illa non transmittitur, si contingat donatarium mori ante ipsum donatorē: vnde cùm in ipsa donatione sit facta mētio hæredum, donatio in dubio censetur donatio inter viuos. ita singulariter tenet Bal. in l. ij. in ij. col. versicu. quid enim, si iste filiꝰ stipularetur pro se, & heredibꝰ suis. C. de iure do. & ibi etiã Saly. versi. sed tunc insurgit dubiũ. tenet d. Ias. in d. l. non omnis. in iiij. col. versic. ij. infero. ff. si cer. pet. Alexã. in præalle. consi. xiiij. inci. circa primum dubiũ, quo quæritur. in ij. col. ver. postremò etiã ex alio colligitur. in primo vol. Aret. in d. cõsi. xxiiij. incip. diligenter & maturè pōderatis his. in ij. col. ver. iij. moueor, quia notarius. & d. Lancellot. Deciꝰ in l. quæ dotis. in v. col. ff. solut. mat. Si vis ergo taliter facere, q̃ donatio causa mortis non possit ea pœnitentia reuocari, & q̃ donator nō aduertat, nisi esset persona in iure perita, non tradas obliuioni prædictas cautelas, & specialiter secundam. Quomodo antem concipiatur donatio causa mortis, & quæ sit eius forma, ponit Specul. in titul. de dona.

Cautela ad liberandum iudicē, ut nō fecerit litem suam, quãdo iudicauit contra communē opinionē doctorũ. XXXI.

1 *Iudex in iudicando, secundum communem opinionem iudicare debet.*

2 *Opinio communis dicitur, quã plures grauioresq; amplectuntur.*

3 *Iudex iud. cãs secundùm opinionē magistri sui, licet mala sit, non facit litem suam nisi magister sit una uacheta.*

MANIFESTVM* est, quòd iudex in iudicando, debet iudicare secundùm communem opinio. Doct. vt no. Io. And. & communiter Doct. in cap. primo, de consti. Barto. & alij,

& alij, in l.fin.C. de pœna iudic. qui ma.iudi.Bald.in l.j.per text.ibi.ff.de quæstor. & in l.j.ff.de sena.d. Ant.in c.nouimus.per text.ibi, de verb. sig. cũ infinitis cõcor. aliàs si iudex iudicat contra cõmunem opi.facit litem suã: vt not.Bart. & Ang.in d.l.fi.C.de pœna iudi.qui ma.iudi. Bart. & Ale. ibi in fi.in l.prolatis.ff.de re iudi.Ange.de Are.in §.j.Insti.de obl.quę ex quasi delict.nã p imperitiam præsumitur iudicare, q adhereret singulari opinioni relicta cõmuni, vt dixit Bal.in rub.C.de pœ.iudi.q malè iudi.& Alexan.in cons.xcv.incip. visis processibus.in iij.col.in ij.volum.& Francis.de Cur.in consi.xlix.inc.memoriæ recolẽdæ dux Mediolani ter
2 tius.in xxx.col.circa medium.* & illa dicitur cõmunis opi.quam plures grauioresq; amplectũtur: vt dicit d. Abb.in c.prudẽtiam.in prin.in j.col. de offic.deleg. & Alexan. in consil. vij.incip. videret prima fronte dicẽdum.in iij.col.in iiij.vol.& est bonus tex.in c. in canonicis scripturis. xix.dist.nã facilius inuenitur, quod à pluribus sapientibus quæritur: vt c.de quibus.xx.disti. & similiter per ampliores hoĩes perfectissima veritas reuelatur: vt l.pe.C.de fideicom. Modò quidã iudex iudicauit cõtra cõmunẽ opinionẽ Doc. quo casu fecit litem suã, & sic tenet parti ad interesse, quomodo faciet ad euitandum, ꝙ non fecerit litem suã? Dic ꝙ cautela est, vt discurrat cũ mente, vel aliqua bona via videat se informare, an si tpe, quo studebat in studijs publicis, intrabat sub aliquo doctore, qui teneret illã opinionẽ: qa hoc
3 probato, nõ tenebit parti ad interesse:* nã a iudex iudicãs secundũ opinẽ sui magistri, licet talis opi. sit mala, nõ facit litẽ suã. ita pulchrè dixit dominus Abb. in c.j.in vj.col. versi. sed vide notabile d.Oldr. de postu. præla.dicens istud fuisse dict.Oldr. in l.quæsitum. §.j.ff.de fun. instruc. quod dictum refert, & sequitur solẽnis doct.Vincẽ.Paleott⁹, quẽ habeo ad pœnã.in l.j.in v.char.versic.adde ꝙ iudex.ff.si cer.pe.dicẽs, ꝙ per istã doctrinam semel euasit in practica quẽdam iudicem à syndicatu. & hãc opin. similiter tenet Fel.in c.j.in vlti.col.versic.v.no.ꝙ iudex.de consti tu.& Barba.in sua repet.rubri.extrà de fid.instru.in vij.char.versi. & per illum tex.dicit ibi Nicol.de Neapo. & do.Amad.de Castel.in suo tracta. syndica.in verbo.item in eo, ꝙ plures innocentes condemnauerũt, & plures nocentes absoluerunt.versic. & idẽ si iudicat contra communem opin.tenet Barto.Bolo.in sua amœna repe.aut.habita.C.ne fil. pro pat. in xxv.col.versicu.similiter qui tulit sentẽtiam. vbi dicit hoc procedere, & esse verũ, si ille magister erat homo doctus & solennis, secus autẽ si erat vna vachetta, dicens ista fore verba Bald. in l.filium quem habebat.C.famil.erciscund.& est de hoc bona gl.in c.cum beatissimus.xxiiij. quæstione prima.

a Nã iudex. *Dic, ꝙ nõ est tuta cautela ista, cũ iudex sequi teneatur cõmunẽ opi.non autẽ singularem opi. unius doctoris. & præsumitur per imperitiã iudicare, qui inhæret singulari opinioni unius doctoris, relicta opinione cõ.uis de signãter per d.Alex. de Imo.in cõsi. suo xxxiiij.in ultimis uerbis.in j.uolu.*

Cautela pro notarijs, ad implendam sibi bursam. XXXII.

Testator,

1 *Testator si relinquat alieni usumfructum alicuius fundi; & postea in bonis suis alium hæredem suum pleno iure faciat, ipse hæres concurrit ad ipsum usumfructum legatum, unà cum legatario: & sic dimidiam habebit.*

2 *Verbum pleno iure, in dispositione positum, importat non solùm dominium, uerùm etiam usumfructum.*

3 *Dictio alius, alia, aliud, de natura sua includit diuersa à specificatis.*

4 *Mortis omne genus potius pati debemus, quàm mortaliter peccare.*

QVOTIDIE conficiuntur te-
stamenta, in quibus testatores
relinquunt vsum fructũ alicuius par
tis suorum bonorũ alicui personæ, 1
aliam verò personam faciunt suum
hæredem vniuersalem: & istud præ-
sertim contingit istis, qui moriũtur,
non relictis liberis: quia tunc relin-
quunt vxoribus suis vsumfructũ ma
ioris partis suorũ bonorũ, ipsis stan-
tibus castis & honestis, & absque ma 2
rito, & dotes suas non petentibus,
quo casu certũ est, quòd stante dispo
sitione testatoris, hæres non potest
se impedire in illo vsufructu legato,
vsq; quo viuit ipse vsufructuarius, si
ue bona sint mobilia siue imobilia:
vt in §. vsufru. Inst. de vsu. Tu autẽ ta
bellio, q rogatꝰ es cõficere tale testa
mẽtũ, in quo aliquis forsitã tuus ami
cus instituitur hæres vniuersalis, &
alicui alteri personæ relinquitur v-
susfructus aliquorũ bonorum, si vis
taliter negotiari, quòd non obstãte
dispositione testatoris, hæres vni-
uersalis habeat, si non totum illum
vsumfructum legatum, saltem ha-
beat dimidiam, etiam viuente ipso
vsufructuario, & quòd testator non
aduertat, cautela est, quòd quando
vltimo loco scribis institutionẽ hæ-
redis, quòd ipsam conficias per hæc
verba, In omnibus autem bonis suis
mobilibus & immobilibus, iuribus,
& actionibus instituit pleno iure Sẽ
pronium suum hæredem vniuersa-
lem, &c. nam isto casu, per illud ver-
bum pleno iure, positum in institu-
tione, hæres concurret ad ipsum v-
sumfru. legatũ simul cũ legatario: &
sic habebit dimidiam. Ista fuit pere-
grina, & admiranda decisio Alexan.
in suo cõs. lvj. inci. perlectis verbis te
stamẽti. in ver. videretꝰ prima cõside
ratione dicendum. & in ver. vnde cũ
in testa. in iij. vol. volens notabiliter,
*quòd si testator relinquat vsumfru-
ctũ alicuius fundi, & posteà in bonis
suis faciat aliũ hæredẽ suũ pleno iu
re, ꝙ isto casu ipse hæres concurret
ad ipsum vsumfructũ legatũ, vnà cũ
legatario: & sic habebit dimidiã. Et
ratio istius singularis decisionis est,
*quia verbũ, pleno iure, positum in
dispositione, importat non solũ do-
minium, verũ etiam vsumfructũ: vt
est tex. in l. fœminæ. §. illud. C. de se
cund. nup. quem ibi ad hoc dixit me
liorem de iure Bal. & dicẽs, quòd su
per hoc fuit interrogatus à domino
Papa. & est tex. in l. fi. §. simili modo.
C. de bonis quæ li. & in authen. hæc
vsus præstatio. de sac. sanc. eccl. & in
l. mater. & ibi no. Bal. C. ad Tertu. &
ponit Areti. in cõsi. clvj. inci. diligen
ter visis & cõsideratis. in vij. col. vers.
sed quãdo substituitꝰ. & Socy. in suo
consil. liiij. computatis consilijs Ma
ria. incip. in præsenti consultatione,
ex themate præmisso. in antepe. col.
versic. quinimò probatur prædicta
conclusio. Et in dubio, tale verbum
importat dominium, cui nil deest: vt

est tex.& ibi not.gl.in l.Iulianus.la j.
in fi.ff.de rei vend.& tex.in l.j. C.de
reuo. dona.hinc est,ꝙ tale verbũ po
situm in substitutione,facit ipsam cẽ
seri directã,per quã quis à seipso ca-
pit hæreditatẽ: prout dixit Bal.in d.
auth.hæc vsus præstatio.de sac.sanc.
ec.& Ang.in d.l.Iulianus.ff.de rei vẽ
di.& in suo cõs.cxxv.vbi elegãter lo
quitur,incip.hoc est testamẽtũ Petri
quondã Bartholé.in fi.Imol. in Co-
mẽt.ca.Raynutius.de testa.in mate-
ria cõpendiosæ.in illo art. an cõpen
diosa facta à pagano filio impuberi,
& in potestate, per verba cõmunia,
censeatur directa infra tẽpora pupil
laris ætatis, an verò omni tẽpore sit
fideicõmissaria.ver.& idẽ videtur,si
dixerit volo,ꝙ bona mea,&c.Et pro
ut similiter tenet Aret. in l.cẽturio.
ĩ pe.col.ver.similiter etiã si testator
vellet.de vulg.& pup.& idẽ Aret.in
præa.cõs.clvj.& in eodẽ loco. Modò
stãte hoc,ꝙ verbũ,pleno iure,impor
tet nõ solũ proprietatẽ,verumetiam
vsum fructũ:& per verbũ,pleno iure
fuerit facta institutio de omnibus
bonis ipsius testatoris,sequitur dicẽ a
dum,quòd vsusfructus illorum cer-
torũ bonorũ, reperitur relictus dua
bus personis, scilicet hæredi & lega
tario:meritò ergo sic,qlibet eorũ,tã
quã collegatarij,per concursum de-
bet habere dimidiã talis vsusfructꝰ.
& istã decisionẽ Alex.refert,& ꝓ no
tabili approbãdo sequitur solennis
Doc.d.Pau.de Mõte pico,in sua ele-
gãti rep. §.Titia cũ nuberet.l. Titia
cũ testamẽto. de leg. ij. in xxj.q.vbi
extendit id, quod superius dictũ est
habere locũ & procedere nõ solùm
quãdo in institutione esset appositũ
verbũ,pleno iure,verũ etiam si esset
positũ verbũ, plenarie: qa similiter
institutio facta per verbũ, plenariè,
importat nõ solũ proprietatẽ,sede-
tiam vsumfructũ,allegãs ita pulchrè
tenere Barb.in suo cõs.xj.inci.sapiẽ-
ter & præclarè scribit.in ij.part. vbi
adducit multa similia: vt ibi per eũ.
Ad vnũ tamen aduerte,quòd quãdo
scribis institutionẽ hæredis, ne in i-
psa ponas aliqua verba,per quæ non
possit aliter dici, salua interpretatio
ne recti sermonis:nisi quòd testator
voluerit,ꝙ legatarius solus habeat i-
psum vsumfructũ: puta quando for-
mares institutionẽ hoc modo,In o-
mnibus aũt alijs suis bonis instituit,
3 &c. * nã cũ dictio, aliꝰ, alia, aliud, de
natura sui habeat includere diuersa
à specificatis, iuxta no.in c.sedes apo
stolica.de rescri.& in l.si fugitiui. C.
de ser.fug.& per Soc. in suo cõsi.cl-
xxxviij.incip.visa bulla Pauli secũdi.
in iij.col.ver.j.per illã dictionẽ,in a-
lijs,&c.isto casu posset dici,ꝙ mens
testatoris fuerit, ꝙ legatariꝰ habeat
ipsum vsumfructũ integrũ: idcirco
forma institutionẽ eo modo, quo su
perius fuit dictũ. Et istã cautelam tu
tabellio diligẽter tene mẽti: qa suo
loco & tẽpore, si habebis ingenium,
poteris tibi implere bursam: & licet
ista quo ad mũdũ sint pulcherrima,
tamẽ quantũ ad animã essent perni-
ciosa: si ipsis vtereris voluntate testa
toris existente in contrariũ: propter
eà caue tanquàm ab igne in practi-
cãdo ea inquirere. nã vt in sacro ha-
betur Euangelio: quid enim prodest
homini, si vniuersum mundum lu-
cretur, animæ verò suæ detrimen-
tum patiatur? & transumptiuè in ca.
4 Matthæꝰ.de Simo.*potiꝰ enim de-
bemus omne genus mortis pati, q̃
morta

mortaliter peccare: vt dixit text. in c. sacris. quod met. cau. & similiter omnia mala pati debem⁹, quàm malo consentire: vt xxxij. q. v. ita ne. nã propter paupertatẽ nõ debemus aliquod malũ facere, vt l. palàm. §. ignoscendũ. ff. de ritu nup. nã fideli totus mũd⁹ diuitiarũ est, infideli verò nec obol⁹, vt xiiij. q. iiij. quid dicã. & qui contra conscientiã facit, sciat se ædificare ad gehennam, vt c. literas. de restit. spoliat. & xxviij. q. j. omnes. & Ange. in consilio clxxxj. incip. super hoc puncto. nec ista tradidi, vt malum cõmittatur, sed vt quis malitijs hominum sciat obuiare.

a Tu tabelli. *Sed memento notarie, q̃ est preferẽda aĩa cautelis: qa est p̃tiosior cũctis alijs rebus. uulgata l. sancimus. de sac. sanc. ec si opi. defuncti sciebas fuiße in cõtrariũ, quia uolũtas attẽdi debet. & cõtra eius uolũtatẽ apposuisti hmõi uerba, ut rẽ utilẽ faceres alicui p aliquali præmio auferẽdo illi, cui⁹ sit bona, pp̃ter huiusmodi uerba uel auferẽdo cõmodũ, teneris ad restõnẽ, nec cõsulo tibi, ut sequaris huiusmodi cautelã aĩæ tuæ pernitiosã, iuxta illud, quid p̃dest hoĩ, si uniuersũ mũdũ lucret̃, aĩæ uerò suæ detrimẽtũ patiat̃. Caue igit̃, et crede Laurar. cũ per xvj. an. artẽ legerĩ notariæ pub. ĩ almo Patauino gymnasio. Ducit nanq; cautela ista ad ĩpietatẽ, et ad dãnationẽ. Caue. & antequã uidiße uerba sequẽtiã, & licet ista quoad mũdũ, & e. iã opposuerã apostillã meã ex huiusmodi doctrina, quæ nauseam attulit.*

Cautela ad faciendum, quòd donatio ualeat, licet non fuerit insinuata. XXXIII.

1 *Donatio excedens summam quingentorum aureorũ, si non insinuatur, ipso iure nulla est.*

2 *Verba enunciatiua bene meritorum in donatione posita quid operentur.*

DONATIO¹ excedens summã quingentorum aureorũ, si non insinuatur, ipso iure est nulla: vt est casus in l. pen. C. de donat. & si talis donatio fieret inter coniunctos: vt l. data. C. eod. sed cõmuniter per statuta Italiæ, talis summa quingentorũ aureorum est restricta. nã in nostra ciuitate Brixiæ, vigore statuti positi sub rub. de donationibus inter viuos, non tenet nisi vsque ad viginti quinq; libras pluraliter. Modò quæritur per scribentes, nũquid sit dare remediũ, q̃ possit fieri donatio, quæ valeat, licet non fuerit insinuata: & dicũt quòd sic, videlicet q̃ in instrumento donationis dicatur, q̃ intelligãtur tot donatiões esse, quot sunt summæ vigintiquinque librarũ, loquendo in casu statuti nostri Brixiẽsis: quia cũ tot sint donationes, quot sint summæ xxv. librarũ, & quælibet summa nõ indigeat insinuatione, sequitur, q̃ in tali donatione nõ requiritur aliqua insinuatio. Sed ista cautela est cõmuniter damnata, qa talis clausula nihil operatur, sed intelligitur posita in fraudẽ legis & statuti, prout tenet Specu. in tit. de dona. §. j. ver. qd si aliquis dat, quẽ refert & sequitur Bal. in l. illud. ver. sextò quęritur si actũ est. de sac. sanc. eccle. & vt tenet Bart. in l. Modestinus. ff. de don. & Bal. post Iaco. de Are. in l. sancimus. §. si quis autem. C. de don. vbi dicit, quòd ita communiter tenetur. & in l. j. circa princ. C. quan. dies leg. ced. Pau. de Cast. in l. scire debemus. in fi. de verb. obl. Roma. in cõsi. xxvj. incip. pro decisione eorũ, de

quib' dubitatur. vbi dicit, ꝙ ista est omnium opinio. & Alexan. in consi. lxviij. incip. visis duobus elegantissimis consilijs. in iij. col. versi. bene faciunt notata per Bar. in j. vol. Aliud remediũ tradũt, scilicet ꝙ renuncietur insinuationi, & insuper imponatur iuramentum de nõ contraueniẽdo, quia tale iuramentũ supple defectum insinuationis omissæ, tamẽ etiam istud remediũ non est omnino tutũ, quia quàm plures Doctores supremæ autoritatis tenuerunt cõtrarium, ꝙ iuramentũ non suppleat insinuationẽ omissam, & passus est adeò dubius, ꝙ Sal. in l. pe. C. de don. tangẽs istã q. & arguẽs ad partes, reliquit eã indecisam, & similiter Ang. de Are. in §. aliæ. Insti. de don. dixit, ꝙ nunquã voluit consulere pro aliqua parte, & istã partem, ꝙ iuramẽtum non suppleat defectũ omissæ insinuationis, amplexus est primò Ol. in consi. clxxiij. inci. quidã habẽs vnicum filiũ. qui Old. tẽpore suo fuit tantæ autoritatis, ꝙ pater legũ nũcupabatur: vt refert Pau. de Ca. in l. is q hæres. ff. de acquir. hæred. & Soci. in cõs. cxxix. incip. præstantissimi iuris interpres. in j. col. & in cõsi. cxlvj. incip. viso processu agitato. in v. col. tenuit eam Bal. post Guil. de Cu. in l. illud. ver. quintò quæro an ratione iuramẽti. de sac. sanc. eccl. idẽ Bal. in cõsi. xxix. inci. casus, vir donauit vxori. in ij. col. ver. sequeretur, ꝙ donatio vltra legitimã summã. in iij. par. & in cõs. cj. in fi. inci. domina Antonia dedit. in ea. tertia par. & in cõsilio xxviij. inci. certũ est, ꝙ filia in bonis patris. aliàs incipit, factũ sic ꝓponitur in v. par. Ange. & Alb. de Ros. in d. l. illud. de sac. sanc. eccl. & Ang. in l. si quis pro eo. ff. de fideiu. & in cõsi. inci. quidã paterfamilias habẽs duas fœminas. vbi dixit, ꝙ ita aliàs Bald. germanus suus cõsuluerat in ciuitate Castelli, cui cõsilio tũc adhęsit, sed nũc vehemẽtius insistit tanquã iuramẽto. & latius in cõs. clxxix. inci. visis ꝑdictis instrumẽtis. in vj. col. ver. venio ad tertiũ principale. Paul. de Cast. in cõsi. ciij. inci. circa bona, quæ fuerũt domini Huberti, notandũ est. in vlt. col. ver. vnũ omiserã. circa ꝑsentem articulũ. & latius in cõs. xcix. incip. visa quadam scriptura. per totum. Cuma. & Roma. in d. l. Modestinus. ff. de donat. vbi Cuma. dixit, ꝙ ita tenent ferè omnes. tenuit Rom. in cõsi. xij. inci. viso facto proposito cæterisq; cõsilijs. tenuit solẽnis Doc. d. Ant. de Canario in suo tract. de insinuatione. in l. iij. q. hãc similiter expressè sentit Io. Fab. §. aliæ. Instit. de dona. sequitur Barba. in suo cõsi. xv. inci. præclarè scribitur. in j. vol. & latius in cõsi. lxvj. inter cõsilia Frãc. de Cur. inci. sapiẽter optimè dixit Psalmista. circa fin. vbi dixit, ꝙ ista est cõmunis opin. seqtur Præpo. Mediola. nũc Card. Alex. meritissimus in suo cõsilio lxvij. inter cõsilia dicti Fran. de Cur. inc. circa hoc videtur, ꝙ illa assertio benemeritorũ. cui cõsilio se subscripserunt celeberrimi Doctor. Hiero. Tortus, Ia. de Pu. & d. Nicolinus de Sancto Nazario. & sic apparet, ꝙ istud remediũ iuramẽti ad tollendum defectũ insinuationis, nõ est omnino tutum propter magnas autoritates, quæ sunt in contrariũ. Sed tu, cui vult fieri aliqua donatio, si vis quòd valeat, licet non fuerit insinuata, accipe cautelam, scilicet quòd in instrumento dicatur, quòd donator

facit

facit ipsam donationē ꝓ beneficijs & seruitijs, recompēsatione & remuneratiōe dignis, acceptis ab ipso donatario: quia per ista verba, donatio assumit naturā donationis remuneratoriæ, in qua nō requiritur nisi insinuatio, vt infrà dicetur. istā cautelā expressè docet do. Lancelo. Decius in l. si donatione. C. de colla. dicens hāc fuisse cautelam ibi traditā per Ioānem Petrutij. & d. Bapti. de Sancto Seuerino, moti, * quia licet verba enūciatiatiua benemeritorū, posita in donatione, nō probent inter personas, quæ aliàs liberè nō possūt donationē facere, vt est in patre, qui vult donare filio, & in viro, qui vult donare vxori, quamuis in donatione facerēt mentionē de benemeritis: tamē talis mētio benemeritorū nō facit fidem ipsa benemerita præcessisse, nisi specificè probētur, vt no. gl. Bar. & omnes in d. l. si donatione. C. de colla. & in authē. vnde si parēs. C. de inoffi. testa. tamē secus est in illis personis, quæ liberè possunt donare, quia talia verba enūciatiua benemeritorū, bene ꝓbāt ipsa benemerita præcessisse, vt est doctrina Bar. in l. si fortè. per text. ibi. ff. de castr. pecu. & in aut. si quis in aliquo documento. C. de edē. & in l. per diuersas. C. māda. stante ergo, quòd talia verba benemeritorū, faciāt fidē inter personas nō ꝓhibitas donare, sequitur dicēdū, quòd est mirabile secūdū Lancel. in loco superius allega. quòd talis nō sit donatio simplex, sed remuneratoria, in a qua donatione remuneratoria nō requirit͛ insinuatio: vt no. per gl. Bar. & alios in l. Aquilius Regulus. ff. de dona. ꝑ Bar. & Pau. de Ca. in l. si pater. §. si quis aliquē. ff. eo. per Bal. in d. l. illud. versi. quartò quæro, an donatio ob merita. de sac. san. eccl. per Rom. in consi. xxvj. incip. pro decisione eorū, de quibus dubitat͛. & in cōsilio xcv. inci. viso prius donationis instrumento, Aduerte tamē, licet do. Lācelo. non dicat, ꝙ multi tenuerūt, si verba enūciatiua benemeritorū, posita in instrumento donationis, debēt facere fidem, ipsa benemerita præcessisse etiā inter personas permissas donare, ꝙ nō sufficit facere mētionē de benemeritis in genere, sed opus est deuenire ad particularitates, ꝓut tenuit Bald. in d. l. illud. in iiij. q. & in l. fi. ff. de exerci. & Old. in cōsi. v. incipiē. Titi⁹ dedit. & Soc. in cōsi. ccxcv. inci. in causa cōtra filios & hæredes Petri. in ij. col. versi. circa secundam difficultatē. & sic volūt ꝑdicti, quòd dictum Bar. in d. l. si fortè. ff. de castren. pec. patiatur hāc limitationē. sed est verum, quòd eorū opinionē reprobat præstantissimus Docto. & præceptor meus in canonibus, do. Phili. Decius in suo cōsi. xx. incipiē. in causa istorum fratrum de laseta. per totum.

a In qua donatione remuneratoria non requir. insinuatio. *Adde practicum Papiensem ita tenentē in forma libelli, quo agitur pro donatione, in uerbo, solenniter. Adde etiam d. Alex. de Imo. in cōsi. cxx. in iij. parte suorum consiliorum. per Ange. in cons. clxxix. alias clxxxj. per Pau. de Cast. in consi. cv. per Bal. in l. ij. ad fin. C. ne lit. pen. facit tex. in l. fi. C. de iure do. & semel obtinui, dum Venetijs allegarē corā magnificis dominis prouisoribus fisci. in hoc passu, pro hac parte, in fauorem quorundam Vincentinorū.*

Cautela ad emendandum libellum, etiam lite contestata. XXXIIII.

1 *Libellus post litem contestatam, emendari non potest.*

CLARA est in iure conclusio, 1 *quòd libellus post litem contestatam nõ potest emẽdari, vt not. in §. si minus. Insti. de actio. & per omnes. in l. edita. C. de edẽ. & in c. examinata. de iudi. etiã si in fine libelli esset illa clausula, quæ à multis libellantibus eius virtutẽ ignorãtibus apponitur, scilicet saluo iure ad dẽdi. minuẽdi &c. qa talis clausula nihil operatur ad hoc, vt libell⁹ post litis cõtestationẽ possit emẽdari, ꝑut no. Bar. & alij in d. l. edita. in fi. C. de eden. & vt no. gl. Inno. & omnes in c. inter dilectos. de fide instru. & Pract. Papiẽ. in forma libelli, in actione reali, in verbo, saluo iure addendi. cũ alijs cõcor. de quibus per do. Alex. & d. Ias. in d. l. edita. Tu ergo, qui intendis producere libellũ, si vis taliter facere, ꝙ etiã lite contestata possis addere, minuere, & emẽdare, cautela est, ꝙ nõ dicas in fine libelli, saluo iure addẽdi, &c. qa cũ per talẽ reseruationẽ referas te ad ius, iuxta l. cũ ꝓponas. ibi, ad ius retulit. C. de hæredi. inst. & ipsum ius velit, ꝙ lite cõtestata libellus nõ possit emẽdari, meritò talis clausula nihil habet operari. Sed dicas saluo mihi arbitrio addendi, & minuẽdi, &c. quia cũ isto casu referas te ad arbitriũ tuũ, quòd importat absolutã volũtatem, iuxta ea, q̃ habent̃ per Bar. & alios in l. si ñc. de leg. j. & per Bar. in l. alio. in iij. col. ver. ex prædictis no. ff. de alimen. & ciba. leg. sequit̃, ꝙ talis additio, seu diminutio, & emẽdatio etiã post litis cõtestationẽ, debet posse fieri. ita dixit Bal. vbi reputat tale dictũ esse notãdũ. in repe. d. l. edita. in xvij. col. ver. itẽ dubitat̃ de clausula, saluo iure. quẽ refert, & sequit̃ Lanfrã. de Ori. in repe. c. quoniã cõtra. in verbo, petitiones. ver. finaliter est videndũ. extrà de ꝓba. tñ istã cautelam pro cõstãti nõ affirmo, quia contrariam opi. tenet Ang. & Are. reprobãdo Bald. in §. omnium. in vj. col. versi. solet per aliquos. in fin. libelli. Insti. de actio. cõtrarium similiter tenent domi. Ias. & Riminal. Ferrariẽ. in d. l. edita, C. de eden.

Cautela ad grauandum filium, quòd non possit aliquid alienare, etiam pro sua legitima. XXXV.

1 *Dilatio etiam fauorabilis de legitima reijcitur, & in dubio dilatio apposita in prohibitione alienationis legitimæ, in filij fauore apposita censetur, non autem ad grauamen.*

2 *Amicus melior quem habet filius, est ipse pater.*

PATRES in suis testamẽtis quotidie prohibent filios suos, ꝙ de bonis suis nõ possint aliqd vẽdere, pignorare, nec aliter alienare, quo casu, talis ꝓhibitio nõ includit tãtũ, quãtùm capit sua legitima, etiã si de ipsa legitima esset facta expressa mẽtio: quia de ea deducit̃ omnis mora, & omne grauamẽ, vt l. quoniam in prioribus. & l. scimus. §. cùm autem. C. de inoffi. testa. tu aũt pater, qui habes filios minores, qui filij, quia forsitã sunt gulosi, lusores, vel aliter dissoluti, vel qa vis, ꝙ bona remaneãt in familia, propterea vis eos in testamento grauare, ne aliquid de bonis valeant alienare, si vis, ꝙ talis prohibitio

bitio seu grauamē includat etiā suā legitimā, videlicet, qđ similiter non posint aliquid alienare de eo, ꝙ capit sua legitima, & si nō toto tēpore vitæ suæ, saltē vsq; quo deuenerint ad legitimā ætatē. Cautela est, ꝙ nō dicas, qualiter eos instituis tuos hæredes, grauādo eos, ꝙ nō posint aliqđ de bonis tuis alienare, etiā de eo, qđ sibi spectaret ratione suæ legitimæ, qa talis dispositio quātū ad legitimā nō teneret, vt superius dictū est. Sed dicas qualiter eos instituis, &c. grauādo, quòd vllo vnquā tēpore aliquid de bonis tuis nō possint vendere, nec alienare, quia vis, quòd talia bona deueniāt ad tales ꝑsonas, & hoc quantū ad residuū patrimonij, excepta sua legitima, quā posteà posint alienare ad libitum, quādo peruenerint ad ætatē xxv. an. prius verò nō: aliàs si cōtrafacient, quicquid alienabūt de dicta sua legitima, illud omne deueniat in talē ꝑsonā, qa tūc ista prohibitio facta filio minori, ꝙ nō posit legitimā suā alienare, donec peruenerit ad xxv. an. valet & tenet, quæ prohibitio aliàs generaliter facta nō teneret, ita pulchrè cōsulēdo tenuit Pau. de Ca. in suo cōsi. mihi ccxxiiij. incip. visis & consideratis omnibus diligenter. quasi per totum. & ratio secundum eum est, quia illa iura, quę disponūt, quòd omnis dilatio & omnis mora deducatur de legitima, habēt locum & procedunt, quādo talis dilatio cōtineret grauamē filij: sed quando cōtineret eius fauorē & vtilitatem, vt est in casu nostro, vbi pater voluit infirmitati filiorū prouidere, qui ꝓpter suam illegitimam ætatem, iuris pręsumptione se gubernare nesciūt, tunc talis dilatio valet & tenet prout notāt Bar. Bal. Sal. & alij in l. filijs matrē. per tex. ibi. C. de inoffi. testa. Bar. & Doct. in l. cū ex filio. de vulga. & pup. & Alex. in l. multi nō not. ff. de lib. & posthu. ibi reprobat opi. Bal. in l. si pater. in iij. oppo. C. de insti. & substi. & in authē. ex causa. in vj. col. in iiij. opp. C. de lib. præte. volentes,* ꝙ dilatio etiam fauorabilis 1
reijciatur de legitima, & in dubio, talis dilatio apposita in ꝓhibitione alienationis legitimæ, debet⁹ censeri posita in fauorē filij, nō aūt ad grauamē, cū pater ꝓ filijs bonū cōsiliū capere soleat: vt l. nec in ea. ff. de adul. pater enim plus amat filiū, quàm seipsum: vt dicit tex. cū gl. in l. isti q dē. ff. quod me. cau. & qcqd parāt patres, ex voto parāt filijs suis, vt l. nihil interest. ff. de bonis lib. vñ dixit Bal. in c. ꝑ tuas. de ꝓba.* ꝙ melior 2
amicus, quē habet filius, est ipse pater. vñ refert Cy. in l. ꝓpter insidias. C. q accu. nō pos. Dauid regē planxisse trib⁹ diebus, & tribus noctib⁹ Absalonem filiū suū, licet sibi inimicissimū. & quòd ꝓhibitio facta vt s. sit valida, ita etiā clarè firmat d. Ias. sequēdo Pau. de Ca. in loco, de quo s. in l. filiusfamilias. §. diui. quasi in fi. de leg. j. & ita etiam reperio tenere quēdā d. Io. de Mōte Ferrato, in quadā sua repe. d. §. diui. in vj. col. versi. tertia sit conclusio. licet Are. teneat contrariū in suo cōsi. xix. inci. ex facto præsupponit, ꝙ quidā Antoni⁹. in ij. col. ver. sed posset esse casus. tu ergo pater, qui vis, quòd filij tui etiā aliquid de sua legitima nō valeāt alienare, & si nō toto tēpore vitę suę, saltem vsq; quo nō habuerint xxv. annos, vsque ad quod tempus, si iuuenes

uenes nõ satisfaciũt suis desiderijs & appetitibus, posteà à communiter accidentibus sua desideria cõprimũt cũ meliori maturitate, sis cautus formare prohibitionẽ eo modo, quo s.

a Debet censeri posita in fauorem filij, nõ autem ad grauamẽ. *Quid si pater aßignat filio emancipato inter uiuos aliquid pro omni succeßione & legitima, an excludat talis filius emancipatus, etiam si bona patris posteà excreuerũt, adeò quòd illud datur, quod reperiatur eße minus quàm legitima? de hac notabili quide per do. Alex. de Imo. in cõsi. suo clxxxj. in v. uolum. per totum.*

Cautelæ, quòd quis nõ teneatur de damno dato per incendiũ in domo ortum, & nescitur quomodo. XXXVI.

1 *Incendium si in domo oriri contingat, & ignoretur unde ortum habuerit, an de damno dato per ipsum incendium, dominus domus teneatur.*

2 *Actione legis Aquil. uenit culpa leuißima, quando talis culpa committitur faciendo, non autem ommittendo, seu negligendo.*

3 *Incendium si in hospitio contingat, & ignoretur an à familia hospitis, uel à uiatoribus ortum habuerit, hospes propter incertitudinem non tenetur.*

1 PASSVS * est diffusus, nunquid si in domo cõtingat oriri incendium, & nesciatur vnde habuerit ortũ, an de dãno dato p ipsum incẽdiũ, dñs domus teneat. in quo quidem articulo aliqui dixerunt, q sic, quia incendium præsumit ortũ culpa inhabitantiũ, vt l. si vendita. ff. de peri. & commo. rei ven. & l. iij. § . fina. ff. de offi. præfe. vigi. no. Sal. in l. si creditor. C. de pigno. act. Imo. in l. domos. de leg. j. Ang. in cõsi. cxcvij. incip. ortũ est incẽdiũ. vbi dicit, q nõ est solũ præsumptio, q incendium euenerit culpa inhabitantiũ, sed est vehemẽs suspitio. Alij dixerunt, q est verũ, q p̃sumit euenisse culpa ĩhabitãtiũ, sed q illa culpa est culpa leuißima, & q qs semp nõ tenet de leuißima, & q illa dicatur culpa leuißima, gl. est in §. præterea. Insti. qui. mod. re cõtrahi. obli. per quã ibi dicit Ang. Aretise aliàs Ferrariæ ita obtinuisse in causa cuiusdã dominæ Aploniæ viduæ, & quã singularẽ dixit Sal. in l. q̃ fortuitis. circa fi. C. de pig. act. & Io. de Ana. in cõsi. lxxj. inci. visis & diligenter põderatis his, q̃ in facto proponũtur. Alij dicũt, q quantũ ad emendationẽ dãni, nihil habet releuare, an quis teneatur de culpa leui, vel leuißima, quia si nõ potero me p̃ualere p aliam actionẽ, intentabo actionẽ l. Aquiliæ. in qua venit culpa etiã leuißima, vt l. in lege Aquil. la ij. ff. ad l. Aqui. & ita firmat Sal. in l. data opera. C. qui accu. pos. tñ ad istud respõ-
2 detur, q est verũ, * q in actiõe l. Aquiliæ venit culpa leuißima, quãdo talis culpa cõmittitur faciẽdo, nõ aũt omittendo, seu negligẽdo. ita illam l. intellexit gl. in l. si mora. in gl. pen. & ibi Barto. ff. so. mat. & idem tenet Imo. in c. j. in vij. col. versi. iuxta prædicta potest quæri. extra de commo. pro quo est bonus tex. quem ibi dicit Ang. meliorẽ de iure, in l. si vsusfructus. §. deniq;. ff. de vsufruct. vbi etiam Bar. dicit, q ille tex. glossat totum titu. ff. & C. ad l. Aqui. Alij dixerunt, q aut in illa domo, in qua a ortũ est incendiũ, stabant plures familiæ, puta vna sursum, altera deorsum, & tunc si nescitur, in qua parte habue

